Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

~~XIV.~~ 6. 210

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Kw 367 K 35

CAROLI EMMANVELIS VIZZANII
Bononienſis, Sacræ Conſiſtor. Aulæ Advocati,

DE MANDATIS PRINCIPVM,

SEV

De officio eorum, qui in Provincias cum imperio mittuntur.

AD

ALEXANDRVM VII, PONT. MAX.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage



AMSTELÆDAMI,
Ex Typographejo JOANNIS BLAEV.
M DC LVII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

CICERO Epiſt. I, ad Q. Fratrem.

Ac mihi quidem videntur huc omnia eſſe referenda ab iis qui præſunt aliis, ut ii, qui eorum in imperio erunt, ſint quam beatiſſimi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

CAROLI EMMANVELIS VIZZANII,

IN LIBRVM

DE

MANDATIS PRINCIPVM,

PRÆFATIO,

AD

ALEXANDRVM VII,

PONT. MAX.

EAm Iuriſprudentiæ partem, BEATISSIME PATER, quæ de univerſo Civitatis ſtatu præcepta continet, vocaturque jus Publicum, tantum præſtare arbitror alteri illi, quæ in proſpiciendis ſingulorum civium commodis occupata, Privati juris vocabulo cenſetur; quantum Iuriſprudentia ipſa ſuper cæteras humanas artes & facultates excellit: Vt enim non ita frequens ejus uſus, nec paſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ſim obvius eſt, nec tam præſentibus cultores ſuos emolumentis & commodis auget; ita nobilior multo, ſublimiorque clariorem & magis expreſſam in ſuis ſectatoribus Divinæ mentis omnia gubernantis effigiem, in ipſa ſtirpe generi mortalium ingenitam, facit: quippe quæ nihil humile in Republica, nihilque vulgare contrectat, ſed in ea altiſſima quæque ſuis conſiliis, atque inſtitutis formanda ſuſcepit ac moderanda; quandoquidem in conſervanda Religione & ceremoniis, magiſtratuum officio conſtituendo, Imperio armis reliquiſque opibus muniendo, ſuum ſtudium induſtriamque conſumit. Quod quidem legislatori ſapientiſſimo Iuſtiniano minime obſcurum fuiſſe vel inde perſpicuum eſt, quod ex duodecim libris Principalium Conſtitutionum, quibus univerſum jus Civile pertractat, relictis pro re Privata octo mediis, primum ac tres extremos iis legibus attribuit, quæ
ad

ad publicum ſtatum rei Romanæ ſpectant: & quaſi bonus Imperator firmiores quasque copias in fronte, & ſubſidiis locavit, eandemque materiam ut plurimum earum Conſtitutionum eſſe voluit, quas, poſt abſolutum juris Civilis opus cum edidiſſet, Novellas appellavit. Cum itaque ego, BEATISSIME PATER, non inutilem Reipublicæ civem eſſe me ab ineunte ætate vehementer optaſſem, quippe meo unius commodo nequaquam me natum intelligebam, poſtquam à Philoſophiæ curriculis, cui in Bononienſi, & Patavina Academiis profitendæ primos ingenii mei impetus addixeram, domeſticæ me rationes & vitæ inter negotiorum fluctus agitandæ neceſſitas avertit, hanc ipſam juris Civilis, cui me deinde applicui, partem, intentiore cura cognoſcendam mihi propoſui; omneque otium, quod ab amicorum temporibus datur, illuc inſumendum exi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ſtimavi; non ſine aliqua ſpe, quandoque futurum, ut induſtriæ vigiliarumque mearum fructus aliquis haud ineptus ad poſteros prodiret, quo juſta commentaria, ad quatuor quos dixi Codicis Iuſtinianei libros, hoc eſt Ius Publicum univerſum, comprehenderentur. Initium autem à titulo de *Mandatis Principum*, qui eſt decimus quintus libri primi, & inter Novellas decimus ſeptimus, capere decrevi; quod eam materiam ſcitu digniſſimam, tractatuque jucundiſſimam intelligerem, quippe quæ *rationem explicat, qua provinciæ adminiſtrentur*, ut inde *quid facto opus eſſet accipiant*, qui in eas cum imperio mittuntur; hoc eſt Reipublicæ bene foris gerendæ præcepta calleant, & amplectantur: in qua quidem Civilis ſcientiæ parte, qui recte ſuo muneri reſpondent, eo majore laude digni ſunt, quam qui id ipſum domi faciunt; quo eſt præſtantius excelſiusque in alios, quam in ſemet imperium

Iuſtinian. Novel. 26, cap. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

perium exercere. Quemadmodum autem Romanæ provinciæ poſt homines natos ampliſſimæ florentiſſimæque fuere, ita neceſſe eſt ea præcepta inſtitutaque, quibus habitæ & adminiſtratæ ſunt, pulcherrima ſapientiſſimaque fuiſſe; quorum beneficium eſt, propagatum per univerſum terrarum orbem Imperium, tanta cum devictarum gentium felicitate, ut pleræque Populo Romano ſervire, quam aliis imperare maluiſſent. In hoc igitur ſtadio, BEATISSIME PATER, ſub auſpiciis tuis currenti mihi, &, ſi Deus cœptis annuerit, diu curſuro, ut ea, qua es erga rem litterariam univerſam benignitate, faveas rogo; Meque libenter audias de priſcis Imperatoribus, per hujuſmodi Mandata felicitati publicæ conſulentibus, cum poſteritate loquentem. Faxit Deus Optimus Maximus ut diu regnes; ita enim in uberrima rerum à Te geſtarum ſegete, Eccleſiarum & Provinciarum præſidibus licebit egregia illa heroicæ

Iuſtinian. Novel. 26. d. cap. 2.

roicæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

roicæ virtutis exempla legere, quorum tenues reliquias, hæc, quæ nunc ſuperſunt priſcorum Principum Mandata, nobis exhibent: Imo impoſterum ſola ALEXANDRI VII vita moreſque pro Mandatis erunt, ut verè liceat ad cytharam elegantiſſimi Poetarum canere,

Claud. de Manlio Theod. Conſ.

Creſcite virtutes, fœcundaque floreat ætas,
Ingeniis patuit campus, certuſque merenti
Stat favor. ornatur propriis induſtria donis.
Surgite ſopitæ, quas obruit ambitus, artes:
Nil licet invidiæ; CHISIVS *dum proſpicit orbi.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

PROLEGOMENA
AD RVBRICAM
DE
MANDATIS PRINCIPVM.

I. *Romæ ab initio nullæ leges.*
II. *Quando ibi conditæ, & à quibus.*
III. *Prætor Vrbanus Romæ inſtitutus.*
IV. *Deinde prætor peregrinus.*
V. *Prætores usque ad decem & octo creati.*
VI. *Prætorum edicta: & num.* VIII.
VII. *Regulæ cancellariæ, ad inſtar edicti Prætorii, per mortem Pontificis expirant.*
VIII. *Edictum perpetuum, & ejus exemplo Codex Iuſtinianæus ordinatus.*
IX. *Civitates liberæ & ſociæ Populi Romani proprio jure regebantur.*
X. *Edicta alia translatitia, alia nova.*
XI. *Peculiare quoddam jus Præſidibus ipſis ſtatutum.*
XII. *Sub Auguſto mutata ratio Reip. gerendæ.*
XIII. *Magiſtratus ab eo, & à Senatu, regendis provinciis præpoſiti.*
XIV. *Hi omnes inde à ſolo Principe electi.*
XV. *Diviſio Imperii in Orientale & Occidentale, & utriuſque inde in varias diœceſes & Provincias.*
XVI. *Mandatorum Principis Auguſtus primus auctor.*
XVII. *Hæc inde & à cæteris Principibus tradita Magiſtratibus.*
XVIII. *A præſidibus in Auditorio conſervabantur, & edictis inſerebantur.*
XIX. *Quammaxime obſervabantur.*
XX. *Inter inſignia Magiſtratus collocabantur.*
XXI. *Tempus omnia immutat.*
XXII. *Mandatorum uſus à Iuſtiniano revocatur.*
XXIII. *Novellæ octavæ, & decimæ ſeptimæ editio, & auctoritas.*
XXIV. *Approbatio ejuſdem facta per Pium V.*
XXV. *Novellæ decimæſeptimæ ſynopſis.*
XXVI. *Mandata Principum in civitatibus Provinciæ eduntur, & Magiſtratibus dantur una cum codicillis.*
XXVII. *Autoris intentio.*
XXVIII. *Græci textus in Novellis auctoritas.*
XXIX. *Titulus Codicis de Mandatis Principum.*
XXX. *Ejus argumentum.*

INitio rerum ſuarum, & quoad regum in ditione fuit, nullis, aut admodum paucis populus Romanus legibus eſt uſus; rudi quippe malarum artium per ea tempora multitudini temperandæ ipſa judicantium arbitria ſatis erant: *Halicarnaſ. hiſtor. lib.* 10. *Tacit. annal. lib.* 3. Poſt Reges exactos & libertatem inſtitutam, Conſules aliique annui magiſtratus una cum cæteris Reipublicæ partibus, juris quoque dicundi poteſtatem accepere, ducemque naturalem rationem I.

B tionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

tionem potius & mores patrios, quàm quicquam litteris traditum in controverſiis definiendis exercendiſque judiciis ſequebantur, præter pauca quædam libris Pontificum à Numa comprehenſa, & ſi quæ à Tullo, & Anco, maximeque Servio Tullio ad cives in officio continendos, & fœlicitatem publicam augendam reperta ſunt, vel deinde populus
II. firmandæ adverſus Patrum opes concordiæ paravit: donec accito per Decemviros quicquid uſquam gentium conſervandæ civili ſocietati idoneum ea tempeſtate ferebatur, duodecim tabulæ conſcriptæ, imperiumque civitatis univerſum ab hominibus ad leges translatum eſt: *Tacit. annal. lib. 3, cap. 26.* eaque ratione non libertatis modò, cui inter vincula legum receptus unicus eſt, ſed etiam potentiæ, quæ immenſa incrementa captura mox erat, præclara fundamenta jacta ſunt; nec idcirco ferendarum legum uſus intermiſſus eſt umquam, quæ multæ poſtea variæque; prout varia fuere Reipublicæ tempora, à ſenatu, plebeque & populo univerſo conditæ, auctorum ſuorum, id eſt eorum magiſtratuum ad quorum interrogationem perferebantur, vocabula prætu-
III. lere. Neque tamen poſt condita jura nihil Conſulibus, in quo ſua poteſtate uterentur, relictum eſt; namque ſcriptarum hujuſmodi legum cuſtodes (quod juſtiſſimum imperii genus habetur) eſſe cœpere; & quia, poſt prolatos interim agri fines, longinquioribus bellis adminiſtrandis diſtineri ſoliti, gerendæ domi Reipublicæ ſatis plerumque otii non habebant, Prætorem inſtitui placuit, qui loco Conſulum judiciis præeſſet, quique ob neceſſariam in Vrbe moram Vrbanus appellaretur: intermiſſumque ea occaſione credibile eſt Præfectos Vrbi conſtituendi morem, (antea quippe ad tempus & propter regum aut conſulum abſentiam creabantur. *Tacit. annal. lib. 6, c. 11.*) nec niſi ſub Auguſto reductum:
IV. cumque ne Prætor quidem Vrbanus ſufficeret, propter affluentem auctu imperii peregrinorum copiam, cui ſive inter ſe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ſe, ſive cum civibus altercaretur, juris dicundi beneficium denegandum non eſſe docet Ariſtoteles *Polit.* 4. *cap. ult.* Prætor alter eſt additus, quem idcirco Peregrinum dixere. *l. neceſſarium.* 2. *§ cumque Conſules.* 27. *& §§. ſeqq. ff. de orig. jur.* quibus duobus, prout fines imperii amplificabantur, &, V.
ut ait, *Hiſt. lib.* 53. Dio, *honorandorum clarorum civium neceſſitas incedebat*; alii deinde atque alii adjecti, ad decem & octo numerum pervenere *d. l.* 2. *§ capta.* 32. *& § ergo.* 34. *ff. de orig. jur.* utque fœcundior multo gignendis negociis naturæ VI.
infirmitas eſt, quàm ut humanæ rationis anguſtiæ ad ea ſua providentia comprehendenda ſufficiant, multi quotidiè caſus oriri cœpere, quibus nihil omnino conſultum in legibus reperiebatur, *l. nam ad ea.* 5. *l. neque leges* 10. *l. non poſſunt.* 12. *ff. de legibus.* factum eſt, ut Prætores initio anni publice edicere ſolerent, quo jure ſibi in exercenda ſua poteſtate utendum erga controverſias intactas à legibus, quæve in judicando ratio ſequenda eſſet; quæ quidem edicta intra annum terminatas vires ſuas habebant, quo ſpatio edicentis quoque auctoritas terminabatur; & licet quotannis alia, atque alia proponerentur, veriſimile eſt paucis admodum in rebus inter ſe diſſimilia prodiiſſe; quemadmodum hodiernas regu- VII.
las Cancellariæ, pauciſſimis immutatas in rebus, à ſingulis Romanis Pontificibus initio ſuæ creationis proponi ſolitas videmus, quas quidem edictis hiſce ſimiles eſſe obſervavit Franciſcus Florens Anteceſſor Aurelianenſis *ad tit. de reſcript. in princ.* Quòd earum quoque vis omnis, & authoritas, una cum vita Pontificis conditoris extinguitur. *Paris. de reſign. benef. lib.* 11. *q.* 2. *num.* 32. *Serafin. deciſ.* 980. *num.* 12. *Merlin. deciſ.* 192. *num.* 4. *&* 5. Hæc edicta, quo mi- VIII.
nus arbitrii in ſuas leges Prætoribus relinqueretur, primò cautum eſt, ut qualia Kalendis Ianuariis ab iis proponebantur, toto Præturæ tempore cuſtodire deberent: deinde ab Hadriano, opere Iuliani, nobilis ea tempeſtate Iuriſconſulti,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Edictum perpetuum conſcriptum eſt, *l.ſiquis* 10. *C.de condict. indeb.* univerſam juris materiam adeo eleganti methodo comprehendens, ut ejus exemplo Codex Iuſtinianeus mirabilem illam titulorum, ac materiarum ſeriem, in quas digeſtus eſt, acceptum ferat. *l.* 1. *§ cumque* 5. *C. de vet. jur. enucl.*
IX. Hinc autem non ſolum dicendi in urbe juris, ſed regendarum etiam provinciarum (quæ ſucceſſu rerum Romanarum per univerſum terrarum orbem, initio à Sicilia orto, extenſæ ſunt) præcepta depromebantur, exceptis iis civitatibus, quæ libertatem juſque propriis utendi legibus ob ingentia in rempublicam merita muneri accepiſſent, ſociæque atque amicæ peculiari formula eſſent appellatæ: qua de re pulcherrimum exemplum profert in vetere Senatuſconſulto Sigonius *de antiq. jure prov. l.* 1. *c.* 1.
X. Prætores enim, qui à populis cum imperio in Siciliam, cæteraſque provincias mitti cœpere, quamvis ipſi quoque ſua edicta proponere ſolerent, ad id quod in urbe non tam fieret, quam fieri deberet, ea plerumque accommodabant. *l. omnia.* 11. *l. ſed licet.* 12. *ff. de off. præſid.* indequè illa provincialia edictorum diſtributio ortum habuit, ut, quæ ab urbanis, aliiſque provincialibus edictis petita, ac deprompta eſſent, tranſlatitia, cætera nova appellarentur, ut ex Halycarnaſſæo, Livio, cæteriſque priſcis melioris notæ ſcriptoribus, affirmant Sigonius *de judic. lib.* 1. *cap.* 6. *& 7. & de ant. jur. prov. lib.* 1. *cap.* 24. Volaterranus *commentar. lib.* 29. Lipſius *de magnit. pop. Rom. cap.* 10. Roſinus *antiq. Rom. lib.* 8. *cap.* 43. Ianus Gulielmus *de magiſtr. Rom. cap.* 10. Bullengerus *de Imp. Rom. lib.* 3. *cap.* 12.
XI. Neque præterea deerant leges, quibus non tam ſociorum, quàm ipſius regentis rationibus conſulebatur, morum ejus, vitæque ac domeſticæ diſciplinæ regulam præſcribentes, quarum veſtigia in Cicerone, *ſexta contra Verrem actione*, & paſſim alibi cernuntur: nec ſolum Prætores provinciis in vetere republica præerant, verum etiam Proconſules quandoque mitteban-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

tebantur, quo imperii genere, quòd extraordinarium plerumque cenſeretur, gravioribus bellorum cæteriſque hujuſmodi Reipublicæ temporibus populus Romanus uti ſolebat.
Hanc adminiſtrandarum provinciarum rationem uſque ad Auguſti tempora ſervatam accepimus, qui poſtea licet uni- XII.
verſam ſui arbitrii feciſſet rempublicam, quo tamen imminentem ſibi ab oppreſſa patriæ libertate invidiam declinaret, nec perpetuum, nec in omnes provincias ſuum imperium eſſe voluit; ſed relictis ſenatui, populoque Italia, & cæteris ita longo ſervitio domitis, ut facilè ab inermibus etiam haberi poſſent; reliquas, in quibus accerſendæ bellicæ laudis, & firmandæ militaribus ſtudiis potentiæ materiam habiturus erat, ſibi in decennium ſepoſuit; pollicitus, citius etiam ſe eas, ſi citius pacarentur, ſenatui redditurum; ſpeciemque ei rei pulcherrimam oſtendebat, quod nimirum ea ratione duriora quæque & aſperiora reipublicæ ipſe ſubiret, iis, quæ ad fructum bonorum imperii pertinerent ſenatui relictis, per
quem ex eodem ordine Conſulares aut Prætorii, quique Con- XIII.
ſularium, aut Prætoriorum numero habebantur creari quotannis deberent, ac Proconſulari imperio & appellatione provincias adminiſtrarent, lictoribuſque, quoad extra pomœrium eſſent, & cæteris imperii inſignibus ex veteri more uterentur: alios vero à ſe eligendos inſtituit ſenatorii ordinis dignitate contentos, nec alio quam Legatorum ac Proprætoris titulo cenſeri voluit: hoc quidem, tamquam rei militari magis accommodato (reſpondet enim Græcæ dictioni ϛρατηγὸς: & bellorum duces, quòd *militaribus præirent copiis* dictos Prætores monet Iuſtinianus, *Novel. de prætor. Lycaon. in præfat.*) cujus illis major, quàm pacis artium erat futura neceſſitas; illo verò, quaſi per modeſtiam, ac ſi ipſemet à Senatu Proconſulare Imperium in eas provincias accepiſſet, eaſque, per ſolitos Proconſulibus adhærere eorumque vice fungi comites, adminiſtraret, qui quidem, ut infra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

XIV. *lege p. num.* 47. dicemus, Legati dicebantur. Verum creſcentibus deinde Cæſarum in Rempublicam opibus, nec ullo jam reliquo libertatis antiquæ reſpectu, una cum cæteris omnibus jus quoque mittendorum in provincias præſidum ceſſit in Principes, minus rectè & minus integre à Magiſtratibus à Senatu datis ei muneri reſponderi prætendentes. *Sueton. in Auguſto. cap.* 47. *Dio hiſtor. lib.* 53. Sequutaque eſt haud levis omnis Reipublicæ adminiſtrandæ immutatio, & præcipue, quod ad provincias attinet, ſub Hadriano ac deinde Conſtantino Principibus: nec diu fuit,

XV. ut Imperium in Orientale & Occidentale diviſum rurſus in plures diœceſes, deinde provincias, abhorrente à veterum inſtitutis ratione diſtribueretur; harum autem aliæ Proconſulares, aliæ Conſulares, aliæ Correctoriæ dicerentur, parerentque Præfectis Prætorio, eorumque Vicariis, de quibus omnibus frequens in hoc tractatu mentio incidet, & plenè diſſeremus in Romani Imperii Synopſi, quam univerſo noſtro

XVI. de Iure publico operi præmittemus. Idem autem Auguſtus non contentus legum præceptis, quæ cum in cætero Romano jure, tum in edictis à prætoribus proponi ſolitis, ut jam diximus, continebantur, & plerumque reſpiciebant privatam provincialium utilitatem, adjecit quædam propria, quæ non magis populorum, quàm ſui ipſius gubernandi rationem præſcriberent Magiſtratibus, eaque peculiari nomine *Mandata Principis* appellavit; quod innuit elegans locus Dionis, ab interprete propter obſcuritatem ſilentio prætermiſſus, ut obſervavit Briſſonius de formul. lib. 3. & Cujacius in not. ad tit. hunc in editione Contii, qui *hiſtor. lib.* 53 ait, ἐντολάς τε τινὰς καὶ τοῖς ἐπιτρόποις, καὶ τοῖς ἀντυπάτοις, τοῖς τε ἀντιστρατήγοις δίδωσιν, ὅπως ἐπὶ ῥητοῖς ἐξίωσι. id eſt, *Mandata quædam ac Procuratoribus, ac Proconſulibus, ac Proprætoribus dabant, quo cum certis exeant.*

XVII. Hoc inde inſtitutum alii Imperatores ſequuti, certa Magiſtratibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

giſtratibus dederunt Mandata, quibus regendi forma & vitæ ratio præſcriberetur, ut præter plurima Tertulliani, Luciani, & Plinii loca congeſta per Briſſonium *formul. lib.* 3. indicat Iuſtinianus § *ut autem*, *Novel. de Præſ. Pyſid.* § *hæc autem. Novel. de Prætore Thrac.* Et quia in judicando ab his non XVIII. erat recedendum, ea præſides, dum judicarent, in Auditorio penes ſe retinebant: *Pancirol. not. Imp. Orient. cap.* 157. imo etiam Edictis propriis aliqua eorum capita inſerebant, quemadmodum legimus D. Pium, cum Aſiæ præeſſet, ſub Edicto propoſuiſſe caput illud Mandatorum, quo Præſidi injungebatur, ut latrones interrogaret de ſociis & receptatoribus. *l. D. Hadrianus. 6. § p. ff. de cuſtod. & exhib. reor.* Veriſimile etiam XIX. eſt demerendæ Principis voluntatis, ineundæque gratiæ cauſa, ex univerſo Romano jure, ad quod ſuas actiones Præſides accommodabant, hoc ab iis præceptorum genus, tamquam à peculiari ipſiusmet Principis ingenio profectum, & in quo ille propterea ſibi præ cæteris placeret, deligi ſolitum, cui omnem à ſe bene gerendæ Reipublicæ gratiam ferre acceptam viderentur, quaſi ejuſdem Principis conſiliorum id potius, quàm propriæ operæ beneficium fuiſſet. id enim XX. non verbis tantùm, verùm etiam ſpecie quadam & ſolemni quodammodo ritu profitebantur, dum inter inſignia Magiſtratus libri Mandatorum imaginem variis, prout varii erant Magiſtratuum gradus, ornamentis expreſſam habebant, & quaſi rem planè ſacram, & omne mortalitatis faſtigium egreſſam, ſæpe accenſis circa cereis venerabantur. *Pancirol. Not. Imp. Orient. cap.* 22. & 155. Sed veriſſima profecto eſt aurea XXI. illa Platonis eleganti epigrammate expreſſa ſententia, quòd videlicet.

Αἰὼν πάντα φέρει, δολιχὸς χρόνος οἶδεν ἀμείβειν
ὄνομα καὶ μορφὴν, καὶ φύσιν, ἠδὲ τύχην. hoc eſt, *Anthol. Græc. lib. p.*

Sæculùm omnia fert, longum tempus novit immutare nomen, & formam, & naturam, & fortunam.

namque

namque paulatim exoleſcente omni recti honeſtique, ac ipſius Imperatoriæ Majeſtatis reſpectu, hæc etiam publici juris ratio contemni, & avaritia Magiſtratuum libidineque & cæteris malis artibus ſuperari cœpit. § *idemque, Novel. de co-*
XXII. *mite Iſauriæ.* donec Iuſtinianus animadvertens præcipue rem Romanam hujuſmodi Mandatorum obſervatione conſiſtere. § 2. *Novel. de Præt. Thrac.* imitatus Hadriani conſilium, quo princeps ille in Edicti perpetui compilatione uſus eſt, præcipua in eo juris privati capita concludendo, illudque in anniverſariorum illorum, quæ antiquitus proponi ſolebant edictorum locum ſubſtituendo, Conſtitutiones
XXIII. edidit Novellas octavam & decimamſeptimam, quæ Mandatorum quodammodo perpetuorum ac univerſalium inſtar eſſent, hiſque omnes Præſides tamquam communi regula & ſpeculo adminiſtrandæ provinciæ uterentur. quidquid enim egregii ad fœlix populorum regimen excogitare humana prudentia poteſt, (quæ ſunt præcipuæ juris publici partes) conjicienda in iis ac deſcribenda curavit. Harum prima poſita eſt ſub titulo *Vt judices ſine quoquo ſuffragio fiant*, qua avaritiæ gubernantium ab ſtirpe delendæ evertendæque, ducto à præcipua ejus vitii origine initio, rationem inire aggreſſus eſt, dum gratuitas in poſterum creationes Magiſtratuum, & ab omni ſordium inquinamento immunes inſtituit; ſacramenti præterea religionem (quo in aditu honoris adigendos inſtituit, de obſervanda ea lege Provinciarum rectores) adjecit, ejusque ſacramenti, imo univerſæ legis vindices & exactores Epiſcopos eſſe voluit; quoque hujuſmodi præceptorum venerabilior animis hominum ſpecies accideret, nec umquam excidere memoria poſſet, non ſolum recondendam illam inter ſacra vaſa cæteraque divini cultus inſtrumenta in penitiore ſanctioreque venerabilis Eccleſiæ parte, quaſi *dedicatam Deo & ad ſalutem ab eo factorum hominum ſcriptam* mandavit, ſed etiam in ejuſdem Eccleſiæ porticibus ad promptio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

promptiorem univerſi populi notitiam affigi, ut ibi publicè deſcripta & oculis omnium admota cenſeretur. *d. Novel.* 8. *§. traditæ nobis. repetita Baſilic. lib. 6. tit. 3. num.* 20. Nec XXIV.
exiguum ſui hujus erga Rempublicam ſtudii fructum capere viſus eſt, & ſi nihil aliud inde tuliſſet, quam quod poſt longa ſæcula laudatorem ejus imitatoremque ea in laude habuit ſanctiſſimum inter Pontifices Romanos, bonorumque morum exactorem religioſiſſimum Pium V. qui Novellam octavam quam diximus approbavit *Conſtit.* 140. & univerſis ditionum Eccleſiaſticarum Magiſtratibus obſervandam præcepit.

Altera vero propriam habet *de Mandatis Principum* in- XXV.
ſcriptionem; ubi laudata ſtatim initio, & obſervari Mandata hac ipſa, de qua mox dicimus, Conſtitutione, novam tradit formulam Mandatorum; qua prudentiſſima, ſaluberrimaque præcepta comprehenduntur de abſtinentia Magiſtratuum; de conſtantia, æquitateque, & celeritate judiciorum; de lenitate, ac diligentia in imperanda, exigendaque publica pecunia; de concordia inter cives; de rei frumentariæ ratione; de Sacrarum ædium, cæterorumque publicorum operum incolumitate, aliiſque plurimis, ſine quorum diligenti intentoque ſtudio Reſpublica ſalva eſſe non poteſt: pariterque hujus alterius Conſtitutionis memoriæ, atque obſervantiæ conſultum voluit, namque recenſendam eam inter cæ- XXVI.
tera juris perpetui capita curavit, exhibitionemque ejuſdem coram Epiſcopo, & Clericis in Metropoli, cæteriſque provinciæ civitatibus imperavit; ita ut nunquam ab oculis populi remota eſſet, nemoque an Mandata Principis obſerventur explorare, & compertum habere non poſſet; morique laudabili, pridem ut diximus inſtituto, Mandatorum, inter alia Imperii provincialis inſignia habendorum, adjecit, ut una cum codicillis (quorum traditione recentis honoris veluti quædam poſſeſſio Præſidibus tradebatur) nova hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Mandatorum ſanctio tradi deberet. *l. 3. hoc. tit. in præfat. &* *§ hæc etiam. § ideoque. Novel. de Præt. Thrac. § ut autem. de Præſid. Piſid. § ſecundum legem. Novel. de Præt. Lycaon. & §*
XXVII. *idemque. de Com. Iſaur.* Hunc igitur de Mandatis Principum titulum, ejuſque univerſam materiam plenis commentariis interpretari, adeoque de Officio eorum, qui in Provincias cum imperio mittuntur, diſſerere, quantum mea infirmitas patietur, explicata ea Publici juris parte, quæ ad hanc rem facere videtur, conſilium eſt; cujus quidem rei cognitio quando à veteribus Populi Romani moribus & inſtitutis, præſertim vero quæ circa Iuſtiniani Principis tempora obtinebant, magnopere pendeat, de iis paulo verboſius diſſerere non alienum à ſuſcepti mihi oneris ratione fuiſſe putavi, ab ipſis legum & præcipue Novellarum fontibus accito
XXVIII. præſidio: Mandata autem ipſa Græce ſimul & Latine edenda curavi, quo mens legislatoris curioſis ejus indagatoribus intellecta facilior ſit, quam aliquando Latina Novellarum verſio non ſatis aſſequitur, ut animadvertit Merenda *controverſ. jur. lib. 19. cap. 25. num. 96. & ſeqq.* & abunde indicant, ultra compendioſam illam Iuliani translationem, Haloandri, Agylæi, & Scrimgeri verſiones, & plæræque recentiorum I. C. obſervationes; quibus poſt bonarum litterarum propagationem in his, quæ ad verborum ſignificationem ſpectant, magis deferendum eſſe, quam antiquioribus
XXIX. affirmavit Cardinalis Serafinus *deciſ. 359. num.* 20. & quia in primo quoque libro Codicis habetur hic idem titulus *de Mandatis Principum*, imo ea præcipua hujus materiæ ſedes videtur; noſtrumque inſtitutum eſt leges ejus libri potiſſimum interpretari; accommodatior meo propoſito viſa eſt Charondæ editio, aliæque ejus ſimiles, in quibus Novella, quam diximus, decima ſeptima, quaſi lex tertia adjecta eſt duabus illis, quæ ſolæ in titulo Codicis de Mandatis Principum reperiuntur: rectene an ſecus, nihil in præſens attinet,

& in

& in interpretatione præfationis ad eamdem legem accurate dicemus. Nec ſolum hanc tertiam, verum etiam duas quoque priores leges utraque lingua Græca & Latina pariter edere placuit, quarum quidem poſteriorem ante nos Cujacius depromptam ex Baſilicis in publicum Græce protulit, cujus exemplo nos primam, Latine ſolum hactenus lectitari ſolitam, Græcam ex iiſdem Baſilicis exhibebimus. Itaque tres leges in toto corpore juris de Mandatis Principum ex profeſſo tractantes, noſtra hæc commentaria complectentur; in quarum priori de Mandatis illis eſt ſermo, quæ dantur Comitibus, Tribunis & Notariis vel Referendariis (de quibus nos *ibi plene num.* 11. *& ſeqq. & l.* 2. *num.* 42.) perferenda ad Præſides, ut monuit Cujacius *in not. ad hunc tit.* In ſecunda ad excludendas fraudes eorum, qui ſpecie principalium Mandatorum ad injuriam abutuntur, cavetur, ne quid roboris habeant, unico excepto, qui ibi ponitur, caſu: de tertia vero hic ſatis multa à nobis dicta ſunt. Sed jam rem ipſam aggrediamur. XXX.

LEX PRIMA.

Aſſerenti ſe habere Mandata Principis ſecreta non creditur, niſi ea ſcriptis probaverit.

Imppp. Gratian. Valent. & Theodoſ. A.A.A. ad Fuſignium Præfectum Prætorio.

Si quis adſerat cum Mandatis noſtris ſecretis ſe veniſſe, omnes ſciant, nemini quicquam, niſi quod ſcriptis probaverit, eſſe credendum: nec ullius dignitate terreri, ſive ille Tribuni, ſive Notarii, ſive Comitis proferat dignitatem; ſed ſacras noſtras litteras eſſe quærendas. dat. 16. Kal. Iul. Heracleæ. Merobaude 2. & Saturnino Conſſ.

Ex ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ

lib. 2. tit. 6. num. 18.

Siquis cum quolibet mandato veniat, dicens ſine ſcripto ſibi à Principe mandatum, ei fides non adhibeatur, cujuscumque dignitatis ſit, qui id aſſerit.

Εἴ τις ἐν οἱωδήποτε σεκρέτῳ παραγγένηται, λέγων ἄγραφον βασιλικὴν κέλευσιν πρὸς αὐτὸν γεγονέναι, μὴ πιστευέσθω. κἂν οἱασδήποτε ἀξίας εἴη ὁ τοῦτο διαβεβαιούμενος.

I. IN Principem tranſlata per legem regiam poteſtas, & hinc ab ea omnes dependent Magiſtratus, & eorum auctoritas.

II. Textus hic in Codice Theodoſiano ubi locatus ſit.

III. In-

III. *Iudices delegati exhibent inſtrumentum delegationis.*
IV. *Sacra dicta, quæ à Principibus prodibant, & cur.*
V. *Mandatum Principis debet probari per ſcripturam.*
VI. *Melior eſt probatio per teſtes, quam per ſcripturam. Declaratur. n.* VII.
VIII. *Remiſſoria non datur ad probandum id, cujus contrarium conſtat per ſcripturam; vel id, ad cujus probationem, hanc lex requirit n.* IX.
X. *Magiſtratus debent exhibere Mandata.*
XI. *Tribuni qui fuerint, & quot eorum ſpecies.*
XII. *Tribunus voluptatum, quis, & ejus officium.*
XIII. *Comœdiæ, & ſpectaculorum uſus qualis ſit permittendus.*
XIV. *Notarii qui olim, & nunc dicantur.*
XV. *Tabellionatus officium excludit à decurionatu.*
XVI. *Secretarii Principum cur Notarii dicti. In dignitate conſtituti.* XVII. *&* XX.
XVIII. *Tabelliones cur dicti Notarii.*
XIX. *Clauſularum cæteratarum vis, & abuſus, exemplo infelici Auctoris demonſtratur.*
XX. *Tabellionatus non eſt dignitas, ſed officium.*
XXI. *Derogat nobilitati generoſæ. Limitatur. n.* XXII. *&* XXIII.
XXIII. *Conſuetudo attenditur ad cognoſcendum, an aliqua ars honeſta, vel utilis cenſeatur.*
XXIV. *Comites quinam dicti antiquitus.*
XXV. *Comitum dignitas unde deducta, & de eorum corona remiſſive.*
XXVI. *Comites Conſiſtoriani, Equorum, Stabuli, Sacri Palatii, Rei Militaris, Commerciorum, Sacri Patrimonii, Rerum Privatarum, Formarum, Portuum, Provinciarum, & Sacrarum Largitionum, & alii quinam fuerint, & de eorum muneribus remiſſive.*
XXVII. *Ex Comitibus, Tribunis, & Notariis Provinciarum Præſides electi.*
XXVIII. *Cardinales æquiparantur Præfectis Prætorio.*
XXIX. *Cardinalium aſſertioni, & Teſtimonio creditur.*
XXX. *An credatur Cardinali aſſerenti ſe habere Mandata Pontificis, iis non exhibitis, & num. ſeqq.*
XXXI. *Sedes Apoſtolica legatos alienos non admittit ſine litteris.*
XXXII. *Cardinali Legato creditur ſine litteris. declaratur n.* XXXIII, *&* XXXV.
XXXIV. *Conſtitutiones editæ à Legatis contra diſpoſitionem ſtatuti per Pontificem confirmati non ſuſtinentur.*
XXXVI. *Cardinali Nepoti ſummi Pontificis, vel alias ſtatus Eccleſiaſtici Superintendenti creditur ſine litteris, & cur.*
XXXVII. *An cæteris Cardinalibus aſſerentibus aliquid ſibi commiſſum fuiſſe à Pontifice, credatur, etiamſi commiſſionem non exhibeant. declaratur n.* XXXVIII.
XXXIX. *Delegatus quando delegationem exequatur, licet eam non probaverit. & n.* XL.
XLI. *Diſpoſitio generalis non comprehendit Cardinales. Limitatur. num.* XLII, XLIII, *&* XLIV.
XLV. *Legati Principum debent exhibere litteras legationis. Declaratur n.* LV. *ampliatur n.* LVII. *limitatur n.* LX. *declaratur limitatio. num.* LXI, *& ſeqq.*
XLVI. *De his an agatur in Corpore juris.*
XLVII. *Legati Proconſulum qui, & eorum munus.*
XLVIII. *Legati per ſubditos miſſi ad Principem non ſunt veri legati, nec mittuntur inſcio Principe. & n.* L.
XLIX. *Legati Cæſaris qui.*
LI. *Vnus deceſſoris, & ſucceſſoris Magiſtratus.*
LII. *Succeſſor debet monere qua die fines Provinciæ ſit ingreſſurus.*
LIII. *Legati Pontificis per antonomaſiam dicuntur Nuncii.*
LIV. *Mandata quænam à Principe dantur Legatis.*
LVI. *Litteræ credentiæ cur dantur Legatis.*
LVIII. *Legato exhibitis litteris credentiæ in omnibus eſt credendum.*
LIX. *Et is urgendus eſt ad harum litterarum exhibitionem. Fallit in Mandatis arcanis. n.* LX. *fallentia limitatur à num.* LXII. *ad* LXVII.
LXI. *Litteræ mittentem obligant ubi receptæ fuerint.*
LXVII. *Legati apud Homerum eadem verba referunt.*

LXVIII. *Mandati fines nemo poteſt excedere.*
LXIX. *Litteræ credentiæ obligant mittentem.*
LXX. *Etiamſi Legatus quid paciſcatur contra Mandata arcana.*
LXXI. *In legationibus ſemper æquitas ſervatur.*
LXXII. *Revocatio Procuratoris non officit, niſi fuerit deducta in notitiam Iudicis, vel Adverſarii.*

I. PEr legem regiam (quam Imperii legem nuncupat Alexander *in l. ex imperfecto. 3. C. de teſtam.* & plene examinat Amaya *Obſerv. lib. 1. cap. 1. num. 22. & ſeqq.*) translata à populis ad Principem jurisdictio & poteſtas, *l. 1. §. ſed & ſi. 7. C. de vet. jur. enucl. l. 1. ff. de conſt. Princ. §. ſed & quod. 6. Inſtit. de jur. nat. gent. & civ. Barboſ. l. cum prætor. 12. §. 1. num. 20. ff. de judic.* non aliunde in Magiſtratus deſcendit, ac derivatur, quam ab ipſo Principe, dum eos conſtituit, vel confirmat, conſtituendive, aut confirmandi aliis auctoritatem elargitur, *l. 1. § initio. 4. ff. de off. præf. Vrb. c. p. §. Iudices. & ibi Bald. de pac. jur. firm. Alex. conſ. 24. num. 1. lib. 5. Menoch. præſumpt. 14. num. 4. lib. 2.* Hanc ob cauſam cum factum Principis neceſſario requiratur ad conſtituendum Magiſtratum, *l. unic. ff. ad leg. Iul. de ambitu.* & ea quæ ſunt facti debeant probari, *l. 1. C. de probat. l. adſeveratio. 10. C. de non num. pec.* in hac lege quæ paucis in
II. fine & inſcriptione immutatis reperitur in Codice Theodoſiano *ſub hoc eodem tit. de mand. Princ. lib. 1.* decernit Imperator, *ſi quis adſerat cum mandatis ſecretis ſe veniſſe*, huic
III. id tantum, *quod ſcriptis probaverit, eſſe credendum.* & determinatio hæc alias repetita in *l. prohibitum. 5. C. de jur. fiſc.* in iis etiam Iudicibus locum habet, qui non ordinata, ſed delegata jurisdictione utuntur. *c. cum in jure. 31. de off & poteſt. deleg. Bald. hic num. 2. Menoch. præſumpt. 15. lib. 2.* nec ſatis eſt de hujusmodi Principis mandato docere per teſtes, vel alia quapiam ratione, ſed neceſſe eſt ipſas *litteras* Princi-
IV. pis exhibere; quas hic Imperator *ſacras* appellat, juxta morem illius ſæculi, in quo ſingula, quæ à Principe prodibant,

vel

vel ad ipſum ſpectabant, *divina & ſacra* dicebantur, nedum à ſubditis, ut oſtendunt plures apud Symmachum & Caſſiodorum epiſtolæ, verum etiam à Principibus ipſis; quod ſane indicant innumeræ leges in Corpore juris clauſæ, in quibus paſſim Principis reſponſa, ſeu reſcripta, *ſacros affatus*, *ſacra oracula*, *ſacras adnotationes*, *ſacras litteras* legimus appellari; & earum plurimas ad propoſitum ponderat Bullengerus *de Imp. Rom. lib. 3. cap. 12.* Inani ſiquidem Ethnicorum aſſentatione factum eſt, ut mos hujuſmodi praviſſimus invaleſceret, divinos honores Principibus deferendi; quamobrem eorum dicta, factaque, *ſacra* appellata arbitratur Amaya, *l. nominationum. num. 2. C. de Decurion.* qui propterea animadvertit Principum acta cæteris longe majora & præſtantiora videri, quaſi non à mortali, ſed divina quodammodo poteſtate profecta, ideoque, ut qua decet veneratione ab hominibus excipiantur, jure ſibi ſacrorum ac divinorum vocabula vindicare: *num. 3.* A quo tamen inſtituto ſapientiſſimum Principem Auguſtum vehementer abhorruiſſe, auctor eſt Suetonius; apud quem *cap. 2.* legitur, illum, neſcio quem *ſacras ejus occupationes* dicentem, coegiſſe *pro ſacris laborioſas dicere.*

Cum igitur hic certus præſcribatur modus probandi Man- V.
data Principis, per exhibitionem videlicet ſcripturæ, ut *hic* animadvertunt Bartolus, Baldus *num. 1.* Albericus *num. 2.* qui docet *ibidem*, quænam ad id ſcriptura requiratur. Decius *num. 6.* & Barboſa *num. 3.* idque optima ratione inductum ſit ad occurrendum fraudibus in materia juriſdictionis, quæ indebite uſurpata civilem ſtatum prorſus evertit; fruſtra quærunt aliqui, an per teſtes aliamve rationem Mandatum
Principis congrue probetur: Quamvis enim alias validior VI.
videatur probatio per teſtes, quam per ſcripturam, quaſi diſſonum ſit majorem fidem præſtari defuncti animantis corio, quam viventis voci, juxta dictum Innocentii, quod ſequitur Abbas *in cap. tertio loco. num. 5. verſ. ultimum tamen. de probat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

bat. & cap. cum Ioannes. 10. *num.* 13. *de fide Inſtr. & plenè* Maſcardus, qui de communi teſtatur. *de prob. q.* 6. *num.* 1.
VII. id tamen non procedit, ubi ſcriptura ſit indubitatæ fidei, qualis eſt illa, cujus Princeps eſt auctor, nam hujuſmodi ſcriptura præfertur dictis Teſtium. *gloſ. cap. p. §. poſtquam. V. in ſcriptis de cenſ. in* 6. *Rota deciſ.* 27. *n.* 19. *par.* 5. *deciſ.* 95. *& deciſ.* 328. *n.* 12. *par.* 6. *rec. Duran. deciſ.* 131. *num.* 13. ubi
VIII. ita millies fuiſſe deciſum *Serafin. deciſ.* 339 *num.* 7. nec unquam per hæc eliditur; ut ideo uſus in judiciis inoleverit, quod ſemper illis remiſſoria deneget, qui probare velint id, cujus oppoſitum ſcripturæ edoceant: *Rota deciſ.* 131 *n.* 2. *coram Penia p. p. deciſ.* 1460 *n.* 3. *coram Serafin. in foro Sempronien.* 16 *Martii* 1640. *§. deveniendo. & in Salisburgenſ. ſeu Nullius Iurisdictionis* 16 *Decemb.* 1652. *§ non obſtat coram Ro-*
IX. *ſas.* Nec unquam teſtes audiuntur illis in caſibus, in quibus lex ipſa ſcripturam præciſe deſiderat; *Maſcard. d. quæſt.* 6 *num.* 20. *Gottofred. ad l. in exercendis.* 15. *V. eandem C. de fid. inſtr.* quos ſingulos recenſet gloſſa in *cap. p. V. in ſcriptis de cenſ. in* 6. & talis eſt certe, ex Imperatoris præſcripto, is, de quo modo diſſeritur, in quo non quidem mortui animantis corio, ſed ſacræ adnotationi jubentis Principis fides exhibetur. De Magiſtratibus ordinariis hic non loquitur Imperator, quia
X. prius quam provinciæ fines ingrederentur illi, quibus ſi fuerant delati, ſemper litteras mittebant ad deceſſorem, & una Edictum, ut inferius dicetur *num.* 52. ſed hic tantum eſt ſermo de illis, qui extra ordinem in Provincias mittuntur: *Cujac. ad Novell. de Mandat. Princ. in princ. Gottofred. hic V. ſive.* quorum dignitate, ne aliquo pacto provinciales deterreantur, monet Imperator omnino obſequium iis denegari, niſi Mandata Principis exhibeant; ſive ille, qui ea habuiſſe aſſe-
XI. rit, *Tribuni, ſive Notarii, ſive Comitis proferat dignitatem:* Hic non agitur de Tribunis plebis, cum hos nullum diem integrum Roma abeſſe liceret. *Macrob. Saturnal. lib. p. cap.* 3.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Sed vel de Tribunis militum, majoribus tamen, qui ſcilicet non uni cohorti, ſed integræ legioni præficiebantur, quia *Tribunus major per epiſtolam ſacram Imperatoris judicio deſtinatur, minor Tribunus provenit à labore:* ut refert Vegetius *de re milit. lib.* 2. *cap.*7. vel potius de Tribunis provinciarum, quibus *modis omnibus obedire* jubentur provinciales in Tribunatus formula, quam deſcribit Caſſiodorus *var. lib.*7. *epiſt.* 30. qui pariter *ibidem* exhibet munus Tribuni voluptatum XII.
epiſt. 10. non tamen illius, quem novis inveniendis voluptatum generibus præfecerat Tiberius: *Sueton. in vita Tiber. cap.* 42. *in fin.* qualis apud Neronem fuiſſe narratur à Tacito *annal. lib.* 16. Petronius ille aſſumptus *elegantiæ arbiter, dum nihil amœnum & molle affluentia putat, niſi quod ei Petronius approbaviſſet:* ſed à Caſſiodoro is voluptatum Tribunus *ibi* deſcribitur, qui optimo inſtituto ſub honeſtiſſimæ cujusdam diſciplinæ lege ſpectaculorum editionem curabat: ſic enim Princeps Tribunum illum, *in calce prædictæ formulæ*, alloquebatur: *Age bonis inſtitutis quod nimia prudentia conſtat inveniſſe majores: leve deſiderium, &, ſi verecundia non cohibet, diſtrictio prædicta modificat. Agantur ſpectacula ſuis conſuetudinibus ordinata: quia nec illa poſſunt invenire gratiam, niſi imitata fuerint aliquam diſciplinam: Quapropter Tribunum te voluptatum per illam indictionem noſtra facit electio, ut omnia ſic agas, quemadmodum tibi vota Civitatis adjungas. Ne quod ad lætitiam conſtat inventum, tuis temporibus ad culpas videatur fuiſſe transmiſſum: Cum fama diminutis ſalva tua opinione verſare: Caſtitatem dilige, cui ſubjacent proſtitutæ, ut magna laude dicatur, virtutibus ſtuduit, qui voluptatibus miſcebatur. optamus enim, ut per ludicram adminiſtrationem ad ſeriam pervenias dignitatem:* Quæ verba hic placuit apponere, ut XIII.
hinc diſcant Præſides, qua ratione Comœdiarum, & aliorum ſpectaculorum uſus ſit permittendus, cum adverſus ea populi ſtudium flagrantiſſimum eſſe ſoleat, nec minus ac de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

annonæ copia ſollicitum, quippe qui teſte Iuvenale *Satyr.* 10.

——— duas res tantum anxius optat
Panem, & Circenſes.

Congruit quippe rectæ rationi, ut prudens Præſes, Socratis inſtar, qui tunc theatra adibat, cum ibi Euripides certaret, *Ælian. var. hiſt. lib.* 2. *cap.* 13. iis tantum ſpectaculis interſit, quæ bonis exemplis excitare homines ad virtutem idonea ſint; eaque ſolum permittat, à quibus procul abſit omnis factorum, aut verborum obſcœnitas, ne inde in riſum effuſis, adeoque incautis ſubditorum animis vitia irrepant. Ita ſane Magiſtratus educationi puerorum præficiendos eſſe cum monuiſſet Ariſtoteles, *Politic.* 7. *cap.* 17. ſubdidit, *quas narrationes, & fabulas pueri audire debeant, cura ſit iis, qui pueris publice præficiuntur: cuncta enim talia ad converſationes poſtea futuras accommodanda ſunt: itaque ludi ut plurimum tales eſſe debent, ut ſint imitationes eorum, quæ poſtea ſunt facienda.* & paulo poſt: *obſcœnitas verborum, ut & quicquam aliud per legislatorem exterminanda eſt de civitate; ex turpiter enim loquendi licentia ſequitur & turpiter facere.* & Poëſeos partem imitatricem à ſua Republica *lib.* 10. ejiciebat Plato, *animorum enim pernicies talia audientium videtur eſſe quicumque à medicina deſtituuntur, quæ in recta & germana earum rerum æſtimatione conſiſtit.* Suſcitat quippe, ac urget poëtica imitatio ſenſuum vires, *irritans iram, titillans libidinem, ſolvens riſum, effundens lacrymas, & querelas, idcirco rationis quidem regnum labefactare, perturbationis vero tyrannidem videtur adducere.* ut bene *ibid. in argum.* animadvertit Marſilius Ficinus: & ſi verba tantorum virorum ſatis auctoritatis habere cuipiam non videantur, is ad Auguſti facta reſpiciat, quem hiſtrionum licentiam acriter compeſcuiſſe, plura ejuſdem geſta teſtantur, relata per Suetonium *in ejus vita cap.* 45.

Notarii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Notarii inde hic meminit Imperator; non quidem illius, XIV.
cui velociſſime excipienti dictata

——— Littera verbum eſt,

Quique notis linguam ſuperet, curſumque loquentis

Excipiat, longas nova per compendia voces.

Manil. aſtronom. lib. 4.

viliſſimorum enim mancipiorum hæc erant commenta, ut ait Seneca *ep.90.* quæ quinquaginta ſolidis æſtimari mandavit Imperator. *l. ſi duobus. 3. C. com. de leg.* minuſve de Notariis iis hic eſt ſermo, quos alio vocabulo Tabelliones appella- XV.
mus: ad hos enim ſpectare non poterat adminiſtratio provinciæ, propterea quod à Decurionatus quoque munere excluderentur, non quod humile, abjectumque eorum officium haberetur, ſatis enim honeſtum erat; ſed ne hæc duo munia ſimul exercerent, vel occaſione dignitatis Decurionatus inſtrumenta à ſe conſcripta derelinquerent: ut ex Codice Theodoſiano *in l. 3. de Decurion. & l. 2. de Tabular. & logograph.* probat Amaya *ad l. ſi quis. 34. à num. 1. ad. 37.* Guttierez *practic. lib. 1. quæſt. 137. num. 15. & ſeqq.* & Covaruvias. *practic. cap. 19. num. 5.* Sed de Notariis Princi- XVI.
pum hic eſt ſermo, quos hodie Secretarios vocamus, ſic forte dictos ab occultis litterarum notis, quas in ſcribendis Principum arcanis frequenter adhibent, olim Cæſari & Auguſto familiares. *Sueton. in Cæſar. cap. 56. & in Auguſt. cap. 88.* quos ſumma dignitate præditos eſſe optime probant jura, & XVII.
auctoritates per Amayam congeſtæ *d. l. ſi quis. num. 37. & ſeqq.* & præterea Notariatus formula, quæ extat apud Caſſiodorum. *var. lib. 6. epiſt. 16.* & hos ad provincias regendas aliquando fuiſſe deſtinatos, oſtendunt exempla congeſta per Bulengerum *de Imp. Rom. lib. 4. cap. 5.* Hinc Caſtrenſis *hic num. 3.* Salicetus *num. 2.* & *Vtrobique.* Addens, & paſſim reliqui Scribentes, Notariatum dignitatem eſſe, ideoque ſer- XVIII.
vum, & infamem ab eo munere excludi contendunt, accommodata materia ad noſtrorum temporum Tabelliones, qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

paſſim Notarii nuncupantur, forte quia in Schedis, quæ hinc facile *Notæ* à Gregorio IX. nuncupantur, *in cap. cum P. Tabellio* 15. *de fid. inſtr.* contrahentium mentes, inde latius & ad formam authenticam producendas *l. contractus* 17 *C. de fid. inſtr.* breviter & Notis excipiant, ut ingenioſe ſenſit Tholoſanus: *Synt. Iur. lib.* 47. *cap.* 42. *num.* 4. cujus equidem ſententiæ non leve nobis præbet argumentum, copioſus pe-
XIX. nes Notarios clauſularum cæteratarum uſus; cui profecto modus aliquis adhibendus eſſet, ne inde publica veluti fraude contrahentes circumventi videantur; dum prorſus ignari virium, quas clauſulæ complectuntur, quando extenduntur, eas apponi permittunt, quas alias facile recuſarent: non ſecus ac easdem non pariter ignari Notarii ut plurimum adjiciunt. Hujus autem veritatis domeſtica mihi experientia, cum magno meo rerumque mearum incommodo, teſtis eſt. Nam vita functo Pompejo Vizzanio, Bononienſi Senatore, conſobrino meo, fruſtra laboravi in Sacro Romanæ Rotæ Tribunali, ut immitterer in poſſeſſionem bonorum ab eo poſſeſſorum Pompeii Vizzanii Senioris, quem auctorem Bononienſis hiſtoriæ ſatis diligentem habemus, quamvis ea ſubjecta eſſent certo fideicommiſſo Camilli ejus Patris; fuitque denegata immiſſio ex eo, quod in inſtrumento diviſionis hæreditatis paternæ, quam cum illo contraxerat Iaſon, avus & Auctor meus, Notarii imperitia clauſulam *ad habendum* & cæteratam adpoſuerat, quam, ubi extendatur, præ ſe ferre fidei commiſſi paterni renunciationem ſenſit Rota; & jure quidem, ut optime comprobant Doctorum auctoritates, congeſtæ in deciſionibus in illa cauſa editis, *ſcilicet in Bononienſ. fideicommiſſi, de Vizzan.* 15 *Iunii* 1643. *&* 15 *Ian.* 1644 *coram Bichio*, quibus ideo nulla expectata ſententia, bene conſcius
XX. ſapientiæ & æquitatis illius Tribunalis, acquievi; Verum fruſtra quæſtio illa de dignitate Tabellionatus excitatur in hoc textu, quia hic diſponit de Notario Principis, qui vere habet digni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

dignitatem, *Tiraquel· late de nobil. cap. 3. num. 8. Boer. deciſ. 222. num. 8. Covar. pract. d. cap. 19. num. 5. in princ.* Cum alias Tabelliones potius dicantur habere officium, ut ſentiunt Bartolus *hic. num. 3. & 4.* Decius *num. 25. & ſeqq.* & Lotterius *de re benefic. quæſt. 28. num. 25.* qui aſſerit hujus- XXI.
modi officium nobilitati generoſæ derogare, cum in ſe claudat quoddam negotiationis genus, juxta ſententiam gloſſæ *in cap. ſicut. 8. V. Clericis, Ne Cler. vel Mon.* Quod tamen in- XXII.
telligendum non eſt de Scribis, & Actuariis, qui circa Principem, vel alios magnos judices actis geſtiſque conficiendis adhibentur, quales erant Notarii ad Martyrum acta deſcribenda olim electi, de quibus Cæſar Raſponus, *in ſuis de Baſilica & Patriarchio Lateranen. libris. lib. 3. cap. 17. §. S. Clemens. & §§. ſeqq.* & illi qui ad ſcribenda alicujus Magiſtratus acta deputantur, his enim nobilitatem adſcribit Cicero *in Orat. pro Sylla*, dum ait ſe introductis in Senatum Iudicibus, conſtituiſſe, *Senatores, qui omnia judicum dicta, interrogata, & reſponſa præſcriberent.* & inter hos recenſet C. Coſconium, qui tunc erat Prætor, & M. Meſſallam, qui tunc Præturam petebat: & plene poſt Bartolum, Salycetum, Tiraquellum, Boerium, & alios, hoc idem ſenſit Rota, ea reddita ratione, quod hi immediate Principi ſerviunt, vel illius Tribunali, qua ratione differunt à Tabellariis, qui cum publice deſtinentur inſtrumentis conficiendis, quaſi publici ſervi, ideoque compellantur cuicumque indigenti inſervire pro rogatu, nequaquam reputantur nobiles, *deciſ. 297. per tot. & 504. præſertim num. 5. par. p. recent.* Niſi tamen patriæ conſuetudo contrarium ſua- XXIII.
deat, quæ ſemper attenditur ad dignoſcendum an ars aliqua vilis, vel honeſta cenſeatur. *Bart. l. p. C. de dignit. Tiraquel. de nobil. cap. 34. n. p. & 31. Menoch. conſ. 552. n. 13. Rota d. deciſ. 504. num. 6 par. p. recent.* cujus veritatis exemplum inſigne nobis præbet Roma ipſa, quæ *ſellularias quidem, ac ſordidas & turpibus cupiditatibus ſubſervientes artes, ut corpori-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

bus atque animis tractantium noxias ſervis & exteris exercendas tradidit : longoque tempore pudori fuerunt Romanis opera talia, omnibus ingenuis pertinaciter abſtinentibus , cum Romani tunc temporis duo tantum proſequerentur ſtudia , ſcilicet rei militaris, ac ruſticæ, ut teſtatur Halicarnaſſæus *Antiq. Rom. lib.* 2.

XXIV. Poſtrema dignitas, quam hic recenſet Imperator, eſt Comitatus; dum Comitibus etiam fidem denegandam eſſe ait, niſi Principis Mandata in ſcriptis exhibeant : Hac appellatione olim inſigniti, qui Proconſules vel Prætores in provincias euntes comitabantur, quorum meminit poſt Ciceronem *in epiſt. ad Q. fratrem.* Modeſtinus *l. abeſſe* 33. *ff. ex quibus cauſis mai.* & Paulus *in l. legato* 12. *§. comites ff. de vacat. mun.* & de eorum ſalariis diſſerit Papinianus *in l. diem functo* 4. *ff. de off. adſeſ.* Hoc inde nomen inditum fuit iis, quos Romanus Imperator, dum in bellum proficiſceretur, aut Imperii ditionem perluſtraret, in comitatum adſciſcebat, quaſi hi forent in laborum Principalium curarumque conſortium aſſumpti à Principibus, qui per eos maxima quæque & graviſſima negotia expedire conſueverant: videbanturque ex univerſo genere humano delecti viri, prudentia, conſilio, morumque probitate inſignes, quorum opera levior, & portatu facilior Imperii moles Principibus eſſe poſſet, ut ſenſit Paſ-

XXV. calius *de Coronis lib.* 9. *cap.* 23. qui *ibidem* animadvertit, ex prænobili hoc munere vocabulum tranſiiſſe ad notam perpetuæ dignitatis; & Coronæ ſuper inſignibus domeſticis delationem, ejusque transmiſſionem ad heredes (de qua re *ibid. in fine*) velut argumentum antiquæ laudis & præmiorum, hinc originem habuiſſe. Comitum igitur nomine antiquitus illi fere omnes inſigniti, quos peculiari cuipiam curæ deſti-

XXVI. nabat Princeps : Nam Comites Conſiſtoriani fuerant, qui Conſiſtorii Principalis arcanis intererant: *Bullenger. de Imp. Rom. lib.* 2. *cap.* 20. *in fine*; *& lib.* 3. *cap.* 9. Is pariter, qui equis imperatoriis erat præfectus, Comes equorum, vel

etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

etiam Comes Stabuli nuncupabatur. *Curopalat. de off. Cur. Conſtantinopol. & ibid Iun. & Gretſer. Bullenger. de Imp. Rom. lib.* 8. *cap.* 14. Hinc in Corpore Iuris agitur de Comitibus Sacri Palatii, *toto titulo de off. com. ſacri palat. & l. fin. infra de diverſ. offic.* de Conſiſtorianis, ſcholarum, rei militaris, *Codicis lib.* 12. *tit.* 10. 11. *&* 12. de Comitibus divinarum domorum *l. p. C. ut omn. jud.* Commerciorum *l. unica. & ibi Gottofred. C. de annon. & capitat.* & de ſacri patrimonii & rerum privatarum Orientis Comitibus *Cod. lib. p. tit.* 32. 35. *&* 36. aderantque præterea Comites formarum & portus Vrbis, de quibus Caſſiodorus, *var. lib.* 7. *cap.* 6. *&* 9. & alii plures, quos enumerant Bullengerus *de Imper. Rom. lib.* 4. *cap.* 30. & Pancirolus *in not. Imper. Orient. cap.* 87. 88. 89. 91. 97. 104. 140. *&* 141. & inde vox Comitis fuit ad Magiſtratus Vrbanos & Provinciales delata, *l. unica C. de comit. qui provinc. reg. Pancirol. qui plures recenſet, Not. Imper. occid. à cap.* 70. *ad* 77. unde etiam in Novellis adeſt titulus de Comite Iſauriæ. Vt ideo jure ab his Mandatorum exhibitio exigatur, per quæ ad provinciarum regimen deſtinabantur, quorum Comitatus creationis formulam generalem refert Caſſiodorus *lib.* 7. *cap. p.* & Civitatis Syracuſanorum, Comitivæ, Neapolitanæ *lib.* 6. *cap.* 22. *&* 23. Gothorum per ſingulas provincias, *lib.* 7. *cap.* 3. Ravennatis, *lib.* 7. *cap.* 14. Inſularum, *cap.* 16. & ad hujuſmodi exhibitionem ſtrictius tenebatur Comes ſacrarum largitionum, qui & dictus Comes Theſaurorum, *l. omnes* 2. *C. ut dign. ordo ſerv. l. unica & ibi Gottofred. C. de quæſtor.* propterea quod plures officiales habebat ſibi ſubjectos, *l. unica C. de off. Com. ſacr. largit. l.* 2. *& tot. tit. C. de palat. ſacr. largit.* Horum autem ſpecies & numerum & inſignia recenſet Pancirolus *in Notit. Imper. Orient. cap.* 74. *& in Notit. Imper. Occident. cap.* 35. & formulam eorum creationis itemque munia, Caſſiodorus *var. lib.* 6. XXVII.
cap. 7. Iure autem Tribunorum, Notariorum, & Comitum

hic

hic meminit Iuſtinianus, ubi de Mandatis Principum tractatur,quia hos præcipuè ad magna reipublicæ munera promovendos eſſe ille profitebatur: dum enim Prætoris populi dignitatem ſe velle erigere, & ornare teſtaretur, *Novel. de Præt.pop. cap. p.* & ejus munera recenſeret, *ibidem cap.4. & 6.* affirmavit *ibid cap. 3.* ſe nulli inpoſterum eam dignitatem traditurum, niſi *magnificis, illuſtribus, aut ſpectabilibus Comitibus conſiſtorianis, aut clariſſimis Tribunis prætorianis, & Notariis, aut aliis adminiſtrationes agentibus.*

XXVIII. Cum tamen præcipuis hiſce dignitatibus fidem adhibendam eſſe,niſi Mandata Principis exhibeant,neget Iuſtinianus, nulla facta mentione Præfecti Prætorio, cui æquiparantur Cardinales; Iuxta ſententiam gloſſæ *in. l. p. v. Iudicatui us ff. de off. præf. præt.* quam ſequuntur *Iaſon l.p. num.* 8. *verſ. & patet ff. de off. ejus. Corſetus de pot. reg. p. 3. n. 16. Leonius de Subſtit. tit. de Compend. n.* 211. & *Scacc. de Appell. quæſt.* 16. *limit.* 10. *num.p.* omiſſa quæſtione in Præfectis Prætorio,
XXIX. velut inutili, dubitari continget, an in Cardinalibus militet hæc diſpoſitio; non indiſtincte quærendo, an Cardinalis aſſertioni, vel teſtimonio fides neceſſario ſit adhibenda, cujus quæſiti partem affirmativam tenuit Rota *deciſ. 645. num. 3. par. p. rec. deciſ.* 228 *num.7 coram Burat. in Romana depoſiti 15 Decembris 1645 coram Cardinali Corrado in Placentina Canonicatus 16 Decembris 1647 coram Royas & in Romana ſeu Velliterna affictus 24 Iunii 1647 coram Bichio*; & ejus ſententiam noviſſime, congeſtis uſque ad ſatietatem aliorum Dd. auctoritatibus,ſequutus eſt Cohellius *in notit. Cardinal. cap. 16 privileg. 5.)* hæc enim quæſtio, ſic illimitate accepta, non eſt præſentis inſpectionis, ſed tantum ſi coarctetur ad ſummi
XXX. Pontificis Mandata; ut ſcilicet dubitetur an Cardinali, aſſerenti ſe Mandata Summi Pontificis habere, fides ſit præſtanda: Et tunc ejus controverſiæ ſtatus in tria potiſſimum capita per Dd. dividitur, ut ſcilicet ſit quæſtio, vel de Legatis à latere:

latere : vel de Cardinalibus Summi Pontificis Nepotibus, aliisve quos ſtatus Eccleſiaſtici ſuperintendentes generales vocant; vel tandem de reliquis Cardinalibus referentibus ſibi factam fuiſſe de aliquo negotio commiſſionem vivæ vocis oraculo : de his omnibus diſtinctè diſſerendo : Quoad Car- XXXI.
dinales Legatos, quamvis Sedes Apoſtolica alienos legatos absque ſignatis apicibus recipere non conſueverit, *can. nobiliſſimus. 3. & ibi gloſ. V. ſignatis quæ noſtrum textum allegat diſt. 97.* quia tamen Pontifex eo caſu legato litteras ſui Principis non exhibenti credidit; inſpecta ejus nobilitate, gravitate, & eloquiorum veritate. inde gloſſa forte conſiderans his virtutibus ornatos eſſe Cardinales, & ratione ſuæ dignitatis, quam late ponderat Cohelius *in notit. Cardinal. cap. 8.* eſſe quam maxime notos,ut inde jure cenſeantur nobiliſſimi, cum nobiles dicti ſint à noſcendo, veluti noſcibiles, ut bene congeſtis veterum teſtimoniis obſervat Tiraquellus *de nobilit. cap. 2. num. 3. & ſeqq.* jure intulit, Cardinali credendum XXXII.
eſſe, licet litteras legationis non exhibeat. *d. cap. nobiliſſimus V. nihilominus. & cap. ad apoſtolicæ 2. V. proponi de ſent. & re judic. in 6.* & hanc gloſſæ ſententiam late confirmant Abbas, Felinus, Hoſtienſis, Butrius, & Ancharanus, quos referunt Gabriel *de probat. concluſ. 3. num. p.* Decius *hic num. 17.* Farinacius, qui de communi & magis communi teſtatur, *de teſt. quæſt. 63. cap. 2. num. 55.* & Cohelius *d. privileg. 5. V. procedit etiam & in Comment. ad bull. bon. Regim. cap. 33. num.* 47.qui eam adducit rationem, quod Cardinales extra Curiam prodire ſine dignitate legati non conſueverint : Quæ ſane ratio hodie fortius militat, quod Cardinales Romæ compelluntur reſidere ex Conſtitutione Leonis X *ſeptima, §. 28.* & Innocentii X *octava, §. p. & ſeqq.* Indeque ſi forte mittantur legati, qui non ſint Cardinales, tenentur litteras exhibere in ingreſſu Provinciæ, *Romanus conſ. 387. num. 3. Laudens. de legatis Principum. quæſt. 8. & qu. 34.*

 Bar-

XXXIII. *Barboſa hic*, *num.* 5. *Cohel. d. cap.* 33. *num.* 46. Nec indiſtincte fides præſtatur Cardinalibus Legatis,ſed tantum in his quæ veniunt in generali Legatorum commiſſione, quæ ſcilicet de jure vel conſuetudine Legatis competunt, quatenus legati ſunt: Statim ac enim Legatos illos eſſe credimus, ea etiam facultate gaudere neceſſario credendum eſt. *Gabriel. d. concluſ.* 3. *num.* 3. *&* 10. *Farinac. d. cap.* 2. *num.* 58. *Maſcard. concluſ.* 140. *num. p. Seraphin. deciſ.* 142 *num. p. Villadiego de legat. quæſt.* 16. *num.* 18. Idque nunc erit indubitatum, quod in Legatorum facultatibus generice concedi conſueverunt ea ſingula, *quæ ad hujuſmodi legationis officium de jure & conſuetudine pertinent*, ut in facultatibus Legati Bononienſis obſervavit Rota, *in Bononienſ. bonorum*, 17 *Martii*
XXXIV. 1649 §. *unde ultro. coram Bichio.* quæ inde intulit, Conſtitutiones, contra ſtatuta à Papa ſpecialiter confirmata à Legatis editas, non valere: & rationabiliter quidem; nam tunc reſiſtit noſtri textus diſpoſitio, quæ vult Principis Mandata oſtendi, quæ eo caſu non veniunt in neceſſariam legationis
XXXV. conſequentiam: Et eandem ob cauſam Legato ſine litteris non eſſe credendum,monebat Angelus *conſ.* 182. (cujus diſtinctionem approbant Decius *hac l. noſtra*, *num.* 20. & Tiraquellus *de nobilitat. cap.* 20. *num.* 39.) in his quæ principaliter tendunt in alienum præjudicium; quia ſpecialis ad hæc exigitur facultas, quam neceſſe eſt legatum exhibere, alias juxta regulam noſtri textus ſibi non creditur: *Barboſa hic n.*6. *Maſcard. concluſ.* 317. *num.* 2. *Cohel. d. privileg.* 5. *V. limitatur tertio Mantic. de tacit. lib.* 7. *tit.* 5. *num.* 2. *Roman. conſ.* 387. *num.* 3. *Villadiego de Legato d. quæſt.* 6. *num.* 18. *in fin. Merlin. deciſ.* 108 *num.* 5. niſi forte alias hujuſmodi ſpecialia pluries exercuiſſet, ut ſic eſſet in quaſi poſſeſſione ea exercendi, *Dec. hic. num.* 19. *Gabriel d. Concluſ.* 4 *num.* 11. *Villadiego d. quæſt.* 6 *num.* 20. Si vero ſit quæſtio de Cardinali-
XXXVI. bus Summi Pontificis Nepotibus,vel alias ſtatus Eccleſiaſtici

ſuper-

ſuperintendentibus, tunc ipſis creditur, & eorum epiſtolis, veluti conſcriptis de Mandato Summi Pontificis vivæ vocis oraculo eis facto, ut ſenſit doctiſſimus Advocatus Conſiſtorialis Vermigliolus *conſ. Crimin.* 38. *num.* 2. Genua *de ſcript. privat. lib.* 3. *de litter. Apoſtol. num.* 9 *&* 10. Gaitus *de credito, cap.* 3. *tit.* 3. *num.* 15. nec inde quidpiam derogatum cenſetur huic noſtræ legi, immo potius corroboratur ejus diſpoſitio, quia litterarum hujuſmodi virtus ſuppletur ex motu proprio ſuperintendentiæ generalis, in qua in ſpecie datur facultas ſcribendi hujuſmodi litteras, & eis eo robur additur, ac ſi ex ſpeciali Mandato Pontificis, etiam vivæ vocis oraculo ſuper ſingulis ſpecialiter habito, fuiſſent conſcriptæ; ut ſic ea omnia in ſpecie appareant Cardinali commiſſa ex ampliſſima facultate motus proprii prædicti, ut bene ratiocinatur Rota *coram Cæſ. de Graſſ. quæ ibi contraria voluit, deciſ. p. de præbend. & dignit. num.* 10. *& ſeqq. & deciſ.* 220 *num.* 6. *coram Penia, par. p.* Et ſimile exemplum nobis ſuppetit in Gubernatoribus Vrbis ex literis eorumdem deputationis, quarum exemplum nobis exhibet Pii V. Conſtitut. 107. *& Cherubinus in compend. Bullar. tom.* 2. *ad eandem conſtit. ſchol.* 1. Quod ſi tandem quæratur de cæteris Cardina- XXXVII.
libus aliquid à ſummo Pontifice ſibi commiſſum aſſerentibus, & iis creditur abſque eo quod commiſſionem exhibeant. *Alex. conſ.* 106. *num.* 18. *lib.* 2. *Cohel. notit. Cardinal. d. cap.* 16. *privil.* 29. *Farinac. qui de more plures cumulat, & de communi teſtatur. de teſt. quæſt.* 63 *num.* 60. *Barboſ. hic num.* 6. *Roman. conſ.* 79 *num.* 6. *& ibi Mandoſ. litt. K. Rota deciſ.* 635. *num.* 1. *coram Bellamera. & deciſ.* 33 *num.* 1. *de probat. in antiqu.* nec inde violatur noſtri textus diſpoſitio, XXXVIII.
quia non indiſtincte dictum hoc verificatur, ſed tantum ubi Papa eſt præſens, quia tunc ad ipſum facile poteſt recurri pro certificatione, & ſic cognoſci, an id revera Pontifex mandaverit; hinc enim præſumitur quod Cardinalis non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

diceret mendacium, quod facile ob Principis præſentiam detegeretur: ut in generalibus terminis cujuslibet delegati,
XLIX. quod ſuam delegationem exequi poſſit, abſque eo quod delegationem probet, quando ſit in eodem loco, in quo delegans; poſt Romanum, Batrium, Imolam, Felinum, Iaſonem, Decium, & alios, quos refert Menochius *præſumpt.* 15. *num.* 10. *lib.* 2. affirmat Maſcardus *concl.* 317. *num.* 9. & pleniſſime Addens ad Bartolum *hic. lit. A.* & in præciſis hiſce terminis noſtræ quæſtionis Rota *deciſ.* 630. quæ præterea decernit, quod materia debeat eſſe veroſimilis, nec directe præjudicialis tertio. *part.* 4. *recent.* Duranus *deciſ.* 117. *num.* 6. Vermigliolus *conſ. crim.* 38. *num.* 3. Barboſa *ad hunc text. num.* 7.

XL. Cæterum prædictis omnibus videtur obſtare Bonifacii VIII conſtitutio, *inter extrav. lib.* 1. *de elect.* § *ſane.* in qua juxta hujuſce noſtri textus diſpoſitionem aſſeritur, quod *nec dicenti ſe Delegatum Sedis ejuſdem* (hoc eſt Apoſtolicæ) *creditur, niſi de Mandato Apoſtolico fide doceat oculata.* Ea tamen diſpoſitio Cardinales non complectitur, de quibus modo eſt quæſtio: quia loquitur ſimpliciter de Iudice delegato, quem neceſſe eſt exhibere Mandatum ex diſpoſitione Innocentii III
XLI. *in cap. cum in jure.* 31. *de off. & poteſt. deleg.* quæ non complectitur Cardinales, quia hic propter eorum Eminentiam ſunt ſpectabili nota digni. *Cohel. ad bul. bon. regim. cap.* 16. *num.* 80. *Gonzal. ad reg.* 8. *gloſſ.* 24. *num.* 11. *Rota deciſ.* 464.
XLII. *num.* 1. *part.* 5. *recent. tom.* 2. Et ſi ad ipſos etiam porrigeret ſuas vires diſpoſitio, quia ex prædictis eſt valde rationabilis: *Duran. deciſ.* 67. *num.* 7. *& ſeqq:* & ea ratione, quæ Cardinales ipſos etiam complectatur *Felin. cap. ad accreſ. de reſcript. num.* 11. *Lotter. de re Benef. lib.* 7. *q.* 8. *num.* 85. *& ſeqq: Addens ad Buratt. deciſ.* 570. *num.* 13. *in fin. Seraph.*
XLIII. *deciſ.* 1144. *num.* 3. nec agitur de præjudicio inferendo Cardinali cuipiam reſpectu ſpecialis indulti ſibi conceſſi, *Rota de-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ta deciſ. 464. *num.* 7. *part.* 5. *recent. tom.* 2. adhuc tamen conſtitutio Bonifacii non obeſſet his, quæ ſuperius fuerunt deducta, quia *ibi* non aſſerebamus indiſtincte fidem præſtandam eſſe Cardinalibus abſque Mandatis, ſed tunc tantum quando ſuperius ponderatæ circumſtantiæ nos certos reddant de Mandati ipſius exiſtentia; Ideoque Cardinali XLIV.
non applicabitur generalis illa diſpoſitio, ratione ſpecifici caſus, quem in hac materia nobis ingerit dignitatis illius ſublimitas, ut recte diſtinguebat poſt Gambajam *de off. leg. lib.* 4. *num.* 145. Rota *deciſ.* 452. *num.* 10. *p.* 5. *rec. t.* 2.

Sed ſi adeo caute cum Cardinalibus procedendum eſt, quid XLV.
ſane aſſerendum erit de Legatis Principum, quos, ex hoc eodem textu infert Laudenſis, *de legat. Prin. quæſt* 25. debere litteras ſuæ legationis exhibere: merenturne hi fidem, ſi Mandata Principum a quibus mittuntur non exhibeant? licebit forte ſuſpicari nihil in jure Iuſtinianæo reperiri, per XLVI.
quod præciſe quæſtio hæc determinetur: quamvis enim & apud veteres Romanos frequens eſſet hujusmodi legationum uſus, dum apud eos Legati dicerentur, ne dum illi, quorum opera conſilioque uterentur peregre Magiſtratus, ſed præterea qui forent Nuntii Senatus aut Populi; *Varro de ling. Lat. lib.* 4. ſic vocati, quod *ut publice mittantur, leguntur*, ut ait Varro *ibidem lib.* 5. nulla tamen de facili occurrit in Corpore Civili de jure legationum hujusmodi determinatio, forte quia ad differentiam legatorum provincialium & municipalium (de quibus infra *num.* 48. qui jure Civili reguntur, unde ſunt in Corpore juris tituli Digeſtorum, & Codicis de Legationibus,) ſolo jure gentium ea determinantur, quæ ad veras legationes ſpectant, eas ſcilicet, quas inter ſe illi mittunt, qui ſummi Imperii ſunt compotes: ut ideo non videantur petenda ex fontibus juris civilis, quod etſi in totum a jure gentium non recedit, per omnia ei non ſervit. *l. jus civile* 6. *ff. de juſt. & jur.* Cæterum tria tan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

tum in Corpore juris obſervant legatorum genera Pratus, Weteranus, Hotomannus, & alii lexicographi, quos forſitan latuerunt juris hujuſmodi legationes ſpectantis veſtigia quædam, nec prorſus obſcura, quæ in Corpore juris habentur *in l. fin. ff. de legation. & l. lege Iulia. 7. ff. ad leg. Iul. de vi publ. & l. à legatis gentium. 8. C. de vectigal.* ubi cum diſtinguat Imperator *loca propria* legatorum à *ſolo Romano*; ſermo certe eſt de legatis exterarum gentium, ut erudite obſervat Mat-
XLVII. thæus *de auction. lib. 2. cap. 7. num.* 40. eorum ſcilicet legatorum Doctores modo laudat; primo meminerunt, qui in provincias, veluti Comites quidam expeditionis, & negotiorum adjutores unà cum Proconſulibus, & Proprætoribus mittebantur, ad inſtar forte illorum, qui olim comitabantur Conſules, & Prætores, quorum munus, electionem, numerum, & jurisdictionem referunt Alexander *Gen. lib. 6. cap.* 3. & *ibi plenè* Tiraquellus; item ad inſtar illorum, qui in militaribus expeditionibus munia vicesgerentis, & locumtenentis quodammodo exercebant, ut obſervant Roſinus, *antiq. Rom. lib.* 10.*cap.*7. & Alexander *d. cap.* 3. & hi aut à Senatu dati, aut ejus permiſſu ab ipſis Proconſulibus adſciti veluti Vicarii; lictoribus & faſcibus utebantur; ſed jurisdictionem tantum à Proconſule mandatam exercebant in privatis controverſiis; cum hic publicarum quæſtionum cognitionem iis delegare non poſſet, ut animadvertit Roſinus, qui fuſe eorum munia enarrat *antiq. Rom. lib.* 8. *cap.* 84. & præterea *ibidem* diſſerit de decem legatis, quibus exercituum Duces in conſtituendis provinciis utebantur, de quibus plenius Sigonius *de antiq. jure prov. cap.* 1 § *hujus autem. lib.* 1. & hi legati proprium nihil habebant; ſed ejus qui mandavit juriſdictione utebantur, *l. ſolent etiam. 6. l. legatus.* 12. *ff. de off. proconſ. l. cum prætor.* 12. § *judicem. ff. de judic.* quæ ſibi à Proconſule tantum demandabatur, quando provinciam eſſet ingreſſus. *l. obſervare.* 4. *fin. ff. de off. proconſ.*

Alterum

Alterum Legatorum genus fuit eorum, qui à municipio XLVIII.
vel provincia electi, juxta formam plene traditam per Villa-
diego *part. 2. q. 1. per tot.* ad Principem mittebantur, quo-
rum meminit Imperator *l. ſi quod. 5. & l. fin. C. de legation.
lib.* 10. & hi revera non dicuntur Legati *Germon. de legat.
Princ. lib.* 1 *cap.*7 *num.* 1. *Cohel. ad bul. bon. reg. cap.* 33. *num.*5.
Ius quippe legationis, quod *externo comparatum eſſè* debere
tradit Livius, *hiſt. lib.* 6. nonniſi in externis locum habere
poteſt, & externus is tantum recte dicitur, qui extra ditio-
nem ejus, reſpectu cujus externus eſſe dicitur, ſitus eſt,
quemadmodum eleganter Regina illa apud Virgilium *Æ-
neid. lib.* 7. ajebat:

— — *Sceptris terram, quæ libera noſtris*
Diſſidet, externam reor.

Adeo ut provinciarum hujuſmodi legati cum ſint, minime
cenſeantur exempti à conſtitutionibus, & edictis ejus, ad
quem mittuntur, &, uti à Civitatibus electi ad proponenda
ei populorum deſideria, *l. fin. C. Theodoſ. de legat. & decret.
d. l. ſi quod. C. de legation.* potius *deputati* vocentur. *Frider.
Marſelaer. de legat. lib.*1. *diſſert.* 2. *§ itaque in fin. Amaya. ad
l. intervalla.* 3. *C. de mun. & hon. num.* 32. & de his nos alias,
in noſtris de jure publico commentariis ad d. l. intervalla, Deo
dante tractabimus.

Poſtremum tandem Legatorum genus, quod in jure noſtro XLIX.
conſideratum fuiſſe cenſuerunt prædicti Doctores ſuperius
num. 46. laudati, continet Præſides, vel Correctores provin-
ciæ, qui à Cæſare cum imperio & poteſtate mittebantur,
nam hi quoque Legati appellabantur *l.*1. *& l. legatus.*20. *ff. de
off. præſid. l. diem.* 4 *ff. de off. adſeſſ. l. hos accuſare.* 12 *ff. de ac-
cuſat.* & à Proconſulibus diſtinguebantur *l. non eſt.* 7 *ff. de
manumiſ. vindict.* habito tamen reſpectu ad eligentem, dum
Proconſules à Senatu, Legati vero Cæſaris à Cæſare in pro-
vincias mittebantur, *Bullenger. de Imp. Rom. lib.*3. *cap.*10. & ab
his

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

his gubernatam Africam ſub Caligula, quam ſub Auguſto moderabantur Proconſules, prodit Tacitus *hiſt. lib.* 4. & partem Hiſpaniæ, memorat Strabo *Geograph. lib.* 3. *pag.* 166. & in hoc ſenſu acceptum apud priſcos Auctores, Aquitaniæ, Numidiæ, & Ciliciæ Legatum memorat Weteranus *in lexico juris verſ. legatorum genera tria.*

L. Tres hæ modo recenſitæ Legatorum ſpecies hic certe non ſunt conſiderandæ, niſi velimus in re clara dubitare; nam Legati municipales ad Principem ignorante Præſide non mittuntur, *l. ſi quis.* 16. *C. de Decurion. l. fin. C. de legation.* neque prioribus ſæculis mittebantur, ut Dionis teſtimonio comprobat Cohellius, qui peculiares etiam, per quas in ſtatu Eccleſiaſtico id ſancitur, recenſet Conſtitutiones *ad bull. bon. regim. cap.* 33 *à num.* 7 *ad* 14. Et Legati Proconſulum ſola jurisdictione ſibi demandata à Proconſule utebantur, quam is mandare debebat ſtatim ac fines provinciæ ingrederetur, *l. obſervare* 4. *§ fin. ff. de off. proconſ.* Nec unquam dubitari poterat de Proconſulum auctoritate, vel Legatorum Cæſaris, qui pari paſſu videntur ambulare, *d. l. non eſt. ff. de manumiſ. Vind.*
LI. quia unus eſt deceſſoris, & ſucceſſoris proconſulatus *l. meminiſſe.* 10 *ff. de off. proconſ.* nec Proconſul fines provinciæ ſibi
LII. decretæ ingreditur, quin antea deceſſori, qui eum expectare tenetur, litteras mittat, vel edicto utatur ad Provinciales *l. p. §. p. C. ut omn. jud. tam civ. quam milit.* cum quo ſignificet, qua die fines ingreſſurus ſit, ne forte inopinato adventu turbentur. *d. l. obſervare. §. proficiſci. & §. recte.* ſi igitur quæſtio ſit de legatis Principum vere & proprie acceptis, qui dicuntur etiam *Oratores:* unde apud Varronem *de ling. Lat. lib.* 6 Ennius ait:

Orator ſine pace redit legique refert rem.

LIII. Et præterea appellantur Nuncii; licet hodie ea vocis antonomaſia indigitentur Romani Pontificis Oratores; *Marſelaer d. diſſert.* 2. *§ fin.* qui olim Apocriſarii dicebantur, ſumpto vocabulo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

vocabulo à verbo ἀποκρίνεσθαι, ſive ἀπόκρισιν ποιεῖσθαι, *reſponſum dare*, *Voſſius de vit. ſerm. latinobarb. lib.* 3. *cap.* 1. *V. apocriſarius.* & in his diſtinguendum erit, cum duo ut plurimum Manda-
torum genera his Legatis dentur à Principibus; litteræ ſcili- LIV.
cet, quibus aſſeritur fides & auctoritas dictorum, factorumque Legati, quæ vulgo fidei & credentiæ dicuntur; & præterea Mandata, quæ eas res continent, quæ fieri vult, & præſcribit Princeps, quorum aliqua ſunt quadam ratione manifeſta, ali-
qua vero occulta: Priores illas litteras exhiberi neceſſarium LV.
eſt, ut inde fides dictis Legati concilietur, *arg. tex. in l. ſi procuratorem* 65. *ff. de procurat.* ita ut alias ſine his (quas fidei teſſeram dicit Marſelaer *de legat. lib.* 2. *diſſert.* 6. *in princ.* ad inſtar hoſpitalis teſſeræ cujus ſculptam imaginem exhibet Caſalius *de Vrb. & Rom. Imperii ſplendore, par.* 2. *cap.* 14.) nulla penes Legatos ſit Mandatorum fides, immo favorabili illo jure, & privilegiis ab eo conceſſis, tunc ille non gaudeat; niſi enim litteræ prædictæ exhibeantur, præſumitur Princeps ignorare, an, is qui ſe Legatum aſſerit, re vera fuerit ab alio Principe deſtinatus Legatus, ut cenſent Rutlant *de Commiſſar. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 4. Paſcalius *in tract. de Legato cap.* 21. *verſ. Mandatis adduntur litteræ.* Villadiego *de Legato par. p. quæſt.* 6. *num.* 15. Laudenſis *d. quæſt.* 25. Cohellius *in Comment. ad bull. bon. regimin. cap.* 33. *num.* 45. & Marſelaer *de legato d. diſſert.*
6. *§ p.* qui monet has credentiæ litteras Legatis tradi, ne dum LVI.
ut per eas illis fides concilietur, ſed ut præterea per illas obligetur is qui mittit, immo qui admittit; ſic enim qui mittit fidem obſtringit, ratum penes ſe futurum quidquid Legatus egerit, & qui admittit, inde data pariter fide cogitur jus legationum ſemper ſalvum præſtare, in colloquium, atque tractationem negociorum Legatum admittere, qui cum fide venit: ut hinc forte non injuria quererentur Legati Laconum ad Lygdamum miſſi, dum iis colloquium denegaretur eo prætextu quod is ægrotaret; dicebant enim illi ſe non ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

niſſe ut luctarentur. *Bullenger. de Imp. Rom. lib.* 4. *cap.* 22. *in fine.* Videtur quidem prima facie huic ſententiæ obſtare dictum Nicolai Pontificis, *in cap. nobiliſſimus.* 3. *diſtinct.* 97. de quo ſuperius *hac eadem lege*, *num.* 31. qui aſſeruit *ibidem* Sedem Apoſtolicam Legatos ſine litteris alias non conſueviſſe admittere, ſe tamen id non obſervaviſſe inſpecta nobilitate, integritateque Legati & narratorum veriſimilitudine. illud tamen, ſi recte attendatur, nihil officit, quia *ibi* Pontifex revera ſtatuit Legatos ſine litteris non eſſe acceptandos, & inde per additam *ibidem* exceptionem potius firmatam à nobis neceſſitatem dictarum litterarum confirmat. *vulg. l. nam*

LVII. *quod liquidæ* 4. § *fin. ff. de penu leg.* & litteræ hujuſmodi fidem conciliant his, quæ per Legatum dicuntur, nedum ſi fuerint directæ ad Principem, ad quem deſtinatur legatio: verum etiam ſi ad Legatum ipſum qui mittitur, & eo caſu tales litteræ inducunt ſpeciem codicillorum, ſeu litterarum deputationis, quas nunc litteras patentes vocamus, & habent rationem veri Mandati, ut liquet ex illarum litterarum exemplo, quas Leo X tradidit Latino Iuvenali ejus familiari, quem ad componendas ſimultates exortas inter Maximilianum Mediolanenſem Ducem, & Octavianum Ducem Genuenſem, ac populum Helvetiorum, miſit. *apud Bembum epiſt. Leon. X. lib.* 10. *ep.* 31.

LVIII. Exhibitis prædictis litteris per Legatum, in omnibus inde illi fides plene eſt adhibenda, abſque eo quod alia exhibeat Mandata, ut videtur innuere gloſſa, *in cap. ad Apoſtolicæ* 2. *V. proponi de ſent. & re jud.* quæ ait Imperatorem debuiſſe credere Legatis ad ſe miſſis ab Innocentio IV, *quia de legatione apparebat:* quam ſequuntur Aretinus Felinus & alii relati per Farinacium *de tert. quæſt.* 63. docentes Cardinali Legato plene credi in iis quæ nomine Papæ mittentis exponit Principi, ad quem fuit miſſus; Et ratio eſt, quia ex vi litterarum prius exhibitarum cenſentur in Mandatis ea ſingula contineri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

neri quæ legatus aſſerit, ut bene ponderat Paſchalius *de legat. cap. 59. in princ.* & ſatis demonſtrat ipſa litterarum formula, quarum exemplar habemus in litteris per Theodorici Regis Legatos exhibitis Anaſtaſio Imperatori, *apud Caſſiodor. var. lib. p. Epiſt.* 1. in quibus, cum prius eos Legatos declaraſſet, addidit, *cætera vero per latores præſentium pietati veſtræ verbo ſuggerenda commiſimus, ut nec epiſtolaris ſermo redderetur extenſior, nec aliquid pro utilitatibus noſtris prætermiſiſſe videremur:* & in litteris Athalarici ad Iuſtinianum Imperatorem, in quarum calce legitur: *Quædam vero per ſupra ſcriptos Legatos noſtros ſereniſſimis ſenſibus verba inſinuanda commiſimus, quæ Clementiæ veſtræ more ad effectum facite pervenire.* ut conſtat ex eodem Caſſiodoro, *lib.* 8. *var. epiſt.* 2. qui recenſet ſimiles litteras Theodahadi Regis ad eundem Iuſtinianum *ibid. lib.* 10. *cap.* 22. cum alias iis non exhibitis omnia quæ dicuntur & aguntur ſuſpecta ſint, eo quia tunc is qui Legatum ſine iis litteris miſit, poſſet citra injuriam integra fide à conventis per ſuum Legatum diſcedere, ut animadvertit Marſelaer *d. diſſertation.* 6. *§ aſt pone:* qui ait incumbere quodam- LIX.
modo Principi Legatum urgere ad exhibendum litteras hujuſmodi, niſi ſponte proferat: & eas inde diligenter inſpiciendas eſſe & expendendas, ne forte quid impoſturæ adſit. *lib.* 2.

Quod ſi quiſpiam inde Legatum ad exhibenda etiam Man- LX.
data adigeret, inique ſimul & inepte facere videretur: quia verba Legati ſunt Mandata ipſa ex prædictarum litterarum vi, quæ veri Mandati vim obtinent *l. p.* § 1. *ff. Mandati. l.* 1. *§ procurator. & l.* 1. *procurator* 65. *ff. de procurat.* & mittentem obligant, ubi receptæ fuerint ab eo, ad quem dirigantur, LXI.
l. conſenſu. 2. *§ unde inter. ff. de action. & obligat. l. Titius* 24. *& ibi Bart. & Bald. ff. de conſt. pec. Gait. de Cred. cap.* 2. *num.* 1102. *& ſeqq. Genua de ſcript. prin. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 15. *& ſeqq.* præſertim quod à Principe prodeunt, cujus epiſtolas,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

non ſecus ac leges, eſſe obſervandas docent DD. congeſti per Genuam *de ſcript. priv. lib. 3. cap. ult. num. 6. & ſeqq.* Imo compellens legatum ad exhibenda mandata arcana, veluti vim inferens legationi, jus legationis violaret, *Paſchal. plene d. cap. 59.* & ſic violati juris gentium reus diceretur: eſt enim *Legatorum jus*, ut ajebat *Verrina 3* Cicero, *divino humanoque vallatum præſidio, cujus tam ſanctum & venerabile nomen eſſe debet, ut non modo inter ſociorum jura, ſed & hoſtium tela incolume cenſeatur*, quod & monuit Pomponius *l. fin. ff.*
LXII. *de legation.* Plures tamen recenſet caſus, quos ex rerum geſtarum monumentis illuſtrat erudite Paſchalius, in quibus Legatum deceat ſua ſponte Mandata proferre: *de Leg. cap. 60.* cum ſcilicet quid agitur tanti momenti, ut promiſſa dicta-
LXIII. que Legati firmand aſint auctoritate Mandatorum: Cum res
LXIV. liquide ſciri non poteſt, niſi Mandatis inſpectis: Cum ea, quæ hinc inde acta ſunt & pacta, ſcripto comprehendi, & ab iis omnibus, quorum intereſt, debent ſubſcribi: ſic enim nulla interjecta mora hinc inde contracta cenſebitur obligatio in vim ſpecialis Mandati, quod Mandantem obliget, quamvis fuiſſet medio tempore revocatum, ſi mandatarius contrahat prius quam ſibi innoteſcat revocatio, *l. ſi Mandatum* 15. *ff. Mand. Barboſ. cap. ex inſinuatione 3. num. 2. de procurat. Laurent. deciſ. Avenionenſ.* 13. *num.* 3. *Rota deciſ.* 130. *num.* 8.
LXV. *par. 6. rec.* Et illud idem præterea videtur faciendum, quando Legatus miſſus fuerit ad diſceptandum de controverſiis inter quoſpiam; tum enim proferri oportet Mandata ipſa in quibus juriſdictio hæc continetur, iis ex cauſis, quæ ſuperius
LXVI. fuerunt deductæ. Ac tandem quando odioſa ſit legatio, ut non niſi ſimili oratione quaſi certa præſcripta formula edi poſſit, congruum erit Mandatum edere, ut ſic magis forma ſervetur, à qua nunquam recedendum ubi Mandatum eſt certum, *l. ſi quis 46. ff. Mand.* & legatus pondus majeſtatis ora-
LXVII. tioni adjiciet, quia non tam ſuo ore quam Principis pectore loqui

loqui videbitur, *Marſelaer de leg. lib. 2. diſſert. 5.* ut apud Homerum paſſim legimus, Legatos iiſdem prorſus verbis Mandata referre, quibus acceperunt. Et quamvis alias ea ſit Mandati religio, quod ejus fines ſint ita cuſtodiendi, ut ſi hos vel in minimo excedat qui Mandatum ſuſcepit, Mandans non obligetur, *l. cum Mandati 12. C. Mand. l. diligenter 5. & ibi Gothofr. ff. eod. Dec. conſ. 493. num. 8. Alex. conſ. 21. num. 4. lib. 7. Comitol. deciſ. 21. n. 2. Cavaler. deciſ. 612. num. 19.* Non tamen irritus redditur actus, quando Legatus quidpiam contra Mandata arcana paciſcitur. Siquidem univerſa legationis ratio prioribus illis credentiæ litteris innititur, ut dictum eſt; per quas conſtat de voluntate Principis mittentis, & is obligatur ab eo qui generali Mandato præpoſitus eſt, agendo etiam contra voluntatem arcanam ſibi ſoli ſignificatam; quia diſtincti ſunt actus volendi: unus, quo ſe obligat Princeps ratum habiturum quicquid in legatione paciſcatur ille, quem ipſe miſit; alter, quo Legatum ſibi obligat, ne agat niſi ex præſcripto ſibi non aliis cognito, & hic poſtremus actus nequaquam reddit irrita ea, quæ Legatus promittit pro Principe ex vi prioris illius inſtrumenti generalis, licet exceſſerit arcana Mandata, ut obſervabat quidam magni nominis I C. & videtur innuiſſe Modeſtinus, dum *in l. ſi procuratorem 65. ff. de procuratoribus* docuit eum qui litteras abeuntis adprobavit, qui procuratorem conſtituit; *& ſi poſtea mutata voluntate procuratorem eſſe noluerit, tamen judicium quo quaſi procurator expertus eſt, ratum eſſe debet:* Et inſpecta ſumma fide, quam jus legationis exigit, quod ſanctum inter hoſtes voluit antiquitas, *d. l. fin. ff. de legation.* omiſſa ſtricti Iuris ratione, cui non ſubjacet Legatio; ſemper æquitas eſt ſervanda, non ſecus ac in judiciis, *l. placuit 8. ff. de Iudic.* ut ideo ſint attendendæ in legationis limine exhibitæ priores illæ litteræ, quibus ſumma poteſtas Legato demandata fuit, quamvis hæc inde clandeſtinis Mandatis coarctata fuiſſet, vel revocata: ſicut in judiciis exer-

[Margin: LXVIII. at "Et quamvis alias"; LXIX. at "Siquidem"; LXX. at "quia diſtincti"; LXXI. at "Et inſpecta"; LXXII. at "ſicut in judiciis"]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

exercendis nihil obeſt res procuratoris judicialis clandeſtina revocatio, niſi illa per actorem ad Iudicis vel Rei notitiam deducatur; *cap. Mandato* 13. *de procurat. Felin. cap. ex parte* 3. *num.* 24 *de reſcript. Add. ad deciſ.* 2. *in* 2. *Addit. num.* 2. *de procurat. in novis. Merlin. deciſ.* 22. *num. ult.* quando, ut hic contingit, Mandatum generale fuerat ipſi reo, vel in actis exhibitum *glos. in cap. quamvis V. revocari de procurat. in* 6. *quam ſequitur poſt Imol. Felinus in cap. ex parte Decani* 33. *num.* 18. *V. fallit* 5. *Add. ad d. deciſ.* 2. *num.* 1. *de procur. Rota in Tiburtina Caſtri S. Angeli*, 18 *Iunii* 1646, § *non obſtat. in princ. coram Meltio.*

LEX SECVNDA.

Nemini licet in ſuis ſententiis adſcribere, ſe quid feciſſe juſſu Principis, certis tantum caſibus exceptis, qui in hoc textu recenſentur.

Impp. Iuſtinus & Iuſtinianus.

Sancimus, ut nullus glorioſiſſimorum magiſtratuum noſtrorum, ſive majores ſint, ſive minores, in ſuis ſententiis adſcribat, nos divino ore ſine ſcripto juſſiſſe, aliquem in jus deduci, aut exhiberi, aut quid aliud eorum, quæ apud ipſos fieri ſolent, decerni: excepta cauſa datorum judici collegarum: recte

Αὐτοκράτωρ Ἰουστῖνος καὶ Ἰουστινιανός.

Θεσπίζομεν, μηδένα τῶν ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων ἡμῶν, μεγίστων ἢ μέσων, ταῖς οἰκείαις ἐγγράφειν ψήφοις, ὡς θείῳ ῥήματι προστάξαμεν ἀγώγιμον γενέσθαι τινὰ, ἢ διάξιμον, ἢ ἄλλό τι ψηφίζεσθαι τῶν ὅσα πράττεται παρ᾽ αὐτοῖς· πλὴν ὅσον ἐν ταῖς τῶν συνδικαστῶν δόσεσιν ὀρθῶς φέρεσθαι τὰς ψήφους. τὰς μνημονευούσας ἄγραφον ἡμετέραν γεγε-

recte enim latæ ſententiæ dicentur, quæ meminerint divinæ juſſionis noſtræ in literas non relatæ, qua certus judex datur, aut judici collega adjungitur. Similiterque glorioſiſſimus quæſtor ſacri palatii noſtri, & ſpectabiles referendarii pietatis noſtræ ſacram juſſionem ſine ſcripto factam occaſione eorum, qui principem adeunt, & judicem, vel collegam ei adjungi poſtulant, aut quid aliud eorum, quæ ad lites ſpectant recte per depoſitionem relationemve inſinuent, & notam faciant. In hoc enim tantum caſu divinæ juſſionis, quæ ſine ſcripto facta fuerit, mentionem fieri concedimus.

γεγενῆσθαι θείαν κέλευσιν τὸν δικαστὴν, ἢ συνδικαστὴν διδοῦσαν. ὡσαύτως καὶ τὸν ἐνδοξότατον κοιέστωρα τοῦ θείου ἡμῶν παλατίου, καὶ τοὺς περιβλέπτους ῥεφερενδαρίους τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας, ὀρθῶς τὴν ἄγραφον θείαν κέλευσιν, τὴν γινομένην ἐπὶ τοῖς προσιοῦσι, καὶ δικαστὴν, ἤτοι συνδικαστὴν αἰτοῦσιν, ἢ ἄλλό τι τῶν εἰς τὰς δίκας τεινόντων διὰ καταθέσεως παρασκευάζειν γίνεσθαι φανεράν· ἐπὶ τούτῳ γὰρ δὴ καὶ μόνῳ τὴν τῆς θείας ἀγράφου κελεύσεως μνήμην γίνεσθαι συγχωροῦμεν.

I. *Leges inviolabiliter obſervandæ: limitatur. num.* II.

III. *Quando ſint mutandæ, & qua autoritate.*

IV. *Nemini permiſſum aſſerere, ſe quid feciſſe juſſu Principis, niſi id probet: fallit. num.* V, XIII, & XXIV.

V. *Cuiacius legem hanc primus Græce edidit, quæ diverſimode legitur Latina à diverſis.*

VI. *Iudicium omne à Caio Baſſo dicitur divinatio.*

VII. *Clariſſimi primo dicti Senatores, & inde cæteri Magiſtratus.*

VIII. *Quid ſignificetur per vocem* ἀγώγιμος *&* διάζιμος *in hoc textu.*

IX. *Vivæ vocis oraculum ademptum judicibus à Iuſtiniano.*

X. *Per Conſtitutionem Gregorii XV. revocatæ conceſſiones factæ vivæ vocis oraculo, non tamen Cardinalibus.*

XI. *Et inde hæ pariter ſublatæ per Vrbanum VIII. non tamen omnes. n.* XII.

XIV. *Commiſſarii tenentur exhibere litteras, & Mandata, alias illis juſte reſiſtitur.*

XV. *Tenentur pariter exhibere Curſores: Qui gratiam ſunt conſequuti, vel abſolutionem ab excommunicatione: Collectores: Gubernatores: & Epiſcopi. à num* XVI. *ad* XX. *fallit in Cardinalibus, & cur, num.* XXI.

XXII. *Notorium quid remiſſive.*

XXIII. *Relevat ab onere probandi in affirmativis.*

XXV. *Non omnium, quæ à majoribus tradita ſunt ratio reddi poteſt.*

XXVI. *Princeps dat judices extra ordinem ex juſta cauſa, & tunc conceditur dilatio.*

XXVII. *Melius eſt judicari à pluribus.*

XXVIII. *Rotæ Romanæ Tribunal, & de eo remiſſive, num.* XXX.

XXIX. *Opiniones ejuſdem reputantur communes, imo prævalent communibus.*

XXXI. *Li-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

XXXI. *Lites celeriter expediendæ.*
XXXII. *Dilationes prohibitæ.*
XXXIII. *Feriati dies qui : & an tunc ſontes poſſint puniri.*
XXXIV. *Quæſtoris munus.*
XXXV. *Clauſula, ſi preces veritate nitantur, ſubintelligitur in omnibus reſcriptis.*
XXXVI. *Obreptio & ſubreptio an differant.*
XXXVII. *Obreptitie vel ſubreptitie obtenta reſcripta ſunt irrita.*
XXXVIII. *Gratia motu proprio obtenta non ſubjacet vitio obreptionis : Declaratur num.* XL, *&* XLI.
XXXIX. *Liberat impetrantem à juſtificatione.*
XL. *An liceat à Principe appellare.*
XLII. *Referendariorum munus, & differentia à Regerendariis, & num.* XLVIII.
XLIII. *Referendarii Romanæ Curiæ.*
XLIV. *Spectabilis titulus potior titulo Clariſſimo.*
XLV. *Titulos præponere dignitatibus conſueverunt Imperatores.*
XLVI. *Privati idem tenebantur obſervare ſub certa pœna.*
XLVII. *Referendarii dicti Spectabiles, & ad certum numerum redacti, & cur.*
XLIX. *Iuſtinus Imp. neſcius ſcribendi, qua ratione Mandatis ſubſcriberet.*
L. *Arcanis Mandatis Princeps ſubſcribebat.*
LI. *Præfecti prætoriorum prohibiti ſententias ferre nomine Cæſaris.*

I. SVmmam omnium, in legum obſervantia, religionem ineſſe oportere, ajebat Demoſthenes apud Marcianum, *in l. nam & Demoſthenes* 2. *ff. de legibus:* adeo ut lex ipſa naturæ ſpeciem, cujus inviolabilis omnino vis eſt, §. *ſed naturalia* 11. *Inſt. de jure nat. gent. & civ.* haud abſurde ferre & repræſentare videatur, *l. filio quem* 23. *ff. de lib. & poſth.*
II. Verum quia natura nequaquam ſui propoſiti uſquequaque tenax eſt, quin interdum remiſſam in eo & quaſi conniventem ſe præbeat, præſertim ubi de conſervando communi rerum ordine, ac totius univerſitatis nexu quodam, ac ſpecie retinenda tractatur; ut inde mirabiles illæ graviſſimarum rerum in altum evectiones, deſcenſionesque leviſſimarum exiſtant, dum corpora hujuſmodi contrarios peculiari ſuo ingenio motus induunt, ne vacuum, quod univerſali rerum conſtitutioni maxime contrarium eſt, oriatur, & alia ſexcenta, in quibus admirabilis quædam œconomia naturæ ſingula quæque univerſis poſthabentis apparet.
III. Ita prorſus in legibus nihil abſurdum aut inconveniens videri debet, ſi à peculiari juris ſanctionum religione interdum recedimus, ſequuti ductum rationis diverſa pro locorum, temporum, & perſonarum diverſitate præcipientis, quæ com-

communis legum omnium virtus & fundamentum eſt, præſertim ubi populo in univerſum mutata aut etiam poſthabita præſenti uſui lege opus eſt: plerumque ſiquidem, teſte *annalium lib.* 13. Tacito, *habet ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra ſingulos utilitate publica rependitur.* Hæc autem nequaquam paſſim & ſine maximo delectu facienda ſunt. *l. ſi rebus.* 2. *ff. de Conſt. Princ. Soto de Iuſt. lib.* 1. *qu.* 7. *art.* 1. *verſ. dum igitur.* Majoremque uſitata ac vulgari prudentiam, auctoritatemque deſiderant. *l. jus ſingulare, & ibi DD. ff. de legibus.* unde non alia magis in re boni & ſapientis principis fructum capiunt ſubjectæ unius imperio civitates, quam quod cæcam & indocilem plerumque legum virtutem præſenti rerum uſui temporumque rationi, pro ea quam obtinet poteſtate, accommodat. Et quia hujuſmodi ſummi juris tem- IV.
peratio in provinciis per Mandata Principis præſtari ſolebat, merito Imperator, poſtquam in præcedenti ſanctione indiſtincte vetuerat fidem haberi Mandatis, quæ quis in dignitate quavis conſtitutus aſſerat ſe ex ore Principis habere, præceptum hoc certis quibuſdam caſibus limitat, prius tamen illud confirmans etiam in judiciis: Et hanc ob cauſam decernit, ne *quis Clariſſimorum Magiſtratuum in ſuis ſententiis adſcribat*, Principem *juſſiſſe* in jus exhiberi aut deduci aliquem, vel quid aliud fieri, niſi ea adferantur Mandata, quæ dant judicem certum aliquem, vel judici collegam adjungunt, vel acta edi, aut litem celeriter finiri jubent, ut anim- V.
advertit Cujacius *obſervat. lib.* 12. *cap.* 31. qui legem hanc Latine tantum editam in impreſſis voluminibus Codicis, & in Mſſ. quæ in Vaticana adſervantur, primus omnium Græce edidit ex Baſilicis, in quibus, nuper editis per Annibalem Fabrottum, habetur *lib.* 2. *ſub tit. de Princip. & precibus Principi oblatis, & Conſtit. & reſcript. eor.* § 19. cujus nos exemplum ſequuti ex iiſdem Baſilicis & primam legem hujuſce tituli nunc Græce edidimus. Non levis autem inſurgit in

aſſequenda Iuſtiniani mente difficultas, ex obſcuritate textus Latini, variaque ejus lectione, dum aliter illum ediderit Dionyſius Gotifredus, aliter Contii & Vulgata editio; & vix aliquis adſit, qui nobis facem præferat. Cum enim antiquiſſimi quique, magisque probati legum interpretes, quos quidem ego legerim, nulla ediderint commentaria in hanc legem; imo unicam legem, eam ſcilicet, quam modo explicabamus, ſub hoc titulo poſitam exiſtimaſſe viſi ſint, multum in attingenda hujus legis ſententia nubis atque caliginis of-

VI. fendimus, ut jure cum Cajo Baſſo relato per A. Gellium *noct. Attic. lib.* 2. *cap.* 4. dubitare poſſimus, an omnis judicandi virtus quædam potius divinatio, quàm, conſiſtentis in adinventæ veritatis intuitu mentis, actio dicenda ſit. Non alienum igitur videtur ipſius Imperatoris, qui *in* §. *quia verò Novel. ut litig. jur.* legem hanc vel confirmat vel interpretatur, ſimulque Græci textus præſidium accire, ut facilius ex textuum collatione veritas colligatur.

VII. Ad Magiſtratus ſuam dirigit diſpoſitionem Imperator, & hos *Clariſſimos* nuncupat, quia licet hic titulus Senatoribus primo competeret, *l. feminæ.* 8. *ff. de Senator. l. ſpecioſas.* 100. *& ibi Gotifred. de V. ſignif. l. differre.* 18. *ff. de jure fiſci.* tranſlato etiam hoc titulo ad eorum uxores, *l. curator.* 5. *ff. de curat. furioſi.* necnon ad viduas & filias, niſi plebeio nuberent: *d. l. fœminæ. ff. de Senator.* cum tamen poſtea ſummi Senatores, qui ſoli ſententiam in Senatu dicebant, Illuſtres cœpiſſent nuncupari, Clariſſimatus dignitas in ſolis minoribus Senatoribus perſeveravit. *Pancirol. in not. Imper. cap.* 2. *& Bullenger. de Imper. Romano lib.* 2. *cap.* 19. à quibus inde ad provinciarum Magiſtratus fuit tranſlata; hoc enim titulo decorantur Proconſules *in l. etſi ſeverior.* 3. *C. de his qui not. infamia.* Præſides provinciarum, *l.* 1. *C. ut omnes jud.* Comites & Tribuni, §. *primo Novel. ut ab illuſtr.* Et tandem omnes qui per provincias ſive militarem ſive civilem gerunt adminiſtratio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ſtrationem, Clariſſimi dicuntur, *l. unica. C. de annon.* Clariſſimis igitur hiſce Magiſtratibus quibuſlibet, ſive *Maximi* ſint, ſive *Medii*, (quibus vocibus quinam comprehendantur, inquiremus infra *in l. 3. in præfat. num. 27.*) expreſſe vetat, ne aliquo pacto audeant in propriis ſententiis affirmare Principum *divino verbo*, hoc eſt vivæ vocis oraculo *juſſiſſe aliquem fieri* ἀγώγιμον, *vel* διάξιμον, *vel quidpiam aliud decerni eorum, quæ ab ipſis fiunt:* & jure quidem; quia cum id ſit præjudiciale reo, debet per ſcripturam probari Mandatum Principis, ut via fraudibus præcludatur, ut dictum eſt *l. prima, num. 5.* Ἀγώγιμοι vero dicuntur οἱ καταδεδικασμένοι, id eſt judicati, aliique in quos jus eſt præhenſionis vel pro crimine, vel pro ære alieno, vel aliam ob cauſam, ut congeſtis Demoſthenis auctoritatibus probat Budæus *in Comment. linguæ Græcæ V.* ἀγώγιμοι. (De jure vero præhenſionis, & an hæc diſtingueretur à vocatione ex Varrone, Cicerone, & Gellio plene diſſerit Sigonius *de ant. jure civ. Rom. lib. p. cap. 20. & de ant. jure provinc. lib. 3. cap. 5.*) Quid autem per διάξιμον intellexerit Imperator, difficile eſt decernere, cum penes nullum quantumvis diligentiſſimum Lexicographum, aliumve Græcum auctorem vocem hanc potuerim reperire: Si tamen meam liceat conjecturam referre; crederem Imperatorem hic loqui de iis, qui juſſu Præſidum de uno loco ad alium traducantur: & ad id aſſerendum moveor ex eo, quod vox hæc certe deducitur à verbo διάγω, quod ſignificat *traduco, tranſmitto*: videmus enim alias *in § fin. Novel. ut litig. jur.* ubi data opera hæc Lex confirmatur, exprimi actum illum de quo eſt ſermo per verbum διαχθῆναι, derivatum à dicta voce διάγω. Et litterali huic interpretationi aſſiſtit hujus vocis uſus in Rubrica Codicis *tit. de exhibendis & tranſmittendis reis*; & ſimul alia diſpoſitio ejuſdem Iuſtiniani *in Novel. de exhiben. & introducendis reis, in præfat.* in qua dixit pleroſque conqueri, quod ex Imperatoris juſſione aut judiciali- VIII.

 bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

bus decretis fiant (adhibita voce de qua in hoc textu) *ἀγώγιμοι, aut etiam in alias protrahuntur provincias.* ut ideo ex uniformi textuum diſpoſitione congrua reddatur hæc interpretatio, à qua nec videtur diſſentire Contius *in ſua verſione*, qui utitur verbis *ducendum eſſe aliquem ad deducendum:* Dionyſius tamen Gottifredus vertit *induci aut exhiberi:* & Annibal Fabrotus *in d.* § 19. *in Baſilic.* pariter *in jus deduci aut exhiberi:* Et ſi verſioni huic placeat adhærere, favebit Valentiniani Decretum, *in l. fin. C. de exhib. reis*, per quod ſancitur, neminem in judicio exhibendum, *niſi de cujus exhibitioni judex pronunciaverit:* inde enim cum neceſſario præexigatur judicis Decretum, congruum fuerat ſtatuere, ne judex in eo
IX. exprimere poſſit, ſe id juſſu Principis decreviſſe. Hic igitur textus, quocumque modo illum interpretemur, vetat judicibus ne exprimant in ſententiis, ſe quidquam juſſu Principis feciſſe, & ut forenſi modo loquendi utar, judicibus quibuſlibet *vivæ vocis oraculum* adimit, ad impediendos abuſus, & injuſta Decreta, quæ hinc manare poterant: eo ferè pacto,
X. quo videmus, Gregorium XV, ut naſcentibus in dies abuſibus occurreret, conceſſiones omnes revocaſſe vivæ vocis oraculo indultas, quæ tamen Cardinalibus ad ipſorum vel aliorum quorumcumque favorem conceſſæ non fuiſſent, *in Conſtitut.* 27. indeque has etiam poſtremas, quia plerumque minus Canonica interpretatione extendebantur, & in Eccleſiaſticæ diſciplinæ detrimentum perperam exequutioni
XI. demandabantur, revocavit Vrbanus VIII peculiari Conſtitutione, *quæ eſt Conſtit.* 121. quam plenis commentariis il-
XII. luſtravit Giuniparus: qui Pontifex inde declaravit prædictas Conſtitutiones non comprehendere illos officiales, quibus ratione officii, antea de Summi Pontificis oraculo fides ha-
XIII. beri conſueverat, *in Conſtit.* 141. § 3. Eum tamen Imperator excipit caſum, in quo *de judicis adſeſſoris datione* ageretur: tunc quippe in Decretis exprimi permittit hunc aſſignatum fuiſſe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

fuiſſe, abſque ſpeciali reſcripto, & ſola voce Principis: quod idem indulget fieri, quando quis per ſupplices libellos petierit quidpiam à Principe demandari, per quod celerius lites expediantur; ita quod *his tantum caſibus ſine ſcripto aliquo juſſioni* Principis fidem adhiberi velit, ac ideo cæteris omnibus caſibus nulla fides ſit adhibenda, niſi Mandata ipſa exhibeantur. Et hinc ſua Mandata tenentur exhibere Com- XIV.
miſſarii: *Rutlant de commiſſar. lib. 6. cap. 2. num. 2.* adeo ut illis licite & ſine pœna reſiſti poſſit, ſi ea non exhibeant. *Cohel. ad bul. boni regim. cap. 19. num. 53.* Sic nuncii ſeu cur- XV.
ſores debent habere litteras judicum ſuper præceptis quæ faciunt, *Alberic. hic num. 6.* ita pariter, qui gratiam à Principe XVI.
ſunt conſequuti, tenentur, eam probare, *Barboſa hic num. 4.* prout abſolutionem, qui aſſerunt ſe ab excommunicatione XVII.
fuiſſe abſolutos. *Roman. conſ. 387. num. 2.* ita quoque codicillos exhibere tenentur collectores à ſede Apoſtolica de- XVIII.
putati. *Maſcard. concluſ. 317. de probat. n.p. & ſeqq.* quidquid in contrarium ſenſerint aliqui, quorum ſententiam rejecit Rota, ea optima ratione, quod cum habeant poteſtatem compeſcendi partes & contradictores, teneantur edere Mandatum ad differentiam ſimplicis adminiſtratoris, qui, cum careat juriſdictione, optime per teſtes ſuam probat facultatem. *deciſ. 10. de off. deleg. in nov.* Et ita pariter videmus lit- XIX.
teras deputationis, quæ in ſtatu Eccleſiaſtico dantur Gubernatoribus, ab his exhiberi Magiſtratibus civitatum, qui idcirco nominatim recenſentur in conſueta formula eorum expeditionis: Et ut innumera, quæ paſſim occurrunt, omit- XX.
tam exempla, Bonifacius VIII ſub gravibus pœnis injungit Prælatis quibuſlibet in Romana curia promotis, ne ad ſibi commiſſarum Eccleſiarum regimen accedant, niſi prius Apoſtolicas litteras oſtenderent, ſuſpendens à beneficiorum ſuorum præceptione Capitula & conventus Eccleſiarum, qui illos abſque prædictis litteris ad regimen admitterent, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

irrita declarans ea omnia, quæ ab iis interim gererentur, *in*
XXI. *extravag. de elect. cap. p.* quam diſpoſitionem in Cardinalibus locum non habere, quia illius Conſtitutionis ratio iis non eſt applicabilis, cum particulari privilegio à taxis officialium ibi conſideratis ſint immunes, cenſuerunt Bellincinus *de charitat. ſubſid. q. 66. num. 16.* Gonzalez *ad reg. Cancell. gloſſ. 21. n. 7.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. p. p. cap. 4. num. 9.* & Garzias *de benefic. p. 5. cap. 4. num. 264.* quorum ſententiam ſequuta eſt Rota. *deciſ. 1148. n. p. & ſeqq. coram Seraphino. & deciſ. 62. num. 9. & 10. coram Durano.* Et eam præterea crediderim addi poſſe rationem vere congruam eidem Conſtitutioni, in qua principalium Mandatorum exemplum nominatim refertur, quod propter eorum ſummam dignitatem Cardinalibus, ſe Epiſcopos aſſerentibus, credendum ſit abſque litterarum exhibitione, ut alias in Legatis Principum obſervavit Pontifex *cap. nobiliſſimus. 3. diſt. 97.* de quibus in præcedenti lege *num. 45. & ſeqq.* Eoque magis, quod ratione dignitatis, qua gaudent in Curia Romana, in qua ſupponit Conſtitutio Bonifacii factam fuiſſe proviſionem, notoria præſumitur Cardinalis electio in Epiſcopum, & notorietas
XXII. (de qua plene poſt Antonium de Butrio & Benedictum Capram *in Tractatu de Notorio*, Farinacius *praxi crimin. q. 21.*)
XXIII. in actibus affirmativis relevat ab onere probandi. *cap. veſtra de cohab. mul. & cleric. Gratian. cap. 596. num. 2.* quidquid ſit in negativis, à quibus eam excludit Covarruvias *var. lib. 2.*
XXIV. *cap. 6. num. 7. verſ. item ſatiſ. in fine.* Cur tamen ea diſpoſitio, quæ in præcedenti textu generice fuit concepta, limitetur hic, ut locum non habeat, quando Princeps mandaverit judicem vel conjudicem quempiam aſſignari, aut civium controverſias celerrimè dirimi, facile quiſpiam dubitaverit?
XXV. Non omnium, quæ à majoribus tradita ſunt, rationem reddi poſſe monuit Iulianus *in l. non omnium. 20. ff. de legibus.* & veteribus Iuriſconſultis ſatis plerumque fuiſſe ita reſpondere, obſer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

obſervabat Cujacius. *lib.* 17. *obſerv.* 15. Poſſet tamen forte dici, id ideo ſtatutum in judicis aſſignatione, quia nullum inde, vel ſaltem minimum, derivare poterat præjudicium his, qui in jus vocabantur: ut enim ex Paulo *ſentent.* 5. *tit.* 15. *in princ.* obſervabat Ianus à Coſta *ad tit. decretal. de reſcript. § ſed hac diſtinct.* Princeps equidem extra ordinem judices XXVI.
aliquando dabat, ſed ex certis tantum & legitimis cauſis, ita ut numquam temerè juris ordinem mutaret. *l. juris ordinem. C. de juriſd. omn. jud.* & tunc ſane illi, qui coram extraordinario judice vocabatur in judicium, ex reſcripto Conſtantini *in l.* 2. *C. de dilat.* danda erat dilatio *ad improbanda precum mendacia, vel proferenda aliqua inſtrumenta vel teſtes, quoniam inſtructus eſſe non potuit, qui præter ſpem ad alienum judicium trahitur.* Dum vero plures judices à Principe aſſignan- XXVII.
tur, longe melius cauſarum merita perpenduntur: hos enim vix, vel numquam ſimul occupant inſcitia, affectus, ſordes, quæ unicum judicem non difficile expugnabunt. Et hinc XXVIII.
Tribunalium uſus in univerſa penè Italia vigens, quæ è pluribus doctiſſimis viris conſtituta Rotas nuncupamus, ad inſtar ſupremi in Vrbe Tribunalis, in quo duodecim judices ex præcipuis Orbis Chriſtiani partibus delecti, propterea quod antequam pronuncient ſuper commiſſis ſibi cauſis ex ſedilibus in orbem poſitis, de earum meritis diſputant, Rotæ Auditores vocantur. *Tholoſan. ſyntagm. jur. univ. lib.* 15. *cap.* 42. *num.* 15. tantaque eſt eorum auctoritas, ut quod ipſis in judi- XXIX.
cando placuit, etiamſi quid alii ſentiant, non appareat, communis opinio reputetur. *Garzias de benefic. in præfat. verſ. Rotæque auctoritas. Rubeus ſing. Rotæ p.* 2. *V. ſtylus. & obſerv. Rotæ n.* 4. *Gratian. cap.* 266. *num.* 23. *Ciarlin. controv. for.* 105. *num.* 129. imo ſit majoris auctoritatis, quam communis Doctorum opinio. *Gomez. Felinus, Menoch. & alii relati per Ceval. in ſpecul. com. opin. in præfat. num.* 25. *& ſeqq. Gratian. cap.* 104. *num.* 56. Verum de hoc Tribunali plene Tholo- XXX.
ſanus

ſanus *d. cap.* 42. *num.* 13. *& ſeqq.* Marta *de Tribunal. urbis cap.* 3. Cohellius *in notitia Cardinalatus cap.* 19. Veſtrius *in praxi lib.* 2. *cap.* 17. Gomez *ad regul. Cancell. in proœm. tit.*
XXXI. *Rotæ mutatio.* Scaccia *de judic. lib. p. cap.* 26. Et eamdem ob cauſam jubet Imperator, quamvis ejus reſcriptum non intercedat, fidem præſtari Quæſtori, ac Referendariis lites celeriter expediri ex ejus Mandato jubentibus: debet quippe prudens legumlator, ut Nicoclem monebat Iſocrates, leges conſtituere *in univerſum æquas & utiles, & inter ſe conſentientes: atque etiam tales quæ & controverſias civium quam pauciſſimas, & compoſitiones quam fieri poteſt celerrimas efficiant:*
XXXII. *hæc enim ineſſe oportet omnia legibus bene conſtitutis.* Hinc certis tantum caſibus exceptis dilationes dari per judices vetue-
XXXIII. runt Imperatores, *l. p. & toto tit. C. de dilat.* & omnes dies juſſerunt eſſe juridicos, determinatis feriis conſtitutis: puta duobus menſibus ad vindemias & meſſes recolligendas deſtinatis; Kalendis Ianuarii; Natalitiis diebus novæ ac veteris Romæ; ſacris Paſchæ diebus, ac iis qui ſepteno numero præcedunt vel ſequuntur: Natalitiis, Epiphaniarum, Apoſtolicæ paſſionis & dominicis diebus; nec non illis, quibus Princeps vel natus, vel ad imperium promotus fuit. *l. omnes.* 7. *l. actus.* 8. *C. de dilat.* quibus tamen Honorius & Theodoſius contra latrones quæſtionem exerceri *in l. provinciarum.* 10. *C. de dilat.* ſtatuerunt, *ne differatur ſceleratorum proditio conſiliorum, quæ per latronum tormenta quærenda eſt, cum facillime & in hoc ſummi Numinis ſperetur venia, per quod multorum ſalus & incolumitas ſperatur.* Inde tamen vetitum fuit *cap. p. de fer.* neminem ad mortem vel ad pœnam judicari diebus feſtivis, quos Gregorius IX enumerat, *cap. fin. de feriis.* & noviſſime ad certum numerum redegit Vrbanus VIII *Conſtit.* 164.

XXXIV. Quæſtoris vero meminit Imperator in textu, dum caſus exprimeret, quibus Principis juſſioni, licet non ſcriptæ, fides eſt ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

eſt adhibenda, quia ad illum ſpectabat Principis reſponſa dictare, ut innuit Imperator *in l. univerſa. 7. C. de diverſ. reſcript.* qui illi injunxit, quod in quibuslibet reſcriptis apponeret clauſulam, *ſi preces veritate nitantur:* qua in re ocula- XXXV.
tior multo Summorum Pontificum providentia fuit, eam enim clauſulam, etiam non appoſitam, de reſcripti natura ſubintelligi ubique voluerunt, *cap. 2. & ibi gloſſa & DD. communiter de reſcript.* ita quod ſemper obreptitie vel etiam XXXVI.
ſubreptitie obtenta (qui termini licet communiter à Doctoribus diſtinguantur, ut obreptio falſi narrationem, ſubreptio veri taciturnitatem indicet: *Abbas cap. cum dilecta. num. 7. & ibid. Add. num. 7. Decius cap. ſuper litteris. num. 4. de reſcript. Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 54. num. 9.* videntur revera à Iuriſconſulto confundi *in l. ſed ſi hoc. 10. § patronum. 2. ff. de in jus voc. l. ſi fidejuſſor. 29. § ſi cum. ff. mand. & l. 1. C. ſi nupt. ex reſcr. pet.* ut ingenioſe obſervavit Menochius *de arbitr. caſu 201. num. 10. & ſeqq.*) reſcripta vitien- XXXVII.
tur, & prorſus irrita reddantur, juxta Decretalem Innocentii *in cap. ſuper litteris de reſcript.* quam erudite exornant Franciſcus Florens *in tract. in novem priores tit. decretal. Gregorii,* qui celebrem illam Decretalem nuncupat, & quænam ad evitandam ſubreptionem narranda ſint, *ibid. & in paratitl. ejuſdem tit.* inquirit: Lotterius *de re benef. lib. 2. quæſt. 54. num. 8. & ſeqq.* & Menochius *d. caſu 201. num. 2. & ſeqq.* qui plene diſſerunt, an ipſo jure, vel exceptionis ope gratia irritetur: Sperellus *deciſ. 173. num. 54.* & Rota *deciſ. 496. num. p. & 2. p. 5. recent. tom. 2.* Imo etiam gratiæ per Principem XXXVIII.
motu proprio conceſſæ, quamvis non ſubjaceant obreptionis vel ſubreptionis vitio, quod ad ſui naturam partis petitionem deſiderat, *cap. ſi motu proprio. 23. de præbend. in 6. Menoch. lib. 2. præſ. 13. num. 10. & 11. Gabriel de clauſul. concl. 2. num. p. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 26. num. 4. Rubeus ſingul. Rotæ p. 4. clauſ. 481. num. 3.* adeoque liberent impetrantem ab one- XXXIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

re juſtificationis, *Barboſa clauſ.* 79. *num.* 29. *Burat. deciſ.* 938.
XL. *num.* 2. *Seraphin. deciſ.* 1498. *num.* 2. tamen & ipſæ vitiantur ex defectu intentionis, quando cauſæ expreſſæ in motu proprio non ſint veræ, hoc enim defectu probato, motus proprius nihil operatur. *Baldus in l. imperialis. § ſimiles. C. de nupt. Gabr. d. concl.* 2. *num.* 34. *Pariſ. conſ.* 74. *num.* 32. *vol.* 4. *Ruin. conſ.* 215. *num.* 19. *vol. p. Rota dec.* 451. *num.* 5. *p. p. diverſ. dec.* 318. *n.* 3. *coram Merlino. & in Romana Beneficiatus S. Petri.* 14 *May* 1655.
XLI. *§. fin. coram Bevilaqua.* Et quamvis alias à Principe nefas ſit appellare, quia ipſe eſt qui appellatur, *l. p. § p. ff. à quib. appel. non lic.* permittitur tamen adverſus reſcriptum Principis appellatio, ſi quis profiteatur ea, quæ Principi expoſita ſunt, aliter ſe habere. *l.* 2. *C. de appellat. Matthæus de judic. diſput.* 12. *num.* 22.

XLII. Referendariorum inde, (quos à Regerendariis longe differre comprobant Pancirolus *in Not. Imp. Orient. cap.* 40. *§ ſcriniarii.* & Bullenger. *de Imperio lib.* 4. *cap.* 19. qui horum munera *ibi* recenſent) pariter meminit Imperator, quia per hos interpellantium vota cognoſcebat, & ipſis reſponſa reddebat, & ea quidem religione, quod Imperatoris ſententiæ *tanta memoriæ cautela* erant *tenendæ, ut nihil minus additum eſſe videatur.* ut indicat formula Referendariorum, quam nobis exhibet Caſſiodorus, *Var. lib.* 6. *cap.* 17. in quam ſi Ro-
XLIII. manæ Curiæ Referendariorum (quorum inſtituti muneriſque & indultorum notitia traditur per Cohellium *in Notit. Cardinalat. cap.* 57.) colliment oculi, illi certe exactiſſimam ejus muneris, quo funguntur, ideam *ibidem* conſpicient: Et jure quidem Quæſtori & Referendariis fides circa Principis mandata indulgetur, & his relinquitur vivæ vocis oraculum in caſibus hic expreſſis, quia ratione officii proprii, id ſibi ipſis videbatur competere, ea ratione, qua Vrbanum VIII animadvertimus ſuperius *hac eadem lege num.* 12. vivæ vocis oraculo noluiſſe privari officiales illos, quibus ex officii proprii inſtituto quodammodo debebatur.

Spe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Spectabilis titulo, qui potior eſt titulo Clariſſimi, *l. p. in* XLIV.
princ. C. de annon. & capitat. Referendarios hic decorat Iu-
ſtinianus, priſcæ inhærens Imperatorum conſuetudini, qui XLV.
congruos unicuique dignitati & perſonarum conditioni ti-
tulos ſemper præponebant, cujus rei exempla paſſim in le-
gibus occurrunt, ut mirum ideo non ſit privatis etiam injun- XLVI.
ctum fuiſſe, quod eadem ratione titulos & honorifica nomi-
na ſemper præmitterent & in colloquendo, & in ſcribendo,
l. ſingulari. 2. C. de off. diverſ. jud. alias mulcta impoſita trium
auri librarum, *l. fin. C. eod.* Et hunc titulum Referendariis XLVII.
congruere innuit Iuſtinianus *in novella de referendar.* quan-
do jam conſtitutum certum numerum Referendariorum
voluit *ibidem* ad octo viros arctari, ne dignitas illa præ mul-
titudine vileſceret: impoſita pœna librarum decem auri cui-
libet, qui, eo munere impleto, peteret in collegium illud
cooptari. Noſtram hanc legem confirmavit Iuſtinianus *in §
fin. Novel. ut litig. jurent.* habita ejus expreſſa mentione, ut
ibidem animadvertit Gottifredus, *v. noſtræ.* Et *in ea* Spectabi- XLVIII.
libus Referendariis certa interminata pœna amiſſionis digni-
tatis injunxit, ut Imperatori referrent ſupplicantium deſi-
deria, & judicibus afferrent ſacras juſſiones, ſive ex ſcripto,
ſive ſine ſcripto emanatas, nec auderent aliquo pacto ſe im-
miſcere cauſis, nec ſatisdationes exigere, vel ad pactionem
aliquam aut transactionem adigere. Ea vero religione anti- XLIX.
quitus obſervatum fuit, ut Princeps propriis Mandatis ſub-
ſcriberet; quod ſi aliquando contingeret illum analphabe-
tum eſſe, & prorſus rudem litterarum, & tunc aliqua com-
menta excogitare fuerit neceſſe, quibus is propria juſſa ſuo
charactere poſſet munire, quod ſane imperante Iuſtino vide-
mus præſtitum, tunc quippe *ut teſtimonium regiæ manus ha-
berent*, tabellæ ligneæ, perpolitæ, forma quattuor litterarum,
quæ legi Latine poſſet, fuit inciſa, eaque libello impoſita, ca-
lamus colore imbutus, quo ſcribere mos eſt Imperatoribus,

 Iuſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Iuſtino tradebatur in manum, quam alii prehenſantes ducebant circumagebantque calamum per quattuor illas litterarum formas, nempe ſingulas tabellæ inciſuras, Procopio teſte *in arcana hiſtoria*, & ita ſacris apicibus decorata Principis
L. Mandata prodibant. Imo hoc idem obſervatum fuiſſe in iis etiam Mandatis, quæ arcana alicui credebantur, abunde demonſtrat elegans ſane locus Herodiani: hic enim *hiſtor. lib. 3. cap. 38.* auctor eſt, Plautinianum, infauſto quamvis exitu, Saturnino Tribuno injunxiſſe, ut Severum Imperatorem ferro transfoderet, & perfidæ illius cædis Mandata petenti Tribuno in ſcriptis dediſſe; & hanc facti hujus, quod ſtolide nimis geſtum facile exiſtimari poterat, reddidit cauſam: *quippe mos tyrannis, cum aliquem indemnatum occidi jubent, per litteras potiſſimum injungere, ne dein cædis imperatæ nullum relinquatur argumentum.* Et hunc eumdem morem videtur reſpexiſſe *in vita Tiberii cap. 52.* Suetonius, dum ait multos arbitratos fuiſſe Gneum Piſonem mortis Germanici reum
LI. *Mandata prolaturum, niſi ea ſecreta obſtarent.* Iis vero caſibus exceptis, qui in hoc textu proponuntur, ita abhorruit Iuſtinianus à more uſurpandi promiſcue Principalis nominis ab Officialibus, etiam quibus eminentior dignitas eſſet; ut cum ex præſcripto Theodoſii & Valentiniani *in l. præcipimus. 32. C. de appellat.* Præfectus Prætorii una cum Sacri Palatii Quæſtore appellationum cauſas cognoſceret, & quaſi Imperator ipſe definire ſoleret; vetuerit inpoſterum ex Principis perſona quicquam tale proferri, adjecta perduellionis pœna Præfectis Prætorii, ſi Principis nomen in propriis ſententiis adſcribere perſeveraſſent. *§ quod de cætero. Novel. exempl. ſacræ formæ de appellat.*

LEX

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

LEX TERTIA

ſeu

Novella Conſtitutio Decima ſeptima.

Imp. Iuſtinianus Auguſtus Triboniano Quæſtori ſacri noſtri palatii, & exconſuli.

PRÆFATIO LATINA.

Ex libris antiquis, qui jura Romani nominis continebant, non ignorat tua ſublimitas, quanta de Mandatis Principum legumlatores in ſuo quiſque volumine conſcripſerunt. Quia igitur Nobis reparantibus omnem vetuſtatem, jam deperditam ac diminutam, placuit, etiam omnibus judicibus noſtris, qui minores vel medias adminiſtrationes gerunt, ſive inter correctores, ſive inter conſulares, ſive inter ſpectabiles ordinentur, non ſolum codicillos præſtare, ſed etiam Mandata dare, quibus inſpectis omnia gubernare laudabiliter poſſint: ideo librum Mandatorum compoſuimus, qui ſubter per utramque linguam annexus eſt: ut detur adminiſtratoribus noſtris, ſecundum locorum qualitatem, in quibus Romana vel Græca lingua frequentatur, ſcire eorum ſanctionem: ut nihil ex his audeant præterire, ſed ſaluberrimas diſpoſitiones noſtras obſervantes, in perpetuum noſtras provincias, noſtroque imperio ſubjectos gubernare feſtinent. Illuſtris igitur auctoritas tua, ad quam quæſtoria pertinet cenſura, eadem Mandata & in libris legum tranſcribi, & in ſacro laterculo deponi præcipiat: quatenus ex his una cum codicillis ſuſcipiendis, adminiſtratores quemadmodum poſſint Reipublicæ ſubvenire, non ignorent. Dat. xvj. Kalend. Maji, poſt conſulatum Biliſarii, V. C. Conſ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

I. *HÆc lex quo tempore fuerit edita, & ejus locus.*

II. *Authenticæ Codici inſertæ ab Imperatore approbatæ.*

III. *Ex libris Mandatorum plura in leges tranſlata, & quæ, num.* IV. *& ſeqq. uſque ad* XX.

XVII. *Delicta Decurionum à quo cognoſcantur.*

XIX. *Dardanarii qui remiſſive, & eorum pœna.*

XXI. *Sublimitatis titulus quibus competeret.*

XXII. *Romanum Imperium diviſum in Diœceſes, & à quibus Magiſtratibus hæ regerentur. & num.* XXV.

XXIII. *Omnes Provinciarum Rectores dicti Præſides.*

XXIV. *Proconſulares in quibus differant ab aliis Magiſtratibus.*

XXVI. *Præfectorum Prætorii hic nulla mentio, & cur.*

XXVII. *Adminiſtrationes in majores, medias, & minores diſtinctæ, & quænam hæ forent.*

XXVIII. *Codicilli vox explicatur.*

XXIX. *Quæſtoris munus.*

XXX. *Mandata data Præſidibus una cum Codicillis.*

XXXI. *Laterculum alterum majus, alterum minus.*

XXXII. *Minus ſervabatur à Primicerio Notariorum.*

XXXIII. *Inſignia Primicerii Notariorum quæ.*

I. CHarondæ editio Novellam decimamſeptimam præfatione tantum omiſſa, hic nobis obtrudit, tamquam legem tertiam decimiſexti tituli primi Codicis libri: idemque facit editio Lugdunenſis Rovilii anni 1571: Cum tamen in plurimis aliis exemplaribus Codicis Iuſtinianæi, & in iis præſertim, quæ habentur M. SS. in bibliotheca Vaticana, duæ tantum leges eo ſub titulo legantur, ſatiſque conſtet Novellam hanc, utpote poſt Beliſarium Conſulem editam, editione Codicis Iuſtinianæi poſteriorem fuiſſe, ut placuit poſt Cujacium *in notis ad hunc titulum in editione Contii*, Gotifredo *ibid. l.* 2. Verum quia per eumdem Iuſtinianum in volumine Novellarum ſub titulo de Mandatis Principum hæc recenſetur, continetque præcepta, quibus Provinciarum Rectores de ratione ſui muneris à Principibus admonentur, non incongruum viſum eſt eam, huic noſtro operi, Mandatorum Principalium materiam exequi profeſſo, attexere, iiſdemque Commentariis illuſtrandam curare, quibus duas ſuperiores leges illuſtrare ſuſcepimus, quandoquidem ab illis non alia, quam temporis,
II. ratione diſſociata videtur. Nihilque à propoſito noſtro, ne à ſeveris quidem recti in ſcribendo ordinis exactoribus diſce-

dere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

dere exiſtimandi ſumus, quod hanc materiam ad proſequendum opus noſtrum aſſumpſerimus, dum alias Authenticarum inter leges Codicis inſertionem, etſi initio ab Irnerio (ſeu quis alius è veteribus Iuriſconſultis id fecit) privato conſilio factam, nedum damnatam non fuiſſe, ſed materiæ conſiderata ſimilitudine laudatam, & publica Friderici Imperatoris auctoritate comprobatam teſtatur ex Balduino eruditiſſimus Vir Ioſeph Maria Suareſius Epiſcopus Vaſionenſis, *in Notit. Baſilicorum, eorum editioni præmiſſa. Verſ. interpres iſte.*

Cum igitur in hac Conſtitutione Iuſtinianus loquatur po- III.
tiſſimum cum Triboniano ſacri Palatii Quæſtore, præfatur, affirmando non ignorare eumdem Tribonianum *ex libris antiquis qui jura Romani nominis continebant, quanta de Mandatis Principum legumlatores in ſuo quiſque volumine conſcripſerunt.* Quî autem ignotum id eſſe poterat enucleatori veteris omnis juriſprudentiæ, cujus opus ſunt plurima in Digeſtorum & Codicis libros conjecta legum capita, claram & elegantem Principalium Mandatorum mentionem facientia;
cujuſmodi ſunt ſanctiones illæ per quas monentur Præſides, IV.
ut malis hominibus provinciam purgent: *l. præſes 3. ff. de Off. Præſid.* In interiorem familiaritatem provinciales non V.
admittant: *l. obſervandum 19. ff. de Off. Præſid.* Munera non VI.
accipiant, nec quid emant in provincia, niſi quotidiani victus cauſa: *l. ſolent 6. § 2. in fine. ff. de Off. Proconſ.* Matrimo- VII.
nium in provincia non contrahant: *l. contra Mandata. 6. l. manifeſtum. 8. C. de nupt.* Mulctam, quando jus ita exigat, VIII.
indicant; *l. aliud. 131. § p. ff. de verb. ſign.* Sacrilegos, la- IX.
trones, plagiarios, conquirant & puniant: *l. lege Iulia. 4. § Mandatis autem. 2. ff. ad l. Iul. pecul.* Latrones interrogent X.
de ſociis & receptatoribus: *l. D. Adrianus. 6. § p. ff. de cuſtod. & exhib. reor.* Querelas patronorum audiant: *l. D.* XI.
Veſpaſianus. 7. § Mandatis Imperatorum. ff. de jure patron. Manumiſſio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

XII. numiſſiones quaſdam prohibeant: *l. ſervus. 2. C. qui manu-*
XIII. *mit. non poſſ.* Vrbium ingreſſu interdicant ſervis, qui ea con-
ditione fuerunt diſtracti, ne pomœrium civitatis incolerent:
XIV. *l. cui pacto. 5. ff. de ſerv. exportand.* Inceſtas nuptias prohi-
XV. beant: *l. qui contra. 4. C. de inceſt. nupt.* Celeriter, & ſine
cauſa ſolutos jubeant vinciri, indicta mulcta his qui eos ſol-
XVI. viſſent: *l. ne quis. 10. ff. de cuſtod. & exhib. reor.* Milites per-
mittant teſtari, quomodo velint, & quomodo poſſint: *l p. ff.*
XVII. *de milit. teſt.* Si delictum aliquod decuriones committant,
ob quod videantur relegandi, adjecta propria ſententia Impe-
ratorem conſulant: *l. Divi fratris 27. § de Decurſionibus.
ff. de pœnis.* & ſi delictum capitale fuerit, eoſdem vinctos
cuſtodiant, dum Princeps conſulitur. *ibid. § fin.* niſi forte
patrem occidiſſent, quo caſu Lege Cornelia ſtatim ſunt pu-
XVIII. niendi. *l. D. Adrianus. 15. ff. de pœn.* Collegia & ſodalitia in
provincia nullo pacto permittant. *l. p. ff. de colleg. & corpor.*
XIX. Dardanarios (eos ſcilicet, qui annonam onerant & pre-
munt, de quibus Paulus *in l. in Dardanarios. 37. ff. de pœn.*
Turnebus *Adverſar. lib. 9. cap. 17.* & Cujacius *obſerv. lib. 19.
cap. 10.*) in quolibet mercium genere excludant, & annonas
à locupletioribus emi inducendæ caritatis gratia omni co-
XX. natu prohibeant; *l. annonam 6 ff. de extraord. crimin.* & cer-
tam rationem imponendi titulos in operibus publicis, viris
privatis præſcribant, qui publicæ pecuniæ propriam adjeciſ-
ſent: *l. fin. §. p. ff. de oper. publ.* Quæ quidem Principum &
Iuriſconſultorum ſententiæ, plurimæque fortaſſe aliæ in Cor-
pore juris contentæ, ſatis declarant ſumma cum ratione, Im-
peratorem ab eo quod diximus proœmio noſtram hanc de
Mandatis Principum Conſtitutionem ad Tribonianum con-
ſcriptam inchoaſſe, affirmando eum non ignorare plurima
de Mandatis Principum legumlatores in ſuis voluminibus con-
XXI. ſcripſiſſe: Vtitur autem idem Imperator, dum Triboniа-
num alloquitur, voce *tua ſublimitas*, quia viri illuſtres, inter
quos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

quos Quæſtor una cum Prætorii Præfecto recenſentur. *l. præcipimus. 32. in princ. & § 4. C. de appellat.* Sublimitatis titulo ornabantur ab Imperatore, ut indicant Theodoſius & Valentinianus, dum per verba *cum tua ſublimitate* Præfectum Prætorii alloquuntur *in l. eo caſu. 33. C. de appellat.*

Cum igitur ea fuerit Mandatorum auctoritas, ut inde juris recta ratio à legumlatoribus educeretur, ideo Iuſtiniano, reparanti *omnem vetuſtatem jam deperditam ac diminutam, placuit* Mandatorum uſum revocare, & *omnibus judicibus, qui minores vel medias adminiſtrationes gerant, ſive inter Correctores, ſive inter Conſulares, ſive inter Spectabiles ordinentur, non ſolum codicillos præſtare, ſed etiam Mandata dare, quibus inſpectis omnia gubernare laudabiliter poſſint.* Meminit vero *Correctorum, Conſularium & Spectabilium*, ut omnes ſaltem gradus XXII. comprehenderet eorum Magiſtratuum, qui in provincias cum imperio mittebantur. Imperii ſcilicet Romani diœceſes, quas ſingulas exhibent poſt Notitiam Imperii, Pancirolus *ibid. in ſuis Commentar.* Berterius *Pythan. p.* & Bullengerus *de Imperio Rom. lib. 2. cap. p. & 2.* peculiaribus quidem ſubjiciebantur Prætoriorum Præfectis, qui ibi vices Imperatoris gererent; in certas tamen Provincias dividebantur, ad quas regendas determinati Magiſtratus mittebantur, ut plurimum nuncupati Conſulares, Correctores, vel Præſides, cum tamen aliqui, licet numero pauci, Proconſulares eſſent, vel aliud quodpiam vocabulum ferrent, qui *Spectabiles* in Notitia dicuntur, cum cœteri mox nominati *Clariſſimi* titulo decorarentur: Omnes hi Magiſtratus generali Præſi- XXIII. dum nomine cenſebantur, *l. p. ff. de off. Præſid.* & re ipſa multis conveniebant, quæ recenſentur per Pancirolum *in Not. Imper. Orient. cap. 119.* differebant tamen in faſcium & ſecurium, quas præmittebant, & Apparitorum numero, in Inſignibus præterea, imo etiam in ornamenti forma, qua liber hic Mandatorum unicuique traditus decorabatur, & in facul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

tatibus etiam, quæ ipſis indulgebantur, ut facilè animadvertet, cuicumque etiam ſit ea ſingula conferre, quæ de Proconſularibus, *in Notit. Imper. Orient. cap.* 100. 101. & 103. De Conſularibus, *cap.* 156. de Præſidibus, *cap.* 157. & de eorum Officiis, *cap.* 158. tradidit Pancirolus. Vt igitur omnes Magi-
XXIV. ſtratus complecteretur Iuſtinianus hic, *Conſularium* & *Correctorum* meminit, Præſidibus omiſſis; forte quia, ut inferiores Correctoribus, qui inter eos & Conſulares medium locum tenebant, procul dubio lege cæteris indicta obligabantur: Addidit præterea *Spectabiles:* ut ſic etiam Proconſulares, Præfectum Orientis, Præfectum Auguſtalem, & Vicarios hoc titulo *in l. præcipimus.* 32. *C. de appellat.* decoratos, complecteretur, alioſque Magiſtratus, qui ea prærogativa præfulgebant, quos inſtituere volebat, & in Novellis ipſis inſtituit.
XXV. Quod ſi Præfectorum prætorii, qui inter *Illuſtres* recenſentur, hic non meminit; ea de cauſa facile id factum eſt, vel quod ab his Mandata Præſidibus traderentur, dum coram iis præſente Civitatis Epiſcopo, juramentum, de quo inferius *cap. ſeq. num.* 9. erit ſermo, præſtarent. § *ſcriptum exemplar. Novel. ut judic. ſine quoquo ſuffrag.* Vel quia hi plerumque in Comitatu Principis verſabantur, ut teſtantur Theodoſius & Valentinianus *in d. l. præcipimus. C. de appellat.* ut ideo inter provinciales Magiſtratus non connumerentur ab Imperatore. *l. prima. C. ut omn. jud.*

XXVI. Cæterum Magiſtratus omnes Provinciales hic à Iuſtiniano nequaquam conſiderari facilè cuipiam in mentem veniet, dum ille *Minores* tantum & *Medias* adminiſtrationes hic recenſet, nulla *Majorum* habita mentione, cum tamen & Provincialium Magiſtratuum aliquos *Majores* dici ſuadeat Iuſtinianus ipſe, dum una cum Iuſtino *in l.* 2. *C. hoc eod. tit.* Magiſtratus Provinciales diſtinguit in *Maximos* & *Medios*. Imo Anaſtaſius *univerſæ Reipublicæ* adminiſtrationes in *Majores* & *Minores* diviſit. *l. fin. C. ſi contra jus.* Hæc vocabula fuiſſe

ab Im-

ab Imperatoribus fortuitò prolata, & promiſcue uſurpata, aſſerere non auſim, cum videam inter judices certos dignitatis gradus fuiſſe conſtitutos. *l. potioris.* 5. *C. de off. Præſid.* & quidem adeo determinatos, ut minoribus vetitum fuerit *in l. ſinguli.* 2. *C. de off. diverſ. jud.* celſiores viros *in proſcriptionibus ſuis fratres nominare.* Ideoque aſſerendum arbitror juxta temporum diverſitatem, diverſos etiam dignitatum gradus fuiſſe conſtitutos, ut inde mirum non ſit, unum ac eumdem Magiſtratum modò inter *Majores*, modo inter *Medias* adminiſtrationes fuiſſe collocatum. Prius enim quam Iuſtinianus ſolus imperaret, ad ſolos Præſides Provinciarum fortè habito reſpectu, adminiſtrationes diſtinguebantur in *Majores* & *Minores*, ſeu *Majores* & *Medias*, quaſi *Minorum* denominatio relinqueretur Defenſoribus, quibus etiam attribuitur à Iuſtiniano § *fin. Novel. de non alien. aut permut. reb. Eccleſiæ.* Et de hîs erit ſermo inferius *hac ead. lege. cap.* 10. *num.* 12. *& ſeqq.* Verum regnante Iuſtiniano, cenſeo *Majoris* ſeu *Maximæ* adminiſtrationis appellationem fuiſſe inditam Præfecturæ XXVII.
Prætorii; & *Minoris* ac *Mediæ* dignitatis denominationem Provincialibus Magiſtratibus juxta eorum qualitatem fuiſſe attributam, ut ſcilicet illi qui forent ex ordine Spectabilium, *Medii*, cæteri vero ſive Conſulares, ſive Correctores, ſive Præſides nuncuparentur, *Minores* Magiſtratus dicerentur: Hanc ſane ſententiam ſuadere videtur diverſa loquendi ratio à Zenone & Iuſtiniano obſervata: Dum enim ille ſingulos Provincialis adminiſtrationis gradus enumeraret, Spectabiles *in l. p. C. ut omni jud.* conſtituit inter *Majores* adminiſtrationes; ait enim: *Nemo ex viris Clariſſimis Præſidibus provinciarum, vel Conſularibus, aut Correctoribus, vel qui adminiſtrationis majoris inſulas meruerint, id eſt Viri Spectabiles Proconſules, aut Præfectus Auguſtalis, aut Comes Orientis aut cujuſlibet tractûs Vicarius.* At Iuſtinianus cum Leonis Conſtitutionem, quæ alienationes rerum Eccleſiæ Conſtantino-

politanæ prohibens refertur, *cap. hoc jus.* 10. *q.* 2. & confirmatur, *cap. nulli.* 5. *de reb. Eccl. non alien.* ad omnes Eccleſias extendiſſet, *in Novel. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ.* quod idem præſtitit alias *in Novel. de alien. & emphytheuſ.* juſſit diſpoſitionem illam ab omnibus Magiſtratibus, & ab ipſis etiam Præfectis Prætorii inviolabiliter obſervari, & tunc quaſi certam eorum graduum, quos in adminiſtrationibus volebat obſervari, nobis traditurus notitiam *in § fin. Novel. de non alien. aut permut. rebus Eccl.* ita diſpoſuit. *Servabunt autem eam nihilominus & noſtræ Reipublicæ Iudices majores & minores, civiles & militares, & præcipue per omnes diœceſes conſtituti glorioſiſſimi Præfecti Sacrorum Prætoriorum, & Medias habentes adminiſtrationes, quos Spectabiles vocant: dicimus autem Auguſtales, & Proconſulares, & Spectabiles, Comites & alios Orientis, & qui poſt illos ſunt Magiſtratus, hoc eſt Provinciarum Conſulares, ſeu Præſides conſtituti, atque Defenſores civitatum.* Vt ideo Magiſtratus omnes Provinciales in hac præfatione appareat modo ab Imperatore fuiſſe expreſſos,
XXVIII. quamvis *Medias* & *Minores* tantum adminiſtrationes recenſuerit: Et his omnibus jubet Mandatorum librum tradi una cum *codicillis*, cum iis ſcilicet litteris Principis, per quas Provinciæ adminiſtratio confertur, ut innuit Quintilianus, ſive quis alius auctor dialogi Tacito adſcripti, *an ſui ſæculi orat. antiq. & quare conced.* dum *cap.* 7. gloriam artis oratoriæ extollebat ex eo, quod *nec in codicillis datur, nec cum gratia venit.* Græco vero & Romano idiomate conſcriptum hunc Mandatorum librum mittit ad Tribonianum, *ut detur adminiſtratoribus ſecundum locorum qualitatem, in quibus Romana vel Græca Lingua frequentatur, ſcire eorum ſanctionem: ut ni-*
XXIX. *hil ex his audeant præterire.* Et ut horum Mandatorum uſus magis invaleſcat, Triboniano Sacri Palatii Quæſtori mandat, ut *Mandata* hæc in *libris legum* curet *reſcribi:* Ad Quæſtorem enim ſpectabat Legibus à Principe promulgandis ſubſcribere,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ſcribere, *Novel. ut divinæ juſſion.* juxta formulam traditam à Briſſonio: *de formul. lib. 3.* Imo eaſdem ordinare, ut Symmachi teſtimonio affirmant Broſſæus *ad epiſt. 5. Caſſiodori lib. 6. num. 2.* & Pancirolus *ad notit. Imper. Orient. cap. 12.* Hic quippe non eſt ſermo de Quæſtoribus, qui à Regibus creati à quærendo fuerunt ita denominati *l. prima in princ. & § p. ff. de off. quæſt.* ſed de iis qui Principis epiſtolas & libellos in Senatu legebant. *d. l. p. § ex Quæſtoribus. & § fin. & ibi Gottifred. & epiſtola. Sertorius Urſatus Monument. Patavin. lib. p. ſect. 2. verſ. Quæſtor vero Cæſaris. Broſſæus ad d. epiſt. Caſsiod. 5. n. p.* ejus reſcripta dictabant: *l. univerſa. C. de diverſ. reſcript.* & vice ſacra judicabant, quando ipſis una cum Prætorii Præfecto illæ committebantur cauſæ, in quibus à Proconſulibus, vel Auguſtali, vel Comite Orientis, vel Vicariis appellaretur. *l. præcipimus. 32. C. de appellat. § quod de cætero. Novel. exemplum ſacræ formæ.* Hic vero ab Imperatoribus forte nuncupati fuere Quæſtores, quamvis nihil commune haberent cum antiquæ illius Quæſturæ munere, ne periculum eſſet, ut in hominem ignarum litterarum dignitas ea incideret, contra id quod ab eo exigi teſtatur Caſſiodorus, qui *ſcientia juris* præditum eſſe debere affirmat. *Var. lib. 6. epiſt. 5.* ac proinde, ut viro plebejo, ſed erudito demandari poſſet, & ſemper huic citra omnem difficultatem locus daretur in Senatu, quæſtoria dignitas eidem fuit attributa, qua patritii æque ac plebeii fungebantur, cum eſſet ingreſſus & quaſi primordium gerendorum honorum, & ſententiæ in Senatu dicendæ. *l. p. § hodieque obtinuit. ff. de offic. Quæſt.* Nedum vero li- XXX.
bris legum Mandata hæc jubet inſeri Iuſtinianus, ſed præterea & in ſacro laterculo deponi: ut ita poſſint Provinciarum Præſidibus tradi una cum codicillis, quod obſervatum fuiſſe paſſim indicant Novellæ *§ ut autem de Præſide Piſidiæ. § fin. de Prætore Lycaoniæ. § ideoque, & § fin. de Prætore Thraciæ. § fin. de Præt. Paphlagon. § p. de Moderat. Arabiæ.* Cum

XXXI. tamen duplex eſſet Laterculum, Minus ſcilicet, in quo continebatur notitia inferiorum quarumdam dignitatum, & præcipue militarium; & Majus, quod cæterarum dignitatum notitiam complectebatur, de quibus plene Bullengerus *de Imperio Romano lib.* 2. *cap.* 12. hic certe loquitur Imperator de poſteriori hoc Laterculo, quia licet prioris illius cura Quæſtori incumberet, *l. prima. & 2. C. de offic. Quæſt.* cum tamen Imperator Mandata hæc dari jubeat una cum Codicillis, affir-
XXXII. mandum eſt, quod Laterculum Majus conſideraverit, cum ex eo Codicilli depromerentur per Primicerium Notariorum, qui illud cuſtodiebat, & qui creſcente in dies novorum Magiſtratuum numero plura Mandatorum exemplaria cum Codicillis in armario in hunc uſum præparato aſſervabat, cujus imaginem exhibet Pancirolus *in calce Notit. Imp. Orient.* ut ea, quibus opus eſſet, traderet Magiſtratibus, adjectis peculiaribus eorum nominibus, ut obſervavit Pancirolus *d. Not. Imp.*
XXXIII. *Orient. cap.* 92. qui præterea imaginem inſignium Primicerii Notariorum *ibid.* apponit, inter quæ adeſt Laterculum Majus, ſimulque depinguntur faſciculi chartarum convolutarum repræſentantes Codicillos ab eo tradendos Magiſtratibus, & ulterius liber quidam clauſus repræſentans librum Mandatorum, cujus dorſo characteres hi leguntur inſcripti: F. L. I. N. T. A. LL. CO. M. ORD. PR. quos Pancirolus ita interpretatur: *Felix liber injunctus Notariis Tribunis à laterculo continens Mandata ordine Principis*; cujus interpretationem cum Seldeno *in Mari Clauſo lib.* 2. *cap.* 6. & ego unica immutata dictione ſequerer, loco ſcilicet dictionis *ordine*, ſubſtituendo vocem *ordinaria.* Sunt enim revera hæc, Mandata ea ordinaria, quæ indiſtincte dabantur quibuslibet Præſidibus, ut dictum eſt: cum tamen eiſdem arcana quædam aliquando traderentur, & præterea juxta propriam uniuſcujuſque provinciæ conditionem peculiaria alia darentur, quorum exempla ſuppetunt paſſim in Novellis *de Præſi-*

de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

de Pyſidiæ. Præt. Lycaoniæ, Moderat. Hellenop. Proconſ. Cappad. Prætore Thrac. & pluribus aliis. Adeoque imago inſignium Primicerii Notariorum per Pancirolum exhibita, in Mandatorum libro, Codicillis, & Laterculo Majore ea ſingula exprimit, quorum meminit Imperator in hac præfatione, quam Latinam tantummodo habemus, vel quia exemplar Græcum fuerit deperditum, vel quia ea non fuerit Græce conſcripta, cum legis hujus tertiæ, ſeu Novellæ decimæſeptimæ non eſſet pars, ſed potius quædam ad Tribonianum Quæſtorem epiſtola.

PROOEMIVM LEGIS III.

De juramento à Præſidibus præſtando.

Ἐν ὀνόματι τοῦ δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλάβιος Ἰουστινιανὸς, Ἀλαμανικὸς, Γοτθικὸς, Φραγγικὸς, Γερμανικὸς, Ἀντικὸς, Ἀλανικὸς, Βανδαλικὸς, Ἀφρικανὸς, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἔνδοξος, νικητὴς, τροπαιοῦχος, ἀεισέβαστος, αὔγουστος.

In nomine Domini Ieſu Chriſti Dei noſtri, Imperator Cæſar Flavius, Iuſtinianus, Alamannicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, glorioſus, victor, triumphator, ſemper adorandus, Auguſtus.

Ἤδη μὲν ἐν τῷ γενικῷ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας νόμῳ πάντα διηγόρευται, ἐφ᾽ οἷς προσῆκόν ἐστι τοὺς τὰς ἀρχὰς παραλαμβάνοντας, ταύτας διοικεῖν, μεμνημένους τῶν ὅρκων ὧν ἐπὶ τούτοις παρέχουσιν. ἀναγκαῖον δὲ ὅμως ᾠήθημεν καὶ νῦν παραλαμβάνοντί σοι τὴν ἀρχὴν ἐπισκῆψαι τὰ πρέποντα, κατὰ

IAm quidem in generali noſtræ pietatis lege omnia declarata ſunt, in quibus conveniens eſt administrationes accipientes, eas gubernare, memorantes jusjurandum quod ſuper his præſtatur. Neceſſarium tamen exiſtimavimus etiam nunc percipienti tibi adminiſtrationem,

nem, deſignare quod à genitoribus Reipublicæ noſtræ adinventum eſt: qui ad adminiſtrationes directis certa præcepta dabant, Mandata principum ea vocantes, ſecundum quæ oporteret eos gubernare adminiſtrationes.

τοῦτο δὴ τὸ τοῖς προγόνοις τῆς πολιτείας ἡμῶν ἐξηυρημένον, οἱ τοῖς εἰς τὰς ἀρχὰς στελλομένοις ῥητὰ παρεῖχον παραγγέλματα, (*Mandata Principis* αὐτα καλοῦντες) καθάπερ ἐχρῆν αὐτοὺς διακυβερνᾶν τὰς ἀρχάς.

I. *IN mandatis his præſcribitur modus adminiſtrandi Provinciam.*
II. *Novella octava laudatur.*
III. *Præſides debent curare, ut qui ſunt in carceribus humaniter tractentur.*
IV. *Romani jurabant, dum Magiſtratum aſſumerent, & dum ab eo abirent.*
V. *Athenienſes jurabant in Magiſtratus exordio, & quodnam eorum juramentum, remiſſive.*
VI. *Iurare tenentur omnes, qui aſſumunt Magiſtratus, & hujus juramenti formula, num.* IX.
VII. *Perjurium damnatur.*
VIII. *Præſides Mandata hæc non obſervantes puniuntur.*
X. *Iuramentum de obſervandis certis Conſtitutionibus in ſtatu Eccleſiaſtico præſtatur ab officialibus; & quænam ſint illæ Conſtitutiones, num.* XX.
XI. *Ante præſtitum juramentum Magiſtratus nequeunt adminiſtrationem exercere; & qua pœna puniantur. num.* XII.
XIII. *Qui ſibi uſurpat jura Magiſtratus, tenetur lege Iulia majeſtatis.*
XIV. *Prorogato officio juramentum non iteratur.*
XV. *Magiſtratus, quando tenentur jurare obſervantiam ſtatutorum, poſſunt ab iis recedere ex cauſa publicæ utilitatis.*
XVI. *An tunc teneantur obſervare ſtatuta, quæ poſtea eduntur, remiſſive.*
XVII. *Mandata dicebantur etiam conſulta præſidialia.*
XVIII. *Cur dantur Præſidibus cum codicillis.*
XIX. *Iuramentum Senatus Romani.*
XX. *In officialibus Sedis Apoſtolicæ ſumma integritas exigitur.*

I. V*T qui, vel Prætoris vel alia officia ſuſcipiunt, cognoſcant quo tandem modo provincias eos gubernare conveniat, viſum* eſſe ſibi profitetur *in* § *ut autem. 6. Novel. de Præſide Piſidiæ* Iuſtinianus, *non tantum ſigna eis præbere adminiſtrationis in codicillis, ſed etiam modum præſcribere, ſecundum quem provinciam adminiſtrent.* & is modus in hoc Mandatorum libro traditur, cujus nunc explicationem perſequimur: & ut ſingulis, quæ in eo libro continentur, facilius pareant Præſides, præfatur Iuſtinianus ſe jam *generali* quadam *lege* ea omnia fuiſſe com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

complexum, quæ ad provincias recte adminiſtrandas obſervare neceſſe eſt; hæc autem lex generalis, quam *dignam* II.
Chriſtiano Principe Sanctionem appellat Baronius *Annal. tom. anno* 535. *num.* 11. & cujus alias ſæpiſſime meminit Imperator, ſed præſertim *in* § *oportet igitur. Novel. de Præſid. Piſid.* § *hæc nos. Novel. de Moderatore Heleſponti. & cap.* 2. § *in primis. in edict. de Magiſtrat. Phœniciæ Libanicæ.* Nunc legitur inter Novellas Iuſtiniani Conſtitutiones *ſub titulo. ut Iud. ſine quoquo ſuffrag. fiant.* & plurima continet ex iis, quæ in hoc mandatorum libro traduntur; eademque pariter habetur in Baſilicis, *lib.* 6. *tit.* 3. ubi tamen *in* § 5. *&* 17. additur, quod *acta Præſidis clam confici non debent, ſed præſente officio, aut majore parte ejus.* & quod *Præſides diebus Dominicis perquirant* III.
ab his, qui in cuſtodia habentur, an cuſtodes eos humaniter tractent, & victualem ſubſtantiam eis faciant miniſtrare, mulcta viginti librarum auri tam Præſidi, quam officialibus ejus conſtituta. quod idem longe prius ſanciverant Honorius, & Theodoſius, *in l. judices.* 9. *C. de Epiſcopal. audien.* addentes præterea, quod *Antiſtitum Chriſtianæ Religionis cura laudabilis ad obſervationem conſtituti Iudicis hanc ingerat monitionem.* Verum quia ſolemne fuit apud bene inſtitutas gentes, quod IV.
illi, qui Magiſtratu fungi deberent, Iurejurando ad leges obſervandas & Iuſtitiam perpetuo cuſtodiendam prius adigerentur; ſic enim Romæ memorat *Hiſt. lib.* 31. *in fine*, Livius, quod nemini *Magiſtratum plus quinque dies, niſi qui juraſſet in leges, non licebat gerere.* cum præterea & qui Magiſtratu abibant jurarent ſe *nihil contra leges feciſſe*; ut ex Cicerone, & Plinio obſervat Briſſonius *de formul. lib.* 8. & Athenienſes V.
pariter antequam Magiſtratus inirent jurare ſolitos fuiſſe ex Polluce & Plutarcho monuit Tholoſanus *Syntagm. Iur. univ. p.* 3. *lib.* 50. *cap.* 8. *num.* 15. & ex Demoſthene eorum Iurisjurandi formulam refert Sigonius *de Repub. Athenien. lib.* 3. *cap. de Iudic. Heliææ.* Horum itaque mores imitatus Iuſtinia- VI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

nus, cum alias provinciarum Præſides jurare juſſiſſet, ſe nihil pro accipienda adminiſtratione fuiſſe largitos, & quæcumque à legibus ſibi præſcribuntur, ſe eſſe obſervaturos; *§ ſic igitur.7. § jusjurandum vero.14. Novel.ut Iud. ſine quoque ſuffrag.* quod idem antea ſtatuerunt Theodoſius, & Valentinianus *in l. fin. C. ad Leg. Iul. repetund.* ante omnia eos hujuſmodi Sacramenti ſibi admonendos exiſtimat, ut videlicet metu prædicti Iurisjurandi, quod ſuper his præſtatur, ab injuria magis abſtineant: *Nemo* enim, ut *Rhetoric. ad Alexandr. cap.*17. ajebat Ariſtoteles, *certe pejerare vellet, cum divini ſupplicii metu, tum decoris apud homines;* cum præſertim ſciat *latere ſuum ſcelus homines poſſe, Deos autem non poſſe.* Quod ſi occupante Præſidis animum avaritia, cæteriſque cupiditatibus ſeſe transverſim agentibus, ad oblivionem Sacramenti proceſſerit *(quî enim numquam, qui pecuniarum cupiditate ducitur, in eis accipiendis vel dandis jurisjurandi ſanctitatem ſervabit, qui rurſum, qui incontinens eſt aut timidus, in eodem conſtiterit?)* ajebat *ad ſecundum Pythagoræ carmen* Hierocles; ille certe violatæ Religionis pœnas dabit Deo, Principi, & Legi; *quemadmodum enim* (poſt renovatam prædictæ legis, ad jurisjurandi memoriam ita Præſidem quemlibet, *in § 2. Novel. de Præſid. Piſidiæ*, alloquebatur Iuſtinianus) *juriſdictionis argumento ipſum honoravimus, ita rurſus, ſi præter intentionem, & opinionem noſtram tradita eum adminiſtratione abuti deprehenderimus, competenti ipſum animadverſione perſequemur, tam Deo in hac ſubſervientes, quam opem ferentes legibus, ſive furta eum feciſſe, ſive gratia forte, aut inimicitiis ſuperatum, ſive leges noſtras tranſgreſſum eſſe deprehenderimus.*

VII.

VIII.

IX. Hoc vero jusjurandum, cujus & particularis mentio habetur in Novellis *in cap.* 3. *§ ſed neque. Novel. de Præt. popul. § ideoq.* 2. *§ fin. Novel. de Præt. Thraciæ. § fin. Novel. de Præt. Paphlagoniæ. § ut autem.* 6. *de Præſid. Piſidiæ. & Novel. de Proconſ. Paleſtinæ in præfat. & paſſim alibi in Novellis*, à Præſidibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

dibus ipſis præſtandum, in calce dictæ Novellæ octavæ *ut Iud. ſine quoque ſuffr.* & præterea in Baſilicis *lib. 6. ſub eodem tit.* per hanc formulam *in* § 31. exhibetur. *Iuro ego per Deum omnipotentem, & Filium ejus unigenitum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & Spiritum Sanctum, & per ſanctam glorioſam Dei genitricem, & ſemper Virginem Mariam, & per quatuor Euangelia, quæ in manibus meis teneo, & per ſanctos Archangelos Michaelem, & Gabrielem, puram conſcientiam, germanumque ſervitium me ſervaturum ſacratiſſimis noſtris Dominis Iuſtiniano, & Theodoræ Conjugi ejus, occaſione traditæ mihi ab eorum pietate adminiſtrationis: & omnem laborem, ac ſudorem cum favore, ſine dolo, & ſine arte quacumque ſuſcipio in commiſſa mihi ab eis adminiſtratione de eorum imperio, atque Republica; & Communicator ſum ſanctiſſimæ Dei Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ; & nullo modo, vel tempore adverſabor ei: nec alium quemcumque permitto quantum poſſibilitatem habeo. Iuro quoque idem jusjurandum, quod nulli penitus neque dedi, neque dabo occaſione mihi dati ſinguli, neque occaſione patrocinii, neque promiſſi, neque profeſſus ſum de provincia mittere, neque mittam, neque occaſione Dominici ſuffragii, neque famoſiſſimis Præfectis adminiſtrationem habentibus, neque iis, qui circa eos ſunt, neque alii hominum ulli; ſed ſicut ſine ſuffragio percepi cingulum, ſic etiam pure me exhibebo circa ſubjectos piiſſimorum noſtrorum Dominorum, contentus iis, quæ ſtatutæ ſunt mihi de fiſco, annonis. Et primum omne habebo ſtudium, ut fiſcalia vigilanter inſpiciam, & in devotos quidem, & indigentes neceſſitate, cum omni exigam vehementia, nequaquam ſubinclinatus, neque ob hoc lucrum ipſum omnino conſiderans, aut per gratiam, vel odium exigens aliquem citra quam competit, aut concedam alicui: devotos autem paterne tractabo, & ſubjectos piiſſimorum noſtrorum Dominorum illæſos undique, quantum poſſibilitatem habeo, cuſtodiam. Et æquus in cauſis utrique parti, & in publicis diſciplinis ero, nullique parti citra quam juſtum eſt præſtabo; ſed*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

exequar univerſa delicta, & omnem æquitatem ſervabo ſecundum quod mihi viſum fuerit juſtum: & eos quidem qui innoxii ſunt, undique innoxios illæſoſque conſervabo: noxiis autem imponam ſupplicium ſecundum legem, & omnem juſtitiam (ſicut jam dictum eſt) in publicis, & privatis contractibus eis ſervabo: & ſi comperero fiſcum injuſtitiam pati, non ego ſolum hoc ago, ſed etiam ſemper mihi aſſidentem talem ſtudebo aſſumere, & circa me omnes, ut non ego purus quidem ſim, qui vero circa me ſunt, furentur, & delinquant. Si quis autem inveniatur circa me talis, & quod fit ab eo me ſanare, & eum expellere. Si vero non hæc omnia ita ſervavero, recipiam hic, & in futuro ſæculo in terribili judicio magni Domini Dei & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti: & habeam partem cum Iuda, & lepra Giezi, & tremore Cain, inſuper & pœnis, quæ lege eorum pietatis continentur, ero ſubjectus.

X. Ea vero eſt conditio prædicti vel cujuſpiam alterius ſimilis juramenti (quale eſt illud, quod in ſtatu Eccleſiaſtico, de obſervandis quibuſdam Summorum Pontificum Conſtitutionibus, de quibus plene inferius *num.* 20. à Magiſtratibus exigi tradit Cohelius *ad bul. bon. reg. cap.* 19. *num.* 38. *verſ. quid*
XI. *autem. & num.* 46.) ut ad illud præſtandum publici quicumque officiales ante ſuſceptam adminiſtrationem compellantur. *Aviles Prætor in proœm. § ult. num.* 1. *Avendan. de Mand. exequ. cap.* 2. *num.* 1. *Maſtril. de Magiſtrat. lib.* 2. *cap.* 2. *Paris de Put. de ſyndic. V. juramentum. num.* 1. nec ante illius emiſſionem, quamvis nominati fuerint, vel etiam recepti, nullam ſortiantur poteſtatem exercendi muneris ſibi deſtinati; & ſi forte tunc illud auderent exercere, expellendi ſint, quinimo puniendi. *Aviles d. § ult. num.* 1. *Xammar. de off. jud. & advoc. p. p. q.* 24. *num.* 152. *Cancer. var. p.* 2. *cap.* 8.
XII. *n.* 123. & quidem tamquam rei læſæ Majeſtatis, quia adhuc revera privati ſibi Magiſtratus jura uſurpaverint, ſi velimus aſſentiri ſententiæ Lucæ de Penna *in l. hac ſanctione. C. de*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

de diverſ. off. Avendani *d. cap. 2. num. 2. verſ. quinimo.* Paridis de Puteo *d. V. juramentum. num.* 1. & Xammar. *d. n.* 152. in quod crimen quicumque inciderit, proculdubio lege Iu- XIII.
lia Majeſtatis tenetur. *l. lex. 3. ff. ad leg. Iul. Majeſt.* at ſi jura- XIV.
mentum in Magiſtratus limine præſtiterint, prorogato officio cenſetur adhuc illud ſuas vires exercere, ideoque illud amplius iterari neceſſe non eſt, *Surd. conſ. 262. num. 17.* Ad XV.
ſimilitudinem hujus diſpoſitionis tenentur præterea peculiaribus quibuſdam in locis Magiſtratus jurare, ſe obſervaturos eſſe eorum privilegia, ſtatuta, & conſuetudines. *Cancer. var. p. 3. cap. 13. numer. 328. Gail. obſerv. lib. 1. obſ. 36. n. 14. Maſtril. de Magiſtr. lib. 2. cap. 2. num. 52.* Sed tunc ſi ex juſta vel evidenti cauſa utilitatis publicæ ea non ſervaverint, in ſyndicatu nequeunt puniri: *Paris de Put. de ſyndic. V. juramentum, num. 3.* & ad ea tantum obſervanda obligantur, quæ ſunt in uſu. *Aviles. d. § fin. num. 10. Paris de Put. d. V. juramentum. num. 6.* an vero ſtatutis poſt præſtitum juramentum XVI.
editis ligentur. diſputat idem Aviles. *d. § fin. num. 3. & ſeqq.*

Sic igitur prædicti juramenti, quod in Novella octava continetur, renovata memoria, & ſimul eorum præceptorum, quæ ibidem traduntur, ſubdit Imperator ſequendo, *quod à progenitoribus Reipublicæ adinventum eſt, qui adminiſtrationes directis certa præcepta dabant, Mandata principum ea vocantes, ſecundum quæ oportet eos gubernare adminiſtrationes*, ſe *nunc* Præſidi *percipienti adminiſtrationem* illud totum velle *deſignare:* hæc autem Mandata, quæ etiam *Conſulta præſidialia* ap- XVII.
pellantur, *§ ut autem. 6. de Præſ. Piſidiæ.* una cum Codicillis ipſis dabantur, ut dictum eſt, *in præfat. hujus Conſtitutionis num. 30.* Ne forte ignorantiam contentorum in his Manda- XVIII.
tis prætendere quandoque poſſent; Præterea ad excludendam etiam oblivionis excuſationem expreſſe illis injungitur, ut Mandata ſibi cum Codicillis tradita perlegant aſſiduè, *§ fin. Novel. de proconſ. Cappadoc.* & *ad hæc intentis oculis pro-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

priam dirigant adminiſtrationem, perque hanc omni ex parte ſubditis proſint. juxta Imperatoris præceptum *in § ut au-*
XIX. *tem. 6. Novel. de Præſid. Piſid.* adeoque impleto Magiſtratu, inſtar Romani Senatus apud Tacitum *hiſt.* 4. *cap.* 41. non tamen trepidi & verba jurisjurandi per varias artes mutantes, poſſint Deum teſtem advocare, *nihil ope ſua factum, quo cujuſquam ſalus læderetur, neque ſe præmium aut honorem ex calamitate civium cæpiſſe.*

XX. Non diſſimili ratione Paulus II, volens *pluribus abuſibus providere, & per officiales, & Miniſtros Apoſtolicæ Sedis omnem integritatem munditiamque ſervari*, peculiarem edidit Conſtitutionem. 3. per quam illos munera quælibet vetuit accipere, (de qua in cap. ſeq. num. 68.) & juſſit Cardinales antequam Legationis munus obirent coram Pontifice promittere, reliquos vero officiales inferiores in Camera Apoſtolica jurare, ſe eam ad unguem obſervaturos; *in* §. 1. Quam Conſtitutionem eodem adjecto jurisjurandi onere confirmavit Sixtus IV. *Conſtit.* 15. § 3. & inde Paulus V. inhærendo alteri Conſtitutioni Sixti V. *num.* 93. per Clementem VIII. confirmatæ *in ejus Conſtit.* 5. per quam pœnas, & confiſcationes exigendi, ac diſtribuendi certus modus præſcribebatur. Sancivit à Præſidibus, & officialibus quibuslibet in officii ingreſſu juramentum exhiberi de obſervanda ſibi circa hujuſmodi exactiones præſcripta formula *in Conſtitut.* 88. § 4.

Vt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Vt gratis creati Magiſtratus, gratuitas quoque manus ſervent erga Deum, Imperatorem, & Legem.

CAPVT PRIMVM.

Oportet igitur te pure ſumentem adminiſtrationem, & ſine omni ſuffragio, præ omnibus aliis mundas ſervare Deo nobiſque, & legi manus; & nullum contingere lucrum, neque majus neque minus; neque captioſum quiddam contra ſubjectos facere negotiatione: ſed contentum eſſe ſolis à fiſco tibi miniſtratis, & tam per te, quam per eos qui circa te ſunt, purum eis undique ſervare jus: & feſtinare. Primum quidem fiſcalia tributa exigi vigilanter, nihil diminuens, circa publicam curam requirere, ne forte fiſcus inde minuatur, & ſalvare ei undique quæ propria ſunt. ſicut enim privatos injuſtitiam paſſos adjuvamus, ſic & publicum illæſum manere volumus. Collatores namque omni alia calumnia liberi conſervati, facile & in promptu ſolvent tributa: & qui

Δεῖ τοίνυν σε καθαρῶς παραλαμβάνοντα τὴν ἀρχὴν, καὶ δόσεως ἁπάσης χωρὶς περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων καθαρὰς φυλάττειν θεῷ τε καὶ ἡμῖν καὶ τῷ νόμῳ τὰς χεῖρας, καὶ μηδενὸς ἅπτεσθαι κέρδους, μήτε μείζονος, μήτε ἐλάττονος. μηδὲ σεσοφισμένην τινὰ ποιεῖσθαι κατὰ τῶν ὑπηκόων ἐμπορίαν, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι μόνοις τοῖς παρὰ τοῦ δημοσίου σοι χορηγουμένοις. καὶ διά τε σαυτοῦ διά τε τῶν περί σε καθαρὸν αὐτοῖς πανταχόθεν φυλάττειν τὸ δίκαιον· καὶ σπεύδειν πρῶτον μὲν τοὺς δημοσίους φόρους ἀπαιτεῖν ἀγρύπνως, μηδὲν ἐλλείποντα τῆς περὶ τὸ δημόσιον προνοίας, ἀναζητεῖντε μή τι τὸ δημόσιον ἠλάττωται, καὶ περιποιεῖν αὐτῷ πανταχόθεν τὰ οἰκεῖα. ὥσπερ γὰρ τοῖς ἰδιώταις ἀδικουμένοις βοηθοῦμεν, οὕτω καὶ τὸ δημόσιον ἀνεπηρέαστον μένειν βουλόμεθα. οἱ γὰρ δὴ συντελεσταὶ, πάσης ἄλλης ἐπηρείας ἐλεύθεροι φυλαττόμενοι, ῥᾳδίως τε καὶ ἐκ προχείρου καταθήσουσι τοὺς φόρους

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

qui in furta prius dantes, manebant debentes adhuc fiſcalia, ex nunc ipſis fiſcalibus exſolventes, liberabunt facile ſe tributis.

ρους· καὶ ἅπερ εἰς κλοπὰς πρότερον διδόντες, ἔμμον ἐποφείλοντες ἔπι τὰ δημόσια, ταῦτα νῦν αὐτοῖς τοῖς δημοσίοις τιθέντες, ἀπαλλαγήσονται ῥᾳδίως τῶν ἐπὶ τοῖς φόροις ὀφλημάτων.

I. *IN ſacerdotiis conferendis merita ſunt conſideranda.*
II. *Ambitus multis pœnis repreſſus.*
III. *Dictum de Mathematicis.*
IV. *Omnium malorum origo in Civitatibus quæ.*
V. *Largitiones pro conſequendis Magiſtratibus ſublatæ.*
VI. *Magiſtratus à ſordibus debent abſtinere.*
VII. *Negotiationis appellatione quid comprehendatur.*
VIII. *Contractus omnis Præſidi in provincia vetitus. num.* VIII. *&* XIV. *& cur,* XX.
Ampliatur num. IX. XI. XII. XIII. XV. XVI. XXII. XXXIII. XXXIV. XXXV XXXVI. XLI.
Limitatur numer. XIX. XXIII. XXIV. XXVI. XXVII.
Declaratur num. XXIX.
X. *Præſides nequeunt privatorum ædes incolere.*
XI. *Vſucapio in re furtiva excluditur.*
XVI. *Officiales & Domeſtici Præſidis in loco officii nequeunt contrahere.*
Ampliatur. num. XVII.
XVIII. *Nec exactores tributorum.*
XXI. *Contractus metu initos lex abhorret.*
XXV. *Alimentorum appellatione quid veniat.*
XXVIII. *Milites & Decuriones recte ſuccedunt in his quæ per contractum acquirere prohibebantur.*
XXXVII. *An Magiſtratus poſſit mercaturam extra provinciam exercere, & ſeqq.*
XXXVIII. *Et an Romæ, quæ eſt patria communis.*
XXXIX. *Princeps Magiſtratui aliquantulum aſſurgit.*
XL. *Magiſtratus dicuntur Principes.*
XLII. *Senatoribus Romanis non licuit navem retinere.*
XLIII. *Magiſtratibus munera recipere vetitum.*
Ex lege duodecim tabularum. XLIV.
Ex Senatus Conſultis. XLV. *Plebiſcitis.* L.
Mandatis. LIII.
Ex Legibus plurimis Civilibus. XLVII.
Ex Iure Canonico. LVII.
SS. Patrum teſtimoniis LXII. *Conſtitutionibus Pontificum* LXIII. *& ſeqq.*
Ampliatur LI. LXVI. LXXII. LXXXI. LXXXII. LXXXIII. LXXXIV. LXXXV. LXXXVI. LXXXVII. LXXXVIII. LXXXIX. XC. XCVI.
Limitatur LXV. LXXIII. XCI. XCII. XCIII. XCIV.
XLVI. *Apud Romanos æs alienum Præſidum à Senatu perſolutum.*
XLVII. *Lex Iulia repetundarum, & ejus capita.*
XLVIII. *Repetundarum judicium Romæ frequens.*
XLIX. *Baſſus ob accepta munuſcula die Natali repetundarum reus.*
L. *Eſculenta & poculenta accipere permiſſum: & quæ.* LIV. LXXIII.
LII. *Ad regimen Provinciarum probatæ vitæ teſtimonio Præſides eligendi, & eorum juramentum.*
LV. *Xenia quæ dicantur.*
LVI. *Præſides nihil donare poſſunt cuiquam ratione accepti Magiſtratus.*
LVIII. *Canonum Collectio facta per Gratianum, nunquam fuit per Pontifices confirmata.*
LIX. *Ejus errores per Cæſarem Raſponum & alios D D. obſervati.*
LX. *Canones vim legum habent.*
LXI. *Leges Imperiales quando obſervandæ ſint in foro Eccleſiaſtico.*
LXIII. *Munerum receptio prohibita ab Innocentio III, à Bonifacio VIII,* LXIV. LXVII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Paulo II: LXVIII. Sixto IV: Pio V. LXIX. Gregorio XIII: LXX. Clemente VIII: LXXV. Paulo V: LXXI. & noviſſime à S. D. N. Alexandro VII: LXXII.
LXXIII. Xenia conſueta permittuntur, & quæ, num. LXVIII. XCII.
LXXIV. Conſtitutiones enumeratæ num. LXIII. quibus in locis procedant LXXVII.
LXXV. Clementis VIII Conſtitutio laudata num. LXIII. declaratur.
LXXVI. Ejuſdem Chirographo Iudices criminales in Vrbe prohibentur munera accipere ſub pœna capitis, etiam eſculenta.
LXXVII. Munera recipere ob gratiam vel juſtitiam, vetitum apud plures nationes.
LXXVIII. Otani Tribunal.
LXXIX. Conſtitutio S. D. N. Alexandri diſpoſitioni juris communis eſt conformis LXXXI. & ſeqq. uſque ad XCV.
LXXX. A legiſlatoris mente deſumenda legis interpretatio.
LXXXII. Vitia eo deteriora, quo inſunt dignioribus.
LXXXIV. Injuſtiſſimum omnium eſt juſtitiam vendere.
XCI. Stipendia congrua recipere cuique permiſſum.
XCIV. Pravi actus non excuſantur conſuetudine.
XCV. Stipendia certa Magiſtratibus antiquitus conſtituta.
XCVI. Adſeſſores, & alii Miniſtri, & Officiales prohibentur munera recipere.
XCVII. Vxorem in provinciam ducere Præſidi an licuerit.
XCVIII. Magiſtratus vera laus eſt Officialium integritas.
XCIX. Tributorum exactio Præſidi præ omnibus commendatur.
C. Neceſſitas Tributorum CXI.
CI. Romæ pro urina, & umbra arborum, ſoluta vectigalia.
CII. A Romanis qua ratione Tributa indicta, & exacta.
CIII. Onere Tributorum prægravatæ Civitates qua ratione antiquitus liberarentur.
CIV. Via exequutiva competit pro exactione Tributorum.
CV. Præſes non augere debet Tributa, ſed ea diligenter exigere.
CVI. Fiſci nunquam mala cauſa niſi ſub bono Principe.
CVII. Præſides ſint patres populorum, non fures.
CVIII. Exactor Tributorum diligens ſit, non inſolens.
CIX. Populorum & Principum inopia oritur ex Præſidum furtis, & avaritia.
CX. Qui divites recedunt ab officio, quod pauperes accepere, ex publica pecunia præſumuntur ditati.

EXperientia per omnem præteritorum temporum memoria repetita, compertum eſt, nihil in creandis Magiſtratibus utilius eſſe, nihilque ſalutarius, quam ſi ea obſerventur, quæ in ordinandis ſacerdotibus obſervanda monebant Leo & Anthemius Imperatores: *in l. ſi quemquam, C. de Epiſc. & Cleric.* quod ſcilicet I.
quantum quiſque mereatur, non quantum dare ſufficiat æſtimetur: meritoque ſeveræ illæ pœnæ legeſque adverſus ambi- II.
tum in veteri Republica comparatæ ſunt, enumeratæ per Alexandrum ab Alexandro *gen. dier. lib. 3. cap. 17.* & Roſinum *Antiqu. Rom. lib. 8. cap. 29.* quas renovatas & auctas per Iulium Cæſarem, *Sueton. in vita Cæſar. cap. 43.* latiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ſime amplificavit ſucceſſor ejus Auguſtus. *Sueton. in vita Aug. cap.* 34. *Dio hiſt. l.* 54. earumque præſidio, rerum Romanarum incolumitati per aliquot ſecula conſultum haud dubie eſt; donec à populi ſtudiis omni tribuendorum honorum poteſtate ad Principis curam tranſlata, nullus amplius locus auxilio adverſus multitudinis avaritiam inducto in ſubjecta unius arbitrio Republica eſſe cœpit. *l. unica ff. ad L. Iul. amb.* Deinde cum alii, ut fit, homines potius, quam alii mores Romanum Imperium excepiſſent, eadem ſub diverſis vocabulis vitia à campo & comitiis in aulas & atria migravere,
III. factumque eſt, ut peſſima hæc Civitatum lues, quæ (ut de Mathematicis Tacitus *lib. p. hiſt. cap.* 22. ajebat) & *vetabitur ſemper & retinebitur*, primo in Imperii Miniſtros, deinde in ipſos Imperatores ſuum virus diffunderet; adeo ut de Provinciarum regimine *ſingulis fere annis nova auctio inſtituebatur, neque tamen dabatur ſub eodem manere cauponatore, ſed per modica intervalla nunc hujus, nunc illius poteſtati ſubdebantur*, ut deplorabat Iuſtinianus § 4. *Novel. de Moderat. Helen.* Magnum hinc Imperatori ipſi: *Novel. ut Iud. ſine*
IV. *quoquo ſuffrag. in præfat.* Magnum & aulicis compendium: maxima tamen populis incommoda ac detrimenta. nec aliunde fœcundior malorum omnium quibus civitates affligi ſolent origo, quæ ad vivum à Iuſtiniano *in D. præfat. § p.* per hæc verba expreſſa unuſquiſque intueatur: *An certe non omnibus manifeſtum eſt, quoniam qui aurum dat, & ita adminiſtrationem emit, non dat hoc ſolum quantum occaſione adinventum eſt ſuffragiorum, ſed & aliud extrinſecus addit amplius, occaſione commodi, adminiſtrationem aut dantibus aut ſpondentibus? & ſic uno principio illicito dato, plurimas neceſſe eſt manus circumire eum qui donationem facit, & hoc non de ſuo forte præbere, ſed mutuatum, & ut mutuare poſſet damnificatum: & computare apud ſe, quia convenit eum tantum ex provincia percipere, quantum liberet quidem ei debita, ſortes, & uſuras, &*
damna

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

damna pro ipſo mutuo: computabit autem & in medio expenſas largiores, jam & judici & qui circa ipſum ſunt convenientes: & quendam etiam ſibimet recondet quæſtum in tempore ſequenti, in quo non adminiſtrabit. Quapropter ejus quod ab eo datum eſt, triplum, magis autem ſi oportet verius dici, decuplum erit, quod à ſubjectis noſtris exigitur: & ex hoc etiam fiſcus imminuitur. Nam ea quæ oportebat in fiſcum inferri, èo quod adminiſtrationem habet puris utentem manibus: hoc ad propriam utilitatem redigens, qui adminiſtrationem habet, & inopem faciens nobis collatorem, inopiam ipſius, quæ per ipſum agitur, nobis reputat; & quanta impie talia fiunt ad horum furtorum merito relata occaſionem? adminiſtrationes namque habentes provinciales ad hanc acceptionem reſpicientes multos quidem reorum dimittunt, vendentes eis delictum, plurimos autem innoxiorum condemnant, ut noxiis præſtent; & hoc non ſolum in pecuniariis cauſis agitur; ſed & in criminalibus, ubi de anima eſt periculum. Fugæque fiunt ex provinciis, & confluunt huc omnes ingemiſcentes, ſacerdotes, & Curiales, & Officiales, & poſſeſſores, & populi, & Agricolæ, Iudicum furta merito & injuſtitias accuſantes; & hæc non fiunt ſola, ſed etiam Civitatum ſeditiones, & publicæ turbæ, plerumque pecuniæ cauſa fiunt, atque ſedantur; & omnino una quædam eſt hæc omnium occaſio malorum, & accipere ſuffragium à judicibus totius nequitiæ eſt principium & terminus: eſt quoque ſacrorum eloquiorum mirabile, & verum, quod avaritia omnium ſit mater malorum, maximè quando non privatorum, ſed Iudicum inhæret animabus; quis enim ſine periculo non furetur, quis non latrocinabitur ſine reatu, ad adminiſtratorem reſpiciens? illum namque videns omnia auro vendentem, & præſumens, quia quidquid egerit illicitum, hoc pecunias dando redimet: hinc homicidium, & adulterium, & invaſiones, & vulnera, & raptus virginum, & commerciorum confuſio, & contemptus legum & Iudicum, omnibus hæc venalia propoſita eſſe putantibus tanquam aliquod vilium mancipiorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

V. Ad imperium evectus Iuſtinianus hanc Deo referendam gratiam ſibi putavit, ut ſublata quacumque largitione pro quærendis Magiſtratibus ſubditos à tot incommodis liberaret. § 4. *Novel. de Moder. Helenop.* & Novella conſtitutione edita *ſub titulo Vt Iudices ſine quoquo ſuffrag.* prohibuit *ibid. § p.* omnibus, qui ad Magiſtratus cujuſcumque generis eveherentur, *dare aliquod ſuffragium, neque pro adminiſtratione quamlibet donationem, neque Iudici ulli, neque eorum qui circa adminiſtrationem ſunt alicui, neque alteri per occaſionem patrocinii, ſed gratis ſumere adminiſtrationes, pauca vero præbere occaſione eorum, quæ pro cingulis dantur & chartis.* Quorum occaſione ne rurſus irreperent largitiones, certum modum mercedis officio Præfecti Prætorio & Primicerii Notariorum perſolvendæ *in calce ejuſdem Novellæ* præſcripſit: aurum danti, ut *accipiat adminiſtrationem, confiſcationem, & exilium, & in corpus verbera, atque ſupplicium*, pœna adjiciens *in eadem Novella in* § 8. maxima item mala *ibidem* illis minatur, qui avaritiæ hujuſmodi labe infecti reperiantur: quadrupli ſiquidem condemnationi & Magiſtratus amiſſioni ſubjiciuntur *Baſilic. lib. 6. tit. 3. § 3.*

VI. Ad prædictas igitur ſanctiones hic reſpiciens Iuſtinianus, jure monet Præſides quoslibet, ut ſicut *pure* & *ſine omni* largitione Magiſtratus acceperunt; ita *puras ſervent manus Deo,* Principi, & *legi:* & hoc eſt primum & præcipuum Mandatorum caput, quod à Iuſtiniano videmus in Conſtitutione uniuscujuſque Magiſtratus repetitum: *in Novel. de Præſt.pop. cap. 3. § p. de Præt. Lycaon. § 3. de Com. Iſaur. § p. & alibi ſæpius*: quod ſcilicet provinciarum Præſides à ſordibus abſtineant, ideoque *nullum* contingant *lucrum, neque majus, neque minus, neque captioſum quiddam contra ſubjectos faciant negotiatione*; Vt enim ad Q. fratrem ſcribebat *Epiſtola prima* Cicero, *præclarum eſt ſummo cum Imperio fuiſſe in Aſia triennium, ſic ut nullum te ſignum, nulla pictura, nullum vas, nulla*

veſtis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

veſtis, nullum mancipium, nulla forma cujuſquam, nulla conditio
pecuniæ, quibus rebus abundat iſta provincia, ab ſumma inte-
gritate continentiaque deduxerit: Negotiationis autem voce, VII.
quæ de ſui natura quamcunque contractus ſpeciem propria
univerſalitate complectitur, *Mattienzo de relator. par. 3. Dia-*
log. 27. in princ. & ſeq. Caldas Pereira de empt. cap. 8. num. 47.
hic conſulto uſus eſt Imperator, quia Provinciarum Recto- VIII.
ribus non modo quidquam emere in provincia, cui præ-
erant, vetitum erat, *l. qui officii 62. ff. de contrahend. empt.*
Aviles Prætor. cap. 2. verb. heredad. n. p. verum etiam ædifi-
care, *l. aufertur 46. §. quod à Præſide ff. de Iur. Fiſc. Bobadilla*
politicor. lib. 2. cap. 12. n. 34. & 57. Mattienzo d. cap. 27. n. 3.
Paris de Puteo de Syndic. V. Officialis n. p. per donationem ac- IX.
quirere, *l. unica C. de contract. Iud.* ne remuneratoriam qui-
dem, *ut poſt Alciat. Caldas d. cap. 8. n. 47.* niſi tamen probetur
merita officium præceſſiſſe, *Avilas d. cap. 2. V. de Mercaderia*
n. 26. Barboſa l. unica, n. 25. C. de contract. Iud. Paris de Puteo
de ſynd. V. Officialis n. 5. (ubi quod ex hoc tantum capite con- X.
cedi poteſt à privato habitatio, quæ alias non poſſet à Præ-
ſidibus acceptari, cum hi nequeant privatorum ædificia in-
colere: *l. fin. C. de Offic. Rect. Prov. Aviles Prætor. cap. 2. V.*
Caſas, n. p.) adeoque à donationibus, quæ fiunt Præſidi, ab- XI.
horrent jura, ut, quomodo in re furtiva excluditur uſucapio,
quoad uſque vitium purgetur, *Amaya obſerv. lib. 2. cap. 7.*
per tot. Mella de uſucap. p. p. cap. 5. ita in hujuſmodi donatio-
nibus excludatur. *l. quod contra, 8. ff. ad l. Iuliam repetunda-*
rum. vetitum eſt præterea Præſidibus propria etiam bona XII.
vendere, cum & hac ratione poſſint plus æquo ditari, &
ſubditis violentiam inferre; ut reprobata Donelli ſententia
obſervat Caldas *de empt. cap. 8. n. 49.* imo etiam matrimonia XIII.
contrahere in provincia, vel filiis contrahentibus conſenti-
re: *l. qui in provincia ff. de rit. nup. Carleval. de Iudic. lib. p.*
tit. p. diſput. 2. n. 68. Paris de Puteo de ſyndicat. V. contrahere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

*n.*4. vel filias in matrimonium collocare: *Leo Imp. in Conſt.* 23.
ſub. rubr. ne Præſid. in provinc. ſuis dom. ſponſ. contrahant. Et
tandem quemlibet omnino contractum celebrare: *l. unica*
C. de contrac. Iud. & ibid. Barboſa, qui innumeros allegat n. 6.
Cancer. Var. par. 3. *cap. p. n.* 97. *Natta conſ.* 50. *n.* 13. *Caldas*
XV. *d. cap.* 8. *n.* 47. Nedum per ſe ipſos, verum etiam per inter-
poſitas perſonas. *d. l. unica. § hæc autem. & ibid. Barboſ. n.* 7.
l. non licet. 46. *ff. de contrahend. empt. Aviles d. cap.* 2. *V. here-*
dad. & V. de Mercaderia n. p. Bobadilla d. cap. 12. *n.* 34. Et ju-
re quidem, quia tunc major ineſt fraudis ſuſpicio, Imo legi
ipſi fraus infertur. *l. ſi per impreſſionem.* 11. *& ibi Gottifred. V.*
nihilo. C. de his quæ vi metusve cauſ. l. milites. 13. *ff. de re mili-*
XVI. *tar. l. p. l. pupillus.* 5. *§ fin. ff. de auth. tutor.* Quæ quidem
omnia de lectoribus Provinciarum diſpoſita ad omnes Offi-
ciales tam majores quam minores porrecta intelliguntur;
l. principalibus. 33. *ff. de reb. cred. Barboſ. d. l. unica n.* 8. *Avi-*
XVII. *les d. V. heredad. n.* 2. etiam ſi Præſes id illis expreſſe permit-
teret. *Paris de Puteo de ſyndicat. V. contrahere n.*70. quod idem
XVIII. obſervatur in exactoribus publicorum redditnum. *Ioan. de*
Platea l. miſſi opinatores. C. de Exact. Tribut. n. 3. *Aviles d.*
XIX. *cap.* 2. *V. de Mercaderia. no.* 7. Procedere tamen prædicta in
temporaneis Rectoribus provinciarum, ſecus vero in per-
petuis, cenſent Cancerius *Var. par.* 3. *cap. p. n.* 98. Paris de
Puteo *d. V. contrahere. n.p.* & Molinus *deciſ.*506. *n.*28. *&* 29.
& 32. qui tamen ait limitationem hanc à pleriſque impu-
gnari, nec prorſus irrationabiliter, quia Officialis perpetuus
eſt magis formidabilis quam temporaneus, qui brevi eſt re-
movendus, & ſyndicatus cenſuræ obnoxius eſt. *n.*30. *&* 31.
Et hac de cauſa poſteriorem hanc ſententiam ſequuntur
Natta *conſ.* 50. *n.* 13. qui addit quod ut plurimum hi decli-
nant in tyrannidem. Barboſa. *d. l. unica n.* 10. Caldas qui
plene articulum examinat & diſtinguit inter Præſides & cæ-
teros Officiales. *de empt. cap.*8. *n.* 61. *& ſeqq.* & Bobadilla *d.*
cap. 12. *n.* 36. *& ſeqq.*

Ea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Ea vero fuit arctiſſimæ hujus prohibitionis ratio, ne privatis hiſce commerciis intenti Præſides publicæ rei curam omitterent. *arg. tex. in l. milites. 13. ff. de re milit. Paris d. V. contrahere. n. 6. Bobadilla d. cap. 12. n. 34. Aviles prætor. cap. 2. § heredad. n. p.* vel po ius quia hi facile officii poteſtate freti metum incuterent ſubditis. *Maſtril. de Magiſtr. lib. 6. cap. 10. n. 11. Natta conſ. 50. n. 13. Bobadilla d. n. 34. Merlin. deciſ. 506. n. 6.* quam ob cauſam tales contractus ſemper cenſentur metu initi, ideoque ipſo jure nulli; vel ſaltem ſubditi metu reverentiali adacti, non vero ſponte, præſumuntur cum Præſidibus commercia exercere. *arg. tex. in l. unica. C. ſi rector. prov. Cancer. Var. par. 3. cap. p. n. 97. Merlin. d. deciſ. 506. n. 15.* Et ſane abſurdum omnino foret, per vim contrahere Præſides, quibus præcipue injuncta eſt cura violenter initos contractus reſcindendi. *l. illicitas. 6. ff. de Off. Præſid.* Et hinc forte leges, quæ alias voluerunt per actionem quod metus cauſa ita reſtitutionem obtineri, quod unusquiſque jus ſuum recipiat, puta venditor rem venditam una cum fructibus, & emptor pretium: hoc caſu contractum ita reſcindi decreverunt, ut Præſes, qui emit, pretium amittat, *Cujac. obſerv. 13. lib. 16.* quod fiſco quæritur: *l. aufertur. 46. § quod à Præſide ff. de Iur. fiſci.* & ex hoc eodem fonte Decretum emanavit, quod nec ex Reſcripto quidem Principis Provinciales Iudices, ad differentiam Vrbanorum, contractus poſſent inire, vel jam initos ratos habere, neque *ſi quinquennale tempus poſt depoſitam adminiſtrationem exceſſerit, vel conſenſus donatoris vel venditoris poſt eandem adminiſtrationem adjectus ſit. l. unica. § provincias. C. de contract. Iudic. Paris de Puteo de Syndicatu V. Officiales. non poſſunt. n. p. Scac. de Camb. § p. quæſt. 7. par. 3. limit. 17. n. 16. Caldas de empt. cap. 8. n. 57. Bobadil. d. cap. 12. n. 35. Aviles Prætor. V. de Mercaderia. n. 6.* XX. XXI. XXII.

In his tamen, quæ ad alimenta, vel veſtitum pertinent, Præſidibus, eorumque Officialibus contractus nequaquam XXIII.

pro-

prohibentur, cum eorum maxime urgens & quotidiana neceſſitas ſit, *d. l. unica §. Provincias, C. de contract. Iudic. Paris de Puteo d. V. contrahere, n. p. & 2. Scac. de Camb. d. limit. 7. n. 16. verſ. imo Provincias. Bobadil. d. cap. 12. n. 48. Avilas*
XXIV. *Prætor. d. V. de Mercaderia n. 8.* Et hinc etiam equos emere, & mulas, iiſdem permiſſum eſt: *Paris de Puteo d. V. contrahere n. 3. Bobadil. d. cap. 12. n. 53. Aviles d. cap. 2. V. heredad. n. 10.*
XXV. Nam ubi agitur de Viro Nobili, hæc etiam alimentorum nomine continentur; ut ſicut in his taxandis habetur ratio habitationis: *Minſingher. centur. 3. obſerv. 12. num. 2. Roland. conſ. 22. n. p. Duran. deciſ. 148. n. 6.* Medicamentorum, *Baris de ſucceſſione lib. 9. cap. de Legat. alimentor. n. 4. Rebuf. ad Conſt. de Proviſionibus art. p. gloſ. 4. num. p. & 2. Roland. d. conſ. 22. n. 3. Duran. deciſ. 148. n. ult.* Et famulorum: *Cancer. Var. lib. p. cap. 16. n. 23. Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 18. n. 9. & 10. Carleval. de Iudic. lib. p. tit. 3. diſput. 30. n. 14.* Ita pariter habenda ſit ſumptuum, qui pro equis & vehiculis neceſſarii ſunt. *Baris d. cap. de Legat. aliment. n. 4. Surd. de Aliment. tit. 4. quæſt. 8. n. 5.*

XXVI. Indulſit præterea lex Provinciarum Præſidibus, ut, ratione præſumptæ cujuſdam affectionis, poſſent res paternas & familiæ emere, quas fiſco addici contingeret. *l. qui officii 62. ff. de contrahend. empt. Caldas de empt. cap. 8. n. 50. & ſeqq. Bobadil. d. cap. 12. n. 46. & 47. Aviles d. V. heredad. n. 3. & V. de Mercaderia n. 25.* vel aliis venditas retrahere: *Gomez ad l. Tauri 70. n. 12. Barboſ. d. l. unica n. 21. & ſeqq.* Et quia
XXVII. metus ſuſpicio ceſſat in eo, qui morti naturali ſit proximus, Præſidibus ex ultimis voluntatibus permiſſum eſt acquirere, *Caldas d. cap. 8. n. 49. Bobadilla d. cap. 12. n. 45. Aviles d. V. de*
XXVIII. *Mercaderia n. 28.* Militum & decurionum exemplo, qui recte in hæreditate & conductione ſuccedunt, quas alias ipſi acquirere & contrahere vetabantur, *Tiraquel de retr. lignag. §. p. gloſ. 9. n. 169.* quod idem moribus Romanorum fuiſſe rece-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

receptum comprobat Cicero *in Orat. pro L. Flacco n.* 84. *& ſeqq.* In reliquis vero ea ſervanda ſunt, quæ modo diceba- XXIX.
mus, eo tamen tempore, quo durat officium: *Avendan. de exequen. Mand. cap.* 2. *n.* 22. *in princ. Aviles d. V. heredad. n.* 4. Et Officialis juriſdictionem exercet: *Franc. de Ponte* XXX.
*conſ.*49. *n.*52. *&* 54. *Bobadill. d. c.*12. *n.*41. *Merlin. deciſ.*506. *n.*25. Et ſi originarius loci non ſit: *Avendan. dicto c.* 2. *n.*22. XXXI.
verſ. ex quo deducitur. Aviles d. V. en Mercadere. n. 20. *Paris d. V. contrahere. n.*6. *Stracca de Mercat. p.*3. *n.* 17. *Caldas, qui de communi d. cap.* 8. *n.* 59. Et ſi contrahat cum provinciali- XXXII.
bus, vel peregrinis intra provinciam degentibus: *Cancer. Var. par.* 3. *cap. p. n.* 104. *Bobadilla d. cap.* 12. *n.* 54. *Aviles d. cap.*2. *V. de Mercaderia, n.*22. *Barboſ. d. l. unica, n.* 18. Etiam ſi provinciales forent potentes, quia licet ratione potentiæ Officialem non metuant, *Merlin. deciſ.*506. *n.*24. tamen Præſidis benevolentia in pleriſque indigent. *Bobadilla, qui contrariis reſpondet & de magis communi teſtatur, d. cap.* 12. *n.* 35.
Et contractus hujuſmodi Præſidum & Officialium adeo ex XXXIII.
ſui natura irritantur, ut ad eorum ſuſtentationem bona fides, nec alterius Iudicis auctoritas ſufficiat. *Peregrin. de Iur. Fiſc. lib.* 4. *tit.* 7. *Bobadill. d. n.* 35. *qui de communi & in notis lit. f. Aviles d. V. de Mercaderia, n.* 27. *Barboſ. d. l. unica, n.*12. *C. de contract. Iud.* Nec juramentum; propterea quod ratione XXXIV.
præſumpti metus cenſetur defeciſſe conſenſus, ut cenſent Cancerius *d. cap p. n.*104. Bobadilla *d. cap.*12. *n.*60. & Rota *deciſ.* 507. *n. ult. coram Merlino.* Nec renunciatio cuilibet XXXV.
legum diſpoſitioni & auxilio, *Bobadilla d. cap.*12. *n.*35. *Merlin. d. deciſ.* 506. *n.* 20. Adeoque ad reſtitutionem inde quæ- XXXVI.
ſitorum in foro conſcientiæ Præſides obligentur, quia contra expreſſam legis prohibitionem contraxerunt, *Bobadilla d. cap.* 12. *n.* 39. Et quoniam prædicta jura comprehendunt XXXVII
perſonas dumtaxat in provinciis agentes, poteritne Præſes cum exteris mercimonia exercere, ex eo quod cum Regentis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

emolumento conjuncta plerumque ſit publica provinciæ utilitas, ob multarum rerum copiam, quæ hujuſmodi cum exteris commercia ſequi conſuevit? Quamvis Præſides ac eorum Miniſtros & Officiales à mercatura excludens Stracca meminerit nominatim ſubditorum: *de mercatura par.* 3. *num.* 17. & ita ad hos coarctare videatur diſpoſitionem textus *in l. principalibus* 33. *ff. de reb. cred.* Imo rationem utilitatis quæ Provinciæ poteſt accedere, mercaturam Officiali eſſe permiſſam aſſerat Paris de Puteo, *de ſynd.* § *Officiales non poſſunt, num. p. & 2.* Tamen indiſtincte prohibitam eſſe mercaturam Præſidibus eorumque Officialibus arbitrarer, prout innuere videtur Guilielmus de Benedictis *in cap. Rainutius V. duas. n.* 50. *de teſtam.* qui indiſtincte loquitur, & clarius Perez *ad tit. C. de contract. Iudic.* qui ait, nec in alia Provincia Præſidi contrahere permitti, quia venditores in illa degentes forte poſſunt eſſe ſubjecti emptori: *num.* 4. quod certe continget, inſpecta rationum connexione, quæ inter mercatores finitimarum vel etiam diverſarum provinciarum intercedit: Videntur autem excludendi Præſides à mercatura, ob infinita damna, quibus ſubditos affici neceſſe eſt, qui ab exercendo ſimili mercaturæ genere deterrerentur; qua ratione licet alias mercimonium ſerici in quibuſdam Hiſpaniarum provinciis permitteretur, fuiſſe tamen exinde vetitum, ratione damni, quod ſubditis inferrebatur, monet Bobadilla, *d. cap.* 12. *num.* 40. Et præterea Magiſtratus mercaturæ deditos, adeoque ſpe lucri allectos, contingeret à publicis negotiis diſtrahi; illi quippe privatis mercimoniis intenti publica negotia negligerent, *l. milites* 31. *C. de loc. & conduc. Bobadilla d. cap.* 12. *num.* 54. & 55. Ac tandem læderetur inde & imminueretur Majeſtas Magiſtratus & obſequium, *Larea alleg.*
XXXVIII. *fiſcal.* 104. *num. ult. par.* 2. ob quam cauſam affirmat Scaccia, Officialibus & Prælatis Curiæ Romanæ non licere mercaturam Romæ exercere, quamvis in propria civitate hæc unicuique

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

cuique permittatur, & Roma ſit Patria communis, *de commerc. § p. quæſt. 7. par. 3. limit. 17. num.* 17. Eſt vero quammaxime neceſſarium, quod maximè æſtimentur à populis Præſides ipſi, dum vel Princeps eos honorare conſueverit, aliquantulum aſſurgendo: *Angel. l. p. ad med. verſ. in textu ibi proceſſiſſet. Gratian. cap.*284. *num.* 11. *&* 12. *ubi quod quaſi ſacrilegii reus eſt, qui Magiſtratui honorem non exhibet, num.* 13. XXXIX.
Imo quia populis præſunt, Principes dicantur. *l. ſpadonum* 15. XL.
§ 9. ibi, ſi Civitatis Princeps, id eſt Magiſtratus, ff. de excuſat. tutor. Scanarola de Viſitat. carcerat. lib. 2. *§* 35. *num.* 23. Et XLI.
hanc forte ob cauſam, quia ſcilicet navium uſus peculiaris eſt pro convehendis mercibus ab extraneis provinciis, vetitum fuit Præſidibus navem ædificare, vel ædificatam emere, *l. aufertur* 46. *§ quod à Præſide, ff. de jur. fiſc. Aviles Prætor cap.* 2.
§ hæres dad. num. p. ſicut olim Senatoribus Romanis navem XLII.
magnam retinere prohibitum fuiſſe, quia *quæſtus omnis patribus indecorus viſus eſt,* memorant Livius *hiſtor. lib.* 21. & Cicero *Verrina.* 5. *cap.* 44. *&* 45. Et prædicta videntur confirmari ex Sanctione Imperatorum Honorii & Theodoſii, qui *in l. nobiliores* 3. *C. de commer.* prohibuerunt *Nobiliores natalibus, & honorum luce conſpicuos & patrimonio ditiores, perniciosum Vrbibus mercimonium exercere, ut inter plebeios & negotiatores facilius ſit emendi vendendique commercium.* Nec quidquam obſtat prædictis ea utilitas, quam civitati accedere ex mercibus, quæ in provinciam inveherentur aſſerebamus ſuperius *num.* 37. Quia illa procurari poteſt etiam cum majori publicorum vectigalium utilitate ab ipſis provincialibus, quinimo ab ipſo Præſide, ſi merces ipſas civitatis nomine curet comparari; ille ſcilicet, quamvis nequeat contrahere nomine proprio, poteſt tamen pro Republica & ad ejus utilitatem contractus celebrare, *arg. l. Cajus* 11. *ff. de uſur. Bobadilla Polit. lib.* 2. *d. cap.* 12. *num.* 44. Et jure quidem ſingula hæc à legumlatoribus ſancita fuerunt, & à Iuriſprudentibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

definita: ut enim acute Cicero *Verrina Sexta cap.* 10. monebat, *putabant ereptionem eſſe non emptionem, cum venditori ſuo arbitratu vendere non liceret: in provinciis intelligebant, ſi is qui eſſet cum imperio & poteſtate, quod apud quemcumque eſſet emere vellet, idque ei liceret, fore uti quod quiſque vellet, ſive*
XLIII. *eſſet venale, ſive non eſſet, quanti vellet, auferret*: Nec ſolum mercimonia exercere, ſed multo magis munera recipere in hoc textu Præſides prohiberi, obſervant Bobadilla *Polit. lib.* 2. *cap.* 11. *in addit. ad num.* 17. *in princ.* Aviles *Prætor. cap. p. V. Daduias, num.* 4. & Petrus Gregorius *ſyntagm. jur. par.* 3. *lib.* 36. *cap.* 28. *num.* 4. qui fuſe, *ibid. num. ſeqq.* materiam hanc petractantes, ſingulos caſus diligenter enumerant, quibus Doctores ſenſerunt Præſidibus quidquam accipere quocunque prætextu omnino vetari: quod idem præſtant ſcribentes communiter *ad tit. ff. & C. ad l. Iul. repetund.* & Avendano *de exequend. mand. par. p. cap.* 12. *num.* 4. *& ſeqq.* Farinacius *prax. Crim. quæſt.* 111. *art.* 10. 11. 12. *&* 13. Decianus, *tract. Crim. lib.* 8. *à cap.* 34. *ad* 40. Cohellius *ad Bul. bon. regim.* § 14. *cap.* 36. Paris de Puteo *de Syndic.* § *corruptio, & duobus ſeqq.* Xammar *de offic. Iudic. & Advoc. p. p. quæſt.* 20. &
XLIV. innumeris congeſtis Hiſtoricorum ac Philoſophorum teſtimoniis Larea *alleg. fiſcal.* 47. Nihil certe in jure noſtro hac prohibitione antiquius eſt, quando vel ipſæ duodecim tabularum leges apud Gellium *noct. Attic. lib.* 20. *cap. p.* puniverunt *judicem arbitrumve jure datum, qui ob rem dicendam pecuniam accepiſſe convictus eſt*, & jure quidem, quia *caput eſt in omni procuratione negotii, & muneris publici, ut avaritiæ pellatur etiam minima ſuſpicio*, ut monuit Cicero *de off.* 2. *cap.* 75. Siluerunt autem judicia per aliquot ſecula in coercendis hujuſce legis transgreſſoribus, donec nova rogatione de repetundis pecuniis contra legem in provinciis acceptis hoc morbo jam laborare incipienti Reipublicæ conſuluit L. Piſo, quam inde in-
XLV. valeſcente indies peccantium copia plures leges ac plurima Sena-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Senatus Conſulta ſequuta ſunt, quæ poſt Decianum *d. lib.* 8. *cap.* 34. *num.* 2. *& ſeqq.* recenſet Bobadilla, *d. cap.* 11. *num.* 5. ajebat enim *d. cap.*75. Cicero, *Nondum centum & decem anni ſunt, cum de pecuniis repetundis à L. Piſone lata eſt lex, nulla antea cum fuiſſet. At vero poſtea tot leges, & proximæ quæque duriores, tot rei, tot damnati:* Antea ſcilicet non pœnis deter- XLVI.
rebatur Romana virtus, ſed præmiis & honoribus excitabatur: *continentiæ ſcilicet*, ut ait, *memorabil. lib.*2. *num.* 8. Valerius Maximus, *tantum tribuebatur, ut multorum æs alienum, quia provincias ſincere adminiſtraverant, à Senatu perſolutum ſit: Nam quorum opera publicam auctoritatem ſplendorem ſuum procul obtinuiſſe viderant, eorum dignitatem domi collabi indignum, ſibique deforme eſſe arbitrabantur.* Cum tamen adhuc Romani cives ſociorum fortunas diriperent, peſſimo ſane exemplo, dum *habere quæſtui rempublicam non modo turpe eſt, ſed ſceleratum etiam & nefarium*, teſte Cicerone *de off. lib.*2. *cap.*77. & naturæ juribus repugnat, rebus ſuis homines à Præſidibus ſpoliari, qui duce natura congregati, ſpe cuſtodiæ rerum ſuarum, urbium præſidia quæſiverunt. *Ariſt. polit. lib.* 1. XLVII.
cap. 2. Sequuta eſt lex Iulia, quæ à repetendis pecuniis ablatis, addita etiam certa mulcta, nomen ſibi vendicavit *repetundarum:* quod imponi ſolet etiam cuilibet repetitioni civili: *Cujac. ad tit. C. ad leg. Iul. repet.* Pertinebat hæc lex ad eas pecunias, quas quis in Magiſtratu, poteſtate, ratione, Legatione, vel quo alio officio, munere, miniſteriove publico cepit, vel cum cohorte, cujus eorum eſt: *l.* 1. *& l. in comites.* 5. *ff. ad leg. Iul. repet.* quas tamen ab uxore, ſobrinis, propioreve gradu cognatis licebat accipere: *d. l.* 1. § 1. & quidem in infinitum: *l. lex Iulia.* 7. § 1. *ff. eod.* legis hujus pœna etiam in hæredes transmiſſa; *l. fin. ff. ad leg. Iul. pecul.* intra annum tamen à morte ejus qui arguebatur dumtaxat exigenda: *l. datur.* 2. *ff. ad leg. Iul. repet.* Et hac lege tenebantur, qui, cum aliquam poteſtatem haberent, pecuniam ob judican-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

dum, decernendumve accepiſſent *l. lege Iulia* 3. *ff. eod.* vel quo magis, aut minus quid ex officio ſuo facerent *l. vel quo.* 4. *ff. eod.* vel ob denunciandum, vel non denunciandum teſtimonium, militem legendum, mittendumve, ob ſententiam in Senatu, conſiliove publico dicendam, ob accuſandum, vel non accuſandum, *l. eadem lege.* 6. *in princ. &* § 2. *ff. eod.* ob Iudicem arbitrumve dandum, mutandum, jubendumve, vel ob non dandum, non mutandum, non jubendum, ut judicet, vel hominem in vincula publica conjiciendum, vinciendum, vincirive jubendum, exui vinculis dimittendum, vel litem æſtimandam, judiciumve capitis pecuniæve faciendum, vel non faciendum, *l. lex Iulia.* 7. *ff. eod.* Tenebantur pariter qui in acceptum ferrent opus publicum faciendum, frumentum publice dandum, præbendum, *adprehendendum*, (non vero ut legit Budæus, *appendendum*, ſed potius ut Cujacius, *approbandum*, *lib.* 11. *cap.* 22. *obſer.*) ſarta tecta tuenda antequam perfecta, probata, præſtita lege erunt. *d. l. lex Iulia.* 7. § *illud quoque ff. ad leg. Iul.*
XLVIII. *repetund.* frequentiſſime poſt hanc legem editam exercita fuiſſe Romæ repetundarum judicia, ea demonſtrant exempla, quæ paſſim apud Tacitum occurrunt, maxime vero Principatu Domitiani; ut ideo Magiſtratus urbicos, & provinciarum Præſides neque modeſtiores unquam, neque juſtiores extitiſſe, auctor ſit Suetonius, *in ejus vita cap.* 9. Et ea quidem religione id videtur obſervatum, quod inter reos
XLIX. collocari debere Iulium Baſſum cenſuerit Plinius *epiſt.* 9. *lib.* 4. ſi conſtaſſet *ipſum ſola munuſcula dumtaxat natali ſuo, aut Saturnalibus accepiſſe.* Hanc inde Legem, quæ juxta de-
L. licti modum durius, vel mitius puniebat, *d. l.* 7. § *fin.* & cui congruebat Plebiſcitum, cujus meminit poſt Modeſtinum *in l. plebiſcito.* 18. *ff. de off. Præſid.* Cujacius, *obſerv. lib.* 6. *cap.* 18. per quod cautum fuit, ne quis Præſidum munera vel dona caperet, niſi eſculenta poculentave, quæ intra dies proxi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

proximos prodigantur, & quæ toto vertente anno ſummam aureorum centum non excederent: *d. l. eadem lege. § fin. ff. ad leg. Iul. repet.* videntur innovaſſe Gratianus, Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius, qui id totum, quod à provincialibus Præſes ſuſtuliſſet, imo ejus domeſticus, manipularius, & miniſter, in quadruplum voluerunt exſolvi: *l. 1. & l. fin. C. ad leg. Iul. repet.* & eadem Lege Iulia plenius confirmata *in l. 2. 3. 4. & 5. C. eodem.* ſanciverunt ad regendas provincias quempiam non ambitione, vel pretio, ſed probatæ vitæ teſtimonio promoveri, & antea jurari ſe *pro adminiſtrationibus ſortiendis neque dediſſe quidpiam, neque daturos unquam poſtmodum fore; ſive per ſe, ſive per interpoſitam perſonam, in fraudem Legis, ſacramentive; aut venditionis, donationisve titulo, aut alio velamento cujuſcumque contractus, & ob hoc, exceptis ſolis ſalariis, nihil penitus tam in adminiſtratione poſitos, quam poſt depoſitum officium pro aliquo præſtito beneficio tempore adminiſtrationis, quam gratuito meruerunt, accepturos.* & indulſerunt unicuique facultatem accuſandi, velut crimen publicum *l. fin. C. eod.* LI. LII.

In Mandatis inde, quæ Principis juſſu Magiſtratui in provincias proficiſcenti tradi conſueverunt, præſcribebatur, *ne donum, vel munus ipſe Proconſul, vel qui in alio officio erat, accipiat*; quæ verba, monuit Vlpianus, *in l. ſolet. 6. § fin. ff. de off. Proconſ. & Leg.* non pertinere *ad Xeniola, ſed ad ea, quæ eduliorum excedant uſum; ſed nec Xenia producenda ad munerum qualitatem.* Et ne, quid nomine Xeniorum, quæ ſunt munuſcula illa, quæ advenienti hoſpiti in gratiam, & teſtificationem læti adventus dantur, *Faber. ibid. in rational.* intelligeretur, quiſpiam dubitet; Idem Vlpianus juxta Severi, & Antonini ſententiam, *ibid. § non vero.* ita diſſeruit. *non vero in totum Xeniis abſtinere debebit Proconſul, ſed modum adjicere; neque moroſe in totum abſtineat, neque avare modum Xeniorum excedat; quam rem Divus Severus, & Imp. Antoninus elegantiſſime* LIII. LIV. LV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

tiſſime epiſtola ſunt moderati, *cujus epiſtolæ verba hæc ſunt. quantum ad Xenia pertinet*, *audi quid ſentimus: vetus proverbium eſt*, οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων: *id eſt*, *neque omnia, neque quovis tempore, neque ab omnibus; nam valde inhumanum eſt à nemine accipere*, *ſed paſſim viliſſimum eſt*, *& omnia avariſſimum.* quod idem repetit Scholiaſtes Græcus *Baſilic. lib. 6. tit. 3.* Verum quia, ut *in Verrem lib. 2. num. 139.* dicebat Cicero, *qui legem metuerit*, *qua non tenebatur*, *quoniam creatus lege non erat*: *aut animadverſionem, cum id, quod emerat, vendidiſſet?* in deſuetudinem abierunt hæ leges, quia cœperunt Imperatores velle aliquod emolumentum ex proventu Iudicum capere, & hos ſequuti ſunt Præfecti Prætorio, unde omnia mala originem duxerunt, ut dicitur *in Novel. ut*
LVI. *Iud. ſine quoquo ſuffr. in præf.* Hinc igitur ſtatuit Iuſtinianus *ibidem* § 1. electos Præſides non amplius *dare aliquod ſuffragium, neque pro adminiſtratione quamlibet donationem, ſed gratis quidem ſumere adminiſtrationes*, *pauca vero præbere occaſione eorum*, *quæ pro cingulis dantur & chartis.* & inde quacumque ratione quidpiam à Provincialibus accipi prohibuit *ibid.* §§ *ſeqq.* quod fuſius proſequitur in his, quæ modo exponimus, Mandatis.

LVII. Legis Iuliæ præcepta juri Canonico invexit inde Gratianus, qui à ſe confectæ Decretorum collectioni ad verbum inſeruit, *in can. ſancimus 26. 1. q. 7.* eam Theodoſii, & Valentiniani ſanctionem, quam nobis exhibet Codex Iuſtinianæus *in l. fin. C. ad leg. Iul. repetund.* Non tamen inde lex hæc inter canones adnumeranda, cum Gratiani collectioni num-
LVIII. quam acceſſerit Apoſtolica confirmatio, ut præter plurimos errores, quibus illa ſcatet, adnotatos per Antonium Auguſti-
LIX. num *in dialog. de emend. Grat.* & nuper conſideratos per Cæſarem Raſponum in ſuo elegantiſſimo & erudito Commentario de Baſilica Lateranenſi *lib. 2. cap. 11.* ſatis oſtendit Florens *ad lib. 1. Decretal. in præfat.* § *nunc de Gratiani.* Suarez *de*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

de legib. lib. 4. *cap.* 11. *num.* 15. Malvetius *de Canonizat. ſanct. dub.* 1. *num.* 24. Guttierez *Canonic. quæſt. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 32. Menochius *de adipiſc. Remed.* 4. *num.* 842. & 843. & Rota *deciſ.* 480. *num.* 18. *coram Penia.* Niſi forte ad illam genericam approbationem placeat confugere, per quam ad LX.
inſtar Iuſtiniani, qui *vicem legum obtinere ſanctas Eccleſiaſticas regulas* voluit, § 1. *Novel. de Eccleſ. tit.* & *§ ſi vero, Novel. ut cler. apud propr. Epiſ.* & leges Imperiales, in his tamen in qui- LXI.
bus Canonicum jus aliter non diſponit, in foro Eccleſiaſtico obſervandas eſſe ſuaſerunt Summi Pontifices, *in cap.* 1. *de Iuram. calumn. cap.* 1. *de op. nov. nunciat. cap. ut inquiſitionis* 18. *de hæret. in* 6. quam tamen approbationem Pontificiam nec leges poſtea latas, nec peculiaria civitatum ſtatuta complecti, poſt Hoſtienſem *in cap. fin. num.* 11. *de ſolut.* Rebuffum, Surdum, & Vaſquium, ſenſit Rota *in Bononien. ſucceſſionis de Lanis.* 9. *Decembris.* 1654. *§ his, & aliis in fine. Coram Bichio.* Non deſunt tamen plurima Patrum placita, & Summorum LXII.
Pontificum Decreta, quæ cum Imperialibus ſanctionibus, imo arctiori, ut par eſt, diſciplina conveniant: Iuſtum quippe Virum manus ſuas non à munere ſimpliciter, ſed ab *omni munere*, & eum *qui recte judicat, & præmium inde remunerationis expectat*, fraudem in Deum perpetrare, & acceptionem nummorum prævaricationem veritatis eſſe, monuit Gregorius *can. ſunt nonnulli.* 114. 1. *q.* 1. & *can. qui recte* 66. 11. *q.* 3. nec licere Iudici juſtum judicium vendere dixit Auguſtinus *can. non licet.* 71. *ead. q.* 3. & gloſſa *ibid.* ea tantum permittit Xenia, quæ judicantis animum non immutent, *V. juſtum. verſ. modica tamen.*

Reſcripſit Prælatis & Clericis Lombardiæ Innocen- LXIII.
tius III. ne more ſæcularium judicia tractarent, ſed ab *exactionibus de cætero abſtinentes, vigorem judiciarium gratis litigantibus impertiri* ſtuderent: nec etiam *adſeſſorum nomine* quidquam exigerent, ut in ejus Decretali epiſtola *relata in*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

cap. cum ab omni. 10. *de vit. honeſt. cler.* quam integram edidit Antonius Auguſtinus *in Collect.* 3. *lib.* 3. *ſub eodem tit. cap.p.*
LXIV. Iuſſit inde Bonifacius VIII coram Iudicibus Delegatis *gratis, & cum animi puritate judicium procedere: nullum munus, vel quidquid aliud (niſi forſan eſculentum vel poculentum mera liberalitate oblatum, quod paucis conſumi poſſit diebus: vel niſi cum ipſum propter cauſam ſibi commiſſam contingerit extra ſuum domicilium proficiſci moderatas expenſas) recipere:* & in ipſis *expenſis, modum nequaquam* excedere: Et *ubi cauſæ ſibi commiſſæ utilitas, vel neceſſitas non exegerit, occaſionem propter habendas expenſas, proficiſcendi extra domicilium, non* aſſumere: Et *ubi notabiliter fuerint pauperes litigantes, etiam pro expenſis nil prorſus ab eiſdem* exigere *cap. ſtatuimus* 11. § *inſuper de reſcr. in 6.* Et ſi forte quidpiam contra hujuſmodi prohibitionem receperint, id totum prorſus voluit *ibid. in* §. ſi quid autem Iudicem Delegatum reſtituere; *nulla eorum, quibus reſtitutio*
LXV. *facienda fuerit, remiſſione, ullatenus profutura.* Quæ Sanctio, licet munera recipere Iudicibus Delegatis prohibeat, ordinarios etiam, imo multo fortius complectetur, quibus certa ſalaria ſunt aſſignata, ex quorum defectu Delegatis indulgetur tenuia munera recipere: Iudices enim certum habentes ſtipendium ex reſcripto Iuſtiniani § *ſcriptum eſt, in fin. Novel. Vt Iud. ſine quoquo ſuffrag.* nihil præſumant à ſubjectis accipere, niſi ſecundum quod adminiſtrat Reſpublica, & ſi ſibi *non eſt aliquod publicum ſolatium, quantum inculpabilis antiquitas definivit, ut à ſpontaneis ipſis magis quam ab invitis accipiant, & hoc parum, & quantum eis ad mediocrem ſufficit vitæ gubernationem:* hoc idem aſſeruit Bobadilla *politic. lib.* 2.
LXVI. *cap.* 11. *n.* 72. qui addit, Iudicem ordinarium munera inique accipere eo prætextu, quod tenue nimis ſit ſtipendium ſibi ſtatutum, imputet enim ſibi ſi officium illud acceptavit, cujus tenuitatem certe prænovit, vel ſaltem prænoſcere debuit: & poſt Angelum, Paridem de Puteo, Rondinellum, Menochium,

chium, Maſcardum, & alios, Farinacius *prax. Crim. quæſt.* 111. *num.* 241. & Avendano *de exequend. Mand. cap.* 2. *num.* 5. Verum quia Bonifacii hæc Decretalis judices tantum ipſos reſpiciebat, nec pœnis à ſordibus deterrebat, aliam ſucceſſive LXVII. idem Pontifex evulgavit Conſtitutionem, quam inter extravagantes communes *ſub tit. de ſentent. excommunicat. cap. p.* collocatam Commentariis illuſtravit Ioannes Monacus, & in illa vinculo excommunicationis, à qua ſolus Pontifex Romanus abſolveret, Clericos Religioſos & Laicos innodavit, qui *aliquod pactum fuerint, ſeu aliquod parvum vel magnum promiſerint, vel promiſſionem receperint, aut ex pacto ſive promiſſione occulta vel manifeſta facta, vel generalibus, & plenarie non expreſſis, ſive ſpecialibus & expreſſis verbis quidquam dederint, aut receperint, magnum, vel parvum, vel promiſſionem de quacunque re, aut utilitate propter hoc conſequenda fecerint, vel receperint pro aliqua juſtitia ſive gratia pro ſe aut pro alio in cauſis vel judiciis quibuſcunque modis apud ſedem Apoſtolicam obtinenda*: Et eidem pœnæ ſubjecit *promittentes, & acceptantes, dantes, & recipientes, illos quoque qui aliquem ſciverint culpabilem in prædictis*, & ſummo Pontifici *intra trium dierum ſpatium non retulerint, vel alicui per quem ad* illum *verbum fideliter perferatur: Declaravitque juſtitiam ſive gratiam ſic obtentam nullius prorſus eſſe momenti, omnique carere effectu & robore firmitatis, & ſcienter utentes ipſis ſimili ſententia excommunicationis adſtringi.*

Conſtitutionem hanc à Bonifacio editam, ſeu potius, cum quidam ejus ſcriptor in eam diceretur incidiſſe, innovatam, ut refert Ioannes Monacus *d. cap. p. in princ.* Clemens V. revocavit, prout Paludani, Angeli, Silveſtri, & Cajetani teſtimonio refert Navarrus *de dat. & promis. num. p. verſ.* 2. *quia*: ſed inde animadvertens Paulus II. illum vere LXVIII. prædicari beatum, *qui poſt aurum non abiit nec argentum, & qui excutit manus ſuas ab omni munere*: idque *omnes facere*

convenire, *tum maxime ſervare* oportere *Apoſtolicos Legatos & Gubernatores Provinciarum, Civitatum atque Terrarum Rom. Eccleſiæ ſubditarum, quos decet cæteris ſecularibus Magiſtratibus juſtitiæ & integritatis exempla præbere*, prohibuit *ne quiſquam deinceps Rectorum, aut quorumcunque officialium Romanæ Eccleſiæ, vel etiam Legatorum de Latere à provinciis & terris quibus præſunt, nec à ſingularibus ſuæ Legationi, vel regimini ſuppoſitis aliquod genus muneris, nec aurum, nec argentum, aut veſtem, aut equum, vel aliquod cujuslibet ſpeciei munus accipere, præter eſculenta & poculenta, quæ brevi tempore conſumi poſſunt, & breve hoc tempus ad biduum* coarctavit, indicta *excommunicationis* pœna *ipſo facto* incurrendæ tam dantibus, quam accipientibus, quos *omne id quod acceperint & aliud tantumdem reddere* voluit: *Conſtit.* 3. *§ p.* Hancque Conſtitutionem, quam ipſe *ibid.* *§* 7. juſſit *in inſignioribus Romanæ Eccleſiæ Civitatibus* ſemper *in adventu novi Legati*
LXIX. *ſeu Gubernatoris ſolemniter publicari*, approbavit Sixtus IV. *in Conſtit.* 15. § 3.

Inde Pius V. *in Conſtitut.* 140. ſingulis legibus & decretis, *tam à jure civili quam à ſacris canonibus factis*, inhærendo, per quæ *Iudices alioſque juſtitiæ adminiſtratores ſine quoquo ſuffragio fieri* ſtatuitur, *conficationis bonorum, degradationis, & amiſſionis tam privilegii doctoratus, quam quorumcunque officiorum, & ultimi ſupplicii* pœnam impoſuit iis, qui *mediante pecunia, vel ſolutione, & traditione, & promiſſione aliarum rerum, etiam per interpoſitas perſonas, dignitates & officia, exercitium, & juriſdictionis adminiſtrationem habentia, procurarent vel obtinerent. Et hac eadem pœna omnes & quoſcunque cujuſvis dignitatis, gradus, conditionis, ac præeminentiæ exiſtant, qui pro hujuſmodi officiis, Iuriſdictionis adminiſtrationem habentibus, conferendis, pecunias vel alias res receperint*, & *mediatores & interpoſitas perſonas* voluit puniri, *in Addit. ad eandem Conſtitut. facta, & poſt illam immediate appoſita in Bullario.*

Suc-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Succeſſive Gregorius XIII Bonifacii Conſtitutionem laudatam, *numero 67.* innovavit *cum ſuis cenſuris & pœnis omnibus: eaſdemque* extendit *ad audentes qualecunque* prædictorum *facinorum, danteſque illis auxilium, conſilium, vel favorem. Quin etiam eos omnes omni beneficio, & officio Eccleſiaſtico & ſeculari, ſive temporali, ipſo jure* privavit: & præterea voluit, *infamiæ ſubjectos perpetuo ac inhabiles ad illa & alia eſſe à quibus etiam, prout quæque res erit, tales pœnæ exigantur, quæ cæteris ſint exemplo*; impunitate conceſſa illis, *qui rem adhuc incognitam compliceſque fautores, & ſocios retexerint:* ut plenius ejuſdem Pontificis continet Conſtitutio 24. quam plenis commentariis eodem vivente illuſtravit Martinus de Azpilcueta Navarus, & plurimis declarationibus exornarunt Boccacius *de pactis:* & Farinacius *quæſt. Criminal. III. art. 13.* & Io. Maria Novarius *in ſumma Bullarum par. p. tit. de dat. & promiſſ. pro juſtitia num. p. & ſeqq. & par. 2. tit. de dato & promiſ. pro juſtitia vel gratia. num. p. & ſeqq.* Hanc Gregorii Conſtitut. ſubinde innovavit Paulus V. *Conſtitut. 71. cap. communia judicum. § fin.* & cum variæ prodiiſſent interpretationes, quæ prædictarum Conſtitutionum *rigorem non ſinè earum utilitatis diminutione, & boni publici detrimento nimium relaxant,* non ſecus ac olim factum eſſe animadvertit Iuſtinianus, cum per interpretantium ſententias totum penè jus conturbatum eſt, *l. p. C. de vet. jur. enucl.* Sanctiſſimus Pontifex Alexander VII. inter cætera præclara, quibus ſui ſeculi mores emendare pergit, prædictas Bonifacii & Gregorii Conſtitut. *ſublata tamen revelandi obligatione* innovavit, & in illis comprehendi declaravit *caſus in quibus aliquid promittitur, datur, & accipitur, vel deponitur pro juſtitia vel gratia, ſive in ſpiritualibus, ſive in temporalibus, & mixtis apud Sedem Apoſtolicam, & non ſolum ab ipſo Romano Pontifice, verum etiam à quibuſcunque ejus miniſtris, judicibus, & officialibus, etiam S. R. E. Cardinalibus, & alia qualibet Eccleſiaſtica, vel mun-*

LXX. LXXI. LXXII.

mundana dignitate, & auctoritate prædítis & fungentibus, aut ab ipſis gratia vel favore pollentibus, etiam eidem Summo Pontifici conſanguinitatis ſeu affinitatis gradu quocunque conjunctis, ſeu attinentibus, etiam Laicis, obtinenda in Alma Vrbe, aut in alio quocunque loco in quo Curiam eſſe contigerit : Prædictaſque Conſtitutiones Apoſtolicas declaravit *non tantum in actionibus jure naturali & divino prohibitis, quia malæ ſunt, ſed etiam in aliis, quæ ideo malæ ſunt, quia jurè humano* & Pontificio interdicuntur, locum habere; ſimulque compræhendere *mediatores, ſive immediatos, ſive mediatos, quotquot, & quicunque ſint, & quavis dignitate & præeminentia, auctoritate, favore, conſanguinitate, atque affinitate, ut præmiſſum eſt, polleant & præfulgeant : Ac etiam promiſſiones ſeu verba pro miſſoria, dationes, & receptiones factas ob bonum finem,* & *in caſibus in quibus ceſſet ſuſpicio mali :* Nec non illos *qui pro aliorum juſtitia, vel gratia quomodolibet impedienda vel differenda aliquid dant & recipiunt, vel deponunt, promittunt, ſeu pollicentur, unde aliis damnum, vexatio, vel moleſtia quomodocunque inferri vel reſultare poſſet, & mediatores quoſcunque immediatos ſive mediatos :* Decrevit inſuper ab iiſdem Conſtitutionibus prohiberi *quæcunque verba ſeu ſigna etiam æquivoca quovis modo apta inducere quamcumque obligationem juſtitiæ aut fidelitatis in principali ſeu mediatore, etiam ſub titulo remunerationis vel gratitudinis*; Nec licere *quicquam promittere, dare, vel accipere quibuscunque Iudicibus, Miniſtris, Officialibus, & aliis auctoritatem aut poteſtatem habentibus, nec quibuscunq; mediatoribus, pro defenſione juris quæſiti, ſive aſſecuratione quærendi, etiam ad redimendam injuſtam vexationem :* Interdictas eſſe *dationes, promiſſiones, & acceptiones pro Guberniis vel aliis quibuscunque officiis & muneribus etiam minoribus obtinendis, ſive pro unica vice ſive in ſingulos annos aut menſes, vel aliter* quomodocunque. *Neque judicibus, miniſtris, ac officialibus pro gratia vel juſtitia obtinenda, etiam in his quæ*

depen-

dependent ab eorum arbitrio, & ad quæ obligatione juſtitiæ non tenentur, quicquam dare, aut promittere, nec ipſis accipere licere: neque permiſſum eſſe Officialibus, vel miniſtris Sedis Apoſtolicæ in proviſionibus, ſeu earum occaſione, quorumcumque officiorum etiam juriſdictionem, vel ejus exercitium annexum non habentium, imponere penſionem ullam, reſponſionem, præſtationem, vel onus ſeu partem aliquam commodi vel emolumenti, ad ſui vel alterius cujuſcunque favorem reſervare, abſque expreſſa & ſpeciali in ſingulis caſibus Romani Pontificis pro tempore exiſtentis licentia in ſcriptis in ſingulis caſibus ab utraque parte obtinenda. Declaravit inſuper, *exigentes à partibus vel aliis intereſſe habentibus, ſeu agentibus, ac mediatoribus quibuſcunque pollicitationes, promiſſiones, pacta, vel recipientes aliquid, ſub aſſertione quod Iudicum, miniſtrorum, officialium, aut magnatum, ſeu aliorum quorumcunque operam, auctoritatem, vel officia pretio, vel muneribus, aut promiſſionibus comparaverint, ſeu quæſiverint; nec non pollicitantes, promittentes, offerentes, ac tradere tentantes, licet pollicitatio, promiſſio, & oblatio non fuerint acceptatæ, neque traditio ſequuta, nullumque habuerint effectum, ac etiam illos, qui ex eo quod gratias, & favores ipſis ob familiaritatem, obſequia, ac ſervitia propriis Dominis, vel aliis præſtita debitos, ſeu ab ipſis ſperatos, in aliorum cum propria ejuſmodi juris vel ſpei jactura, commodum, & beneficium transferunt & impendunt pro gratia, ſeu juſtitia pro eis obtinenda aliquid recipiunt, ſub memoratis conſtitutionibus contineri, illarumque pœnis, & cenſuris ſubjectos eſſe.* Et *pro actuali labore circa expeditionem impetratorum non licere Officialibus, Curialibus, & aliis quibuſcunque recipere, nec illis polliceri, promittere, vel cum eis paciſci, niſi mercedem labori convenientem.* Neque *judicibus, officialibus, & miniſtris quibuſcunque, quibus incumbit expeditio gratiæ, vel juſtitiæ, minime permitti quidquam recipere, neque illis polliceri, promittere, vel cum eis paciſci ultra taxas præſcriptas, etiam ratione celerioris,*

aut

aut facilioris expeditionis : quin illicitum eſſe quidquam magnum, vel parvum Iudicibus ac Miniſtris quibuslibet offerre, promittere, paciſci, ſeu polliceri, dare, vel ipſis recipere, mediate, vel immediate, etiam quod eorum animum movere non poſſit pro gratia, vel juſtitia obtinenda: præfatasque Conſtitutiones ac cenſuras, & pœnas in eis contentas ad omnes & ſingulos caſus ſupra expreſſos extendi, & omnino eos comprehendere, *qui in aliis locis Status Eccleſiaſtici, & cujuſvis alterius partis mundi exiſtentes pollicentur, promittunt, paciſcuntur, mittunt, vel dari faciunt per litteras, vel mediatores, vel aliter quomodocumque, & qui ab eis recipiunt contra dictarum Conſtitutionum diſpoſitionem quidquam magnum, vel parvum pro juſtitia, vel gratia apud Sedem Apoſtolicam obtinenda.* & complecti, *quoad cenſuras* tamen, quoslibet *in quacumque quamtumvis ſublimi & ſpeciali nota digna conſtitutos dignitate*: Et harum *Conſtitutionum diſpoſitionem, cenſuras, & pœnas non cenſeri abolitas vel ſublatas ob ſcientiam, patientiam, ſeu tolerantiam Romani Pontificis, per quemcumque etiam longiſſimi temporis curſum, niſi ſpeciali licentia, vel indulto in unoquoque caſu à ſingulis partibus inſcriptis particulariter obtinendo fuerint expreſſe remiſſæ*, ut fuſius in ejus Conſtitutione, *edita die 2. Maii anno 1656.* in qua ad inſtar Imperialis epiſtolæ Severi & Antonini, de qua ſuperius hic num. 55. decrevit,

LXXIII. *Xenia ſolita, eſculenta, & poculenta, quæ Iudicibus, Miniſtris, & Officialibus Romanæ Curiæ exhiberi conſueverunt, minime prohibita fuiſſe, nec prohiberi.*

LXXIV. Reſpiciunt quidem Conſtitutiones hæ, ſi earum diſpoſitionem ſpectemus, Gratiam vel Iuſtitiam tantummodo apud

LXXV. Sedem Apoſtolicam obtinendam: Verum Clemens VIII *in ejus Conſtit.* 10. prædictas Bonifacii & Gregorii conſtitutiones extendit etiam ad promiſſa, data, & accepta pro obtinenda gratia in quocumque tribunali aut judicio etiam ſæculari, in quacumque provincia, civitate, aut loco Status Eccle-

Eccleſiaſtici *in* § 22. quod tamen non eſt indiſtincte accipiendum, ut videtur ſentire Farinacius *in prax. crim. q.* 111. *n.* 343. ſed tantum *quoad bona communitatum*, ut declaravit in mox laudata Conſtitutione Sanctiſſimus Pontifex Alexander VII. *in § præterea eaſdem.* Et quamvis extraditionem Pontificiam, imo extra Curiam Romanam, excepto caſu, in quo de bonis Communitatum ageretur, diſpoſitio præfatarum Conſtitutionum nequaquam ſe extendat; cum & in Chirographo Clementis VIII, anno 1595 edito, in quo LXXVI.
Iudicibus criminalibus munera recipientibus pœna capitis, & confiſcationis bonorum infligitur, ſoli Iudices criminales ordinarii in Vrbe degentes compræhendantur, ut monet idem Farinacius *prax. crim. q.* 111. *num.* 240. qui iis etiam eſculenta, & poculenta recipere in minima quantitate ibidem prohiberi affirmat, *d. q.* 111. *num.* 254. Non tamen LXXVII.
actus per eas Conſtitutiones vetiti cenſentur extra Curiam permiſſi: ſunt quippe ut plurimum de ſe mali, & idcirco ubique terrarum prohibiti, & in utroque foro puniendi, ut plene probat Navarus *in comment. de dat. & accept. num.* 4. 6. 16. & 45. & Farinacius *q. crim.* 111. *num.* 344. Et hinc nedum Romanorum legibus ſuperius recenſitis *num.* 44, actus illi puniuntur, verum etiam apud Gallos, Hiſpanoſque idem ſervatum, peculiaribus recenſitis legibus, monent Bobadilla *d. cap.* 11. *n.* 50. & Tholoſanus *Syntagm. jur. univ. lib.* 36. *num.* 12. qui illud idem apud Athenienſes ſtatutum obſervat: *num.* 4. quod & à Perſis præſtitum docuit Briſſonius *de Regno Perſ. lib.* 1. *§ jurabant autem.* Et præclaro ſane exem- LXXVIII.
plo teſtatur celebre illud Otani tribunal ex Siſamnis parentis, qui inique ob pecuniam judicaverat, corio confectum, cujus meminit Herodotus: *hiſt. lib.* 5. Quin imo vetiti ſunt LXXIX.
à jure communi omnes fere illi actus, quos noviſſima Sanctiſſimi Pontificis Conſtitutio complectitur; præcipue ſi le- LXXX.
gumlatorum mentem intueamur, à qua ſemper certa legis

deſumitur interpretatio. *Sperel. deciſ.* 162. *num.* 62. *Vaſquez*
LXXXI. *de ſucceſſ. lib.* 1. § 2. *num.* 9. *&* 11. *Burat. deciſ.* 188. *num.* 5.
Vetitis enim largitionibus per legem Iuliam, promiſſiones, quæ æque mortalium animos ad peccandum invitant, ſunt pariter vetitæ. *Aviles prætor. cap.* 1. *V. promiſſa. num.* 2. 8. *& ſeqq. Bobadilla d. capit.* 11. *num.* 41. *Larea alleg. fiſcal.* 47. *num.* 15. *& ſeqq.* Si enim pecuniaria ſit cauſa, Iudex duplum illius, quod ſibi promiſſum eſt, perſolvit, & dignitatem amittit; ſi vero ſit criminalis, exilio mulctatur, bonis fiſco addi-
LXXXII. ctis. § *ſiquis.* 2. *Novel. ut litig. jur.* Et quavis dignitate præfulgeat, qui contra prædictas leges peccat, legum pœnæ ſubjicitur, cum illæ ſint rationabili judicio ſubnixæ. ad tradita ſuperius *l.* 1. *num.* 41. & honeſtiori cuique ſint magis in oculis; cum vix, imo nec vix quidem, concipi poſſit, illuſtrium virorum animos peſſima hac labe occupari. *Bocac. de pact. par. p. num.* 13. *Farinac. quæſt.* 111. *num.* 307. *Decian. tract. crim. lib.* 8. *cap.* 36. *num* 22. quando, ut eleganter cecinit Iuvenalis *Satyra* 8,

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto major qui peccat habetur.

LXXXIII. Iure communi pariter vetitas cenſent prudentes Iuriſcon-
LXXXIV. ſulti pactiones & promiſſiones quaſlibet, quæ à prava intentione non emanaverint, ſed factæ tantum fuerint vel ad redimendam vexationem, & conciliandum Iudicis animum, alias averſum, ut *arg. tex. in l. devotum* 5. *C. de met. & epidem. & poſt Puteum, Menochium, Balduinum, Nevizanum, Plateam, Mattienzo, & Petrum Gregorium, Bobadilla d. cap.* 11. *num.* 33. *verſ. Aunque Menchaca. lib.* 2. Vel pro conſequenda juſtitia; ad hanc quippe Iudex à proprio munere invitatur: ut enim *p. de leg.* dicebat Cicero, *injuſtiſſimum eſt, juſtitiæ mercedem quærere*; adeoque peſſimi criminis reus eſt, qui juſtitiam, quæ, res ſacra cum ſit, æſtimationem non accipit, venalem reddit, *cap. non licet.* 71. 11. *quæſt.* 3. *l. ut puta* 2. § *fin. ff. de condict.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

condict. ob turp. cauſ. Perez ad tit. Cod. ad l. Iul. repet. num. 4.
Larea allegat. fiſcal. 47. *num.* 19. *Boccac. de pact. par.* 3. *num.* 96.
Decian. tract. Crim. lib. 8. *cap.* 35. *num.* 8. *Bobadilla d. cap.* 11.
num. 37. *Aviles Prætor cap. p. V. donacion. num.* 10. Punit LXXXV.
quoque jus commune eum, qui det, polliceatur, ſeu accipiat
quidpiam pro expedienda cauſa: *Avil. d. num.* 10. *ubi post*
Iaſ. ex hoc ſolo cauſam amitti: Bobadil. d. cap. 11. *num.* 39.
Boerius deciſ. 153. *num.* 2. Vel pro ejus expeditione differenda
Cajetan. in ſumma. V. judex. verſ. quintum eſt. Navar. de dat. &
accept. num. 19. *Boccac. de pact. par.* 3. *num.* 77. *Decian. d. cap.* 35.
num. 13. *&* 47. Vel pro Magiſtratu ac officio tribuendo, LXXXVI.
aut conſequendo, penſione aliqua unica vice, vel menſtrua,
vel annua aſſignata, ſeu promiſſa. *§ p. & § ſic igitur. Novel. ut*
Iudic. ſine quoquo ſuffr. l. fin. C. ad l. Iul. repet. Decian. tract.
Crim. l. 8. *d. cap.* 35. *num.* 2. *& cap.* 36. *num.* 27. Prohibet LXXXVII.
quinimo quælibet pactionum ac promiſſionum genera,
etiam ſi non expreſſe fiant, ſed tacite: *arg. tex. in l. Labeo* 2.
& l. jam quia 4. *ff. de pact. Farinac. quæſt.* 111. *num.* 317. *&*
ſeqq. Navar. de dat. & accept. num. 23. *ad fin.* (quarum exem-
pla congerit Farinacius *d. quæſt.* 111. *num.* 325.) Vel etiam LXXXVIII
mediate, *arg. tex. in § item lex Iulia peculatus* 9. *Inſt. de public.*
Iudic. Alex. conſ. 206. *num.* 7. *vol.* 2. *Bobadill. d. cap.* 11. *num.* 61.
per tot. licet nulla ſit ſequuta traditio, *Larea d. alleg.* 47.
num. 12. *& ſeqq. Avil. d. cap. p. V. donation. num.* 12. *Navar.*
de dat. & accept. num. 13. *Decian. d. cap.* 35. *num.* 11. Mi- LXXXIX.
nuſve per Officialem impleta promiſſio, *Bobadilla d. cap.* 11.
num. 42. Vel pactiones fuerint de minimis, *Aviles d. cap. p.*
V. Deduias. num. 12. *Farinac. d. quæſt.* 111. *num.* 251. *Avendan.*
de exequend. mand. par. p. cap. 2. *num.* 4. *V. & quod. & num.* 5.
præſertim ſi ſint in pecunia, tunc quippe puniuntur etiam ſi
forent de unico nummo, *Alex. conſ.* 206. *num.* 6. *&* 11. *De-*
cian. cap. 35. *n.* 9. *Farinac. d. quæſt.* 111. *num.* 238. Vel con- XC.
ventæ fuerint cum aſſerentibus ſe Officialium gratiam & fa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

vorem quæſituros: *Farinac. quæſt.* 111. *art.* 12. *per tot.* etiam ſi hi Iudicem non eſſent alloquuti, *Farinac. ibid. num.* 290. *Bobadill. d. cap.* 11. *num.* 65. *Aviles d. V. donacion. num.* 20.
XCI. *Decian. d. cap.* 35. *num.* 41. Niſi tum hæc pacta & promiſſiones reſpicerent ſtipendia vel taxas quæ Curialibus & Officialibus debentur, quæ permittuntur, niſi congruam laboris mercedem ſuperent & formam à Principe præſcriptam. *Farinac. d. quæſt.* 111. *n.*354. *& ſeqq. Navar. de dat. & accept. n.*40. *Decian. d. cap.* 35. *n.*46. *Bobadilla d. cap.* 11. *n.*55. *&* 63.
XCII. *Maſtril. de Magiſtr. lib. p. cap.* 21. *n.* 11. *&* 12. Vel ageretur de Xeniis eſculentis & poculentis, quæ, ubi ſint modica, boni viri arbitrio & conſueta permittuntur, *Navar. de dat. n.*35. *&* 36. *Farin. qui fuſe materiam exornat quæſt.* 111. *n.*250. 255. *ad* 261. *&* 337. *Xammar de off. jud. & adv. p. p. q.* 20. *n.* 29.
XCIII. *& ſeqq.* Vel Principis venia interceſſiſſet: *Bobadill. d.*
XCIV. *cap.* 11. *num.* 74. In cæteris vero ea eſt vetantium legum vis, quod nulla quantumvis inveterata conſuetudine poſſit elidi, *Bobadill. d. cap.* 11. *num.* 64. Quis enim in hoc crimine, à quo certum pendet Reipublicæ excidium, ut *ad tit. Cod. ad l. Iuliam repetund. num.* 5. animadvertit Perez, *Non ex jure, non ex æquitate, non ex lege, non ex eo quod oportuerit, non ex eo quod licuerit, ſed ex eo quod aliquis fecerit id quod reprehenditur recte factum eſſe defendet?* Quemadmodum Hortenſio ad conſuetudinis vim in delictis ſimilibus confugienti reſpondebat Cicero *Verrina* 3. *cap.* 205.

Quas vero nuperrime voluit Integerrimus Pontifex præcavere interpretationes, quibus Apoſtolicarum Conſtitutionum vis eluderetur, vel elideretur, in hoc textu pariter excluſurus Imperator, ut prorſus Præſides retrahat ab extorquenda à ſubditis pecunia per varias artes, iis præcipit, ut contenti
XCV. ſint ſtipendiis ſibi à fiſco miniſtratis ratione Magiſtratus, quæ certa & varia, juxta varios gradus dignitatum, quibuſlibet Magiſtratibus, imo & eorum adſeſſoribus erant delegata:

l. unica.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

l. unica. C. de annon. & capit. l. p. C. de annon. & tribut. & Nos ibi Materiam hanc plene examinabimus. Et annonarum hujuſmodi exempla occurrunt *in Novel. de Præt. Thraciæ § fin.* ubi quolibet alio excluſo lucro, eas ſolum permittit accipi Iuſtinianus *in Novel. de Com. Iſaur. in fin. & Novel. de Proconſ. Cappad. cap. 6. § fin.* Potuiſſent tamen adhuc ſubditos infeſtare rapaces Præſides propriis comitibus vel ſaltem adſeſſoribus eas injungentes rapinas, quas ſibi videbant interdictas: præſcribit ideo Imperator, quod puræ pariter ſint manus eorum, qui circa Præſides ſunt, ut latius infra *cap. 5. § 1. & 2.* dicetur, quod idem clarius, certa indicta pœna, decrevit Imperator *Auth. de Præſid. provinc. cap. p.* injungens Præſidibus, *ut neque per ſe, neque per adſeſſores ſuos, aut Cancellarios, domeſticoſve, aut quempiam eorum qui ad ipſos pertinent, quidquam à ſubditis accipiant, niſi quadruplum velint quod ab ipſis acceptum eſt rependere, ſed contenti his ſunt quæ lege ipſis deputata ſunt è publico:* hic vero Aſſeſſores ſpecifice non nominavit Imperator, nec alios Officiales, ſed uſus eſt generali formula, *eos qui circa te ſunt*, apta omnes etiam ſervos, etiam domeſticos complecti, imo & uxores ipſas: pro his enim, ſi munera recipiant, imo etiam pro matribus, Iudices tenentur. *Xammar de off. Iud. & Adv. p. p. q. 24. num. 52. Aviles Præt. cap. 1. V. Mugeres. num. 4.* Et has prohibendas eſſe, ne viros, quibus provincia obveniſſet, comitarentur aliquando licet fruſtra ſenatui perſuadere contendebat Cecinna apud Tacitum *Annal. 3. cap. 33.* inter alia referens *quoties repetundarum aliqui arguerentur, plura uxoribus objectari: his ſtatim adhæreſcere deterrimum quemque provincialium, ab his negotia ſuſcipi, tranſigi;* ut Iure cecinerit Iuvenalis *Satyra* 8.

XCVI. XCVII.

Si tibi ſancta cohors comitum, ſi nemo tribunal XCVIII.
Vendit acerſecomes, ſi nullum in conjuge crimen,
Nec per conventus, nec cuncta per oppida curvis
Vnguibus ire parat nummos raptura Celæno:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Tunc licet à Pico numeres genus, altaque ſi te
Nomina delectant, omnem Tytanida pugnam
Inter majores, ipſumque Promethea ponas,
De quocunque voles, proavum tibi ſumito libro.

Ita vetitis furtis, ſordibus, & mercatura quibus ſubdito-
XCIX. rum facultates exhauriuntur, primum onus, quod injungitur provinciæ Præſidi, eſt tributorum exactio & fiſcalium jurium (quæ plene recenſentur per Peregrinum *de jure fiſci lib. 1. cap. 1.*) conſervatio: *Edicto Iuſtiniani* 4. *cap.* 2. *§* 1.
C. Et jure quidem, nam *neque quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine tributis haberi queunt.* ut bene pro Romanis diſſerebat Petilius Cerealis apud Tacitum *hiſt. lib.* 4. & fiſcales reditus ſunt quaſi ſtipendia quædam laboris, Principi conceſſa pro tuitione Imperii, & populorum bono regimine, ut obſervavit Peregrinus *d. cap.* 1.
CI. *num.* 8. Hæc igitur tributa, (quibus, prout & vectigalibus, plurimum Romanorum abundavit Imperium, dum nec urina, *Sueton. in Veſpaſ. cap.* 23. *Dio hiſt. lib.* 66. imo nec arborum umbra ab his prorſus fuerit immunis. *Plin. hiſt. nat. lib.* 12.
CII. *cap.* 2.) Præfecti Prætoriorum in ſuis diœceſibus indicebant provinciarum Præſidibus, qui ea inde diligentiſſime exigerent: Vbi enim Imperator Præfectis Prætoriorum ſignificaviſſet, quanam pecunia ſibi opus foret anno ſequenti; hi facta ejus congrua diviſione inter populos, menſe Iulio vel Auguſto apud acta ſcribebant, quid unaquæque provincia ſive civitas tam in ſpecie, quam in auro, ſequenti anno ſolvere deberet; ſimulque indicabant ſpecierum æſtimationem, juxta cujuslibet loci menſuram, quæ ubique publice aſſervabatur. *l. modios.* 9. *C. de ſuſcept.* Et diſpoſitiones has initio cujuſque indictionis ad Præſides provinciarum transmittebant, qui eas publice in civitatibus, ſub earum juriſdictione conſtitutis, intra Septembrem, aut Octobrem proponebant: Quod ſi Præfectus, vel Præſes prædictam diſpoſitionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

tionem congruo tempore non edidiſſent, ille triginta, hic decem auri librarum pœna mulctabatur, & Magiſtratum amittebat. *§ 1. novel. de Collator. l. fin. C. de indiction. l. fin. C. de canon. largit. l. 1. C. de milit. veſte:* Sequuta vero hac indictione Præſides exigebant tributa tripertito; Kalendis ſcilicet Ianuariis, Majis, & in fine indictionis: *l. fin. C. de annon. & trib.* & quidem proprio periculo, nam ſi quid minus fuiſſet exactum, id totum de proprio ſarciebant, *cap. 10. § 2. Novel. ut Iud. ſine quoquo ſuffr. & in edict. Iuſtin. 13. cap. 8.* Et ſi provincia vel civitas aliqua annalis functionis relevationem, vel inſpectorem, aut peræquatorem petiiſſet; à Præſide ad Præfectum Prætorii referebatur petitio, à quo tamen nulla prodibant mandata, quouſque is ea ſingula, quæ ſibi liberet prius non quæſiiſſet ab eo, qui juratus prædictam relevationem petierat; indeque ad Principem retuliſſet: tunc enim juxta Principis voluntatem ſacra forma & mandata certa à Præfecto proferebantur, quæ ad unguem erant obſervanda. *l. fin. C. de annon. & tribut.* Ex his igitur cum ſcirent Præſides vigili ſtudio tributorum & fiſcalium jurium exactioni incumbendum eſſe, (quam ob cauſam eiſdem viam executivam competere ex hoc textu inferebat Guttierez, qui plures Doctores laudat, *de Gabell. q. 164. num. 4. & 5.*) Ne forte inde ſumpta occaſione ad rapinas & furta novo prætextu irruerent, monet Imperator eorum munus non eſſe redditus promovere vel tributa augere, ſed curare *ne fiſcus minuatur, & ſalvare ei undique quæ propria ſunt:* ut pari paſſu ambulet cum privatis, quos injuſtitiam pati eſt iniquum. Eſt tamen etiam iniquum, quod privati alios injuria afficiant, quod & in fiſco pariter obſervandum innuit Plinius, dum *in Panegyrico* ſic Trajanum alloqueretur: *Quæ præcipua tua gloria eſt, ſæpius vincitur fiſcus, cujus mala cauſa numquam eſt niſi ſub bono Principe: ingens hoc meritum; majus illud, quod eos procuratores habes, ut plerumque cives tui non*

CIII. CIV. CV. CVI.

alios

alios Iudices malint. quem Plinii locum laudat, & ſequitur Rota *in Sarſinaten. Feudi.* 22 *Iunii* 1645. *§ denique viſum eſt. coram Dunozet.* ideoque hinc docemur quid revera exigat juſtus Princeps à miniſtris fiſci & Præſidibus provinciarum; hic enim compellit Præſides, ut in ingreſſu Magi-
CVII. ſtratus jurent, quod ſubditos *devotos paterne* tractabunt, & *illæſos undique* cuſtodient, ut dictum eſt præcedenti capite *num.* 9. & vehementer exoptat *in cap.*10. *§* 1. *in fine. Novel. ut Iud. ſine quoquo ſuffrag.* populos in adventu Præſidum *patres ſuſcipere magis quam fures & ſollicitatores, & eorum ſubſtantiis inſidiantes.* Docemur pariter quid Princeps exigat ab his, qui fiſcalia jura, & ejus patrimonium adminiſtrant;
CVIII. expetit ſcilicet, ut hi ſedulo curent ne quidquam detrahatur ab aliis, & detineatur quod ad fiſcum ſpectet, *§* 7. *Novel. de Proconſ. Cappad.* dolet tamen, & acriter conqueritur, quando intelligit, *quanta cum inſolentia* hi aliquando *obſervent, ut ſtipatores illis inſerviant, ut non ferenda hominum multitudo*
CIX. *ipſos ſequatur, ut impudenter omnes latrocinentur. ibid. cap. ipſi.* 5. § 1. Conſcius ſcilicet fuit Iuſtinianus, quam ſit utilis futurus Principi Miniſter, qui puris manibus & pura mente illi inſerviat: ab ejus enim rapinis liberati populi ditiores fient, & facilius, ac promptius tributa Principi conferent, etiam voluntaria, ſi ita publica neceſſitas expoſcat: hæc enim unica dicitur à Iuſtiniano ſubditorum opulentia, & medela. *§* 2. *Novel. de provinc. Præſ.* ubi illum audiant, & imitentur provinciarum Præſides ſic loquentem: *Vna hæc res potentiæ noſtræ ſtudio eſt, ut provinciæ & bonis gubernentur legibus, & tuto inhabitentur, neque non ex Præſidum juſtitia fructum capiant, & tributa publica ſine querela inferantur: neque enim aliter conſervare licet Rempublicam, niſi pientiſſimæ præſtationes importentur in publicum, ex quibus & militares nutriuntur copiæ, ut reſiſtatur hoſtibus, & per agros ac urbes agantur excubiæ: perfruuntur item reliqui ordines attributis ſibi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ſibi ſalariis, reparantur quoque muri, & urbes, denique omnia
alia proveniunt quæ communem ſubditorum utilitatem concer-
nunt. Et ſimul iidem meminerint, quod ab æquis Principi-
bus ſemper punientur, quando ſubditorum ſubſtantiæ fue-
rint inſidiati; ſi enim accuſatores deſint, ſatis eos adaucta res
familiaris accuſabit. Illi enim qui divites recedunt ab offi-
cio, quod pauperes accepere, ex publicis pecuniis præſu- CX.
muntur ditati. *Bald. l. cum oportet. num.* 13. *C. de bon. quæ*
lib. Roman. conſ. 159. *num.* 5. *& conſ.* 346. *num.* 19. *Paſchal. de*
jur. pat. poteſt. part. 3. *cap.* 9. *num.* 36. Sic igitur fiſcalia Præ-
ſes adminiſtret, quod fiſco ſervet, *quæ propria ſunt:* & *ſicut*
privatos injuſtitiam paſſos adjuvat, ſic & publicum illæſum ma-
nere velit, ut inde Princeps ſibi, & populis poſſit conſulere; CXI.
quæ tamen fiſci non ſunt, fiſco non tribuat: & Iuſtinum apud
Corippum *lib.*2. ſic loquentem, audiat:

Quod fiſci eſt, nullus rapiat: cognoſcite fiſcum
Ventris habere locum, per quem omnia membra cibantur.
Venter alit corpus; fuerit ſi venter inanis
Omnia deficiunt, tenuantur robore membra,
Et contracta rigent arentibus oſſa medullis.
Omnibus ſufficiunt ſacrati commoda fiſci;
Ex quibus eſt commune bonum, commune levamen.
Tutetur fiſcus, juſtorum nemine læſo;
Quæ ſua ſunt capiat, quæ ſunt privata relinquat;
Iuſtitiam colimus, juſtos veneramur, amamus,
Hanc commendamus, hanc vos retinere jubemus.

CAPVT SECVNDVM.

Vt caveant Magiſtratus, ne quæ ſeditiones excitentur, & quieti publicæ omnium ordinum invigilent.

Deinde conveniens eſt te providere, ut nulli populi civitatum alterutris ſeditiones faciant, ſed omnem pacem eſſe Dei civitatibus, dum æquitas etiam hinc noſtris ſubjectis ſervatur, & neque lucri neque paſſionis alicujus cauſa ad aliquam partium declinatur.

Ἔπειτα προσῆκόν ἐστί σε προνοεῖν τοῦ μὴ τοὺς δήμους τῶν πόλεων ἐν ἀλλήλοις στασιάζειν, ἀλλὰ πᾶσιν εἰρήνην εἶναι ταῖς πόλεσιν, ἐκ τοῦ τὴν ἰσότητα κἀνταῦθα τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις φυλάττειν. καὶ μήτε κέρδους, μήτε πάθους τινὸς ἕνεκεν πρός τι τῶν μερῶν ἀποκλίνειν.

I. *Seditionum auctores omnium gentium legibus puniti, & qua pœna. num.* III. *& qua ratione. num.* XV. *&* XVI.
II. *Convocans homines ad ſeditiones eſt reus læſæ Majeſtatis.*
IV. *Conſtantini Conſtitutione Crucis ſupplicium ſublatum.*
V. *Salvator noſter cur Cruci à Iudæis affixus.*
VI. *Seditio eſt crimen ſacrilegio proximum.*
VII. *Pœnæ quibus puniuntur ſeditioſi remiſſive. & num.* XIII.
VIII. *Origines ſeditionum removendæ. & num.* XV.
IX. *Triumphus delatus illis qui ſeditiones pacaviſſent.*
X. *Concordia inter civitates vicinas procuranda.*
XI. *Humanitas deſideratur in præſide.*
XII. *Magiſtratuum avaritia ut plurimum origo ſeditionum.*
XIII. *Seditionum cauſæ, incommoda, & remedia, remiſſive.*
XIV. *Factiones civium comprimendæ, & ſeditioſi urbe expellendi.*
XVII. *Priuſquam puniantur ſeditioſi, quid inſpiciendum.*
XVIII. *Magiſtratus tenentur leges obſervare, licet duras. & num.* XXV. *&* XXVII.
XIX. *Æquitas non ſcripta excluditur à judiciis. limitatur. num.* XX. *&* XXI. *declaratur. num.* XXV.
XXII. *Æquum quid revera cenſeatur. & num.* XXVI.
XXIII. *Æquitas, vel naturalis ratio quando habeant vim legis.*
XXIV. *Vbi diverſæ ſunt leges, quomodo decidendæ ſint controverſiæ.*
XXVII. *In puniendis reis quid conſiderandum.*
XXVIII. *Delinquentes extra territorium puniuntur, ſi laborent infamia plurium delictorum.*
XXIX. *Æqualitas à Præſidibus ſervanda. Ampliatur num.* XXX. XXXI. XXXII. *&* XXXIII.
XXXIV. *Non ſervata ſeditiones parit.*
XXXV. *Prima pars æquitatis eſt æqualitas.*

XXXVI.

XXXVI. *Procul à lucro & paſſionibus ſint qui provincias regunt.* | XXXVII. *Leges ſunt Reipublicæ parentes.*

NVſquam ſeveriorem legum ſuarum cuſtodem, exi- I.
gendiſque ab eorum tranſgreſſoribus pœnis atque ſuppliciis magis intentum Principem populus experitur, quàm ubi ad ſeditiones turbaſque civiles prolabitur, quemadmodum omnium gentium per omnes ætates traditæ memoriæ exemplo ſunt: laudatumque hujuſmodi, & publicæ ſecuritati otioque perneceſſarium morem hodie quoque diligentiſſimè cuſtoditum videmus, & omnium legum, quarum prudentiæ nomen aliquod aut honos in terris eſt, auctoritate judicioque firmatum. Siquidem Theodorici Regis edicto *cap.* 107. auctores ſeditionum ultricibus flammis: per Longobardorum leges, *lib.* 1. *tit.p. cap.* 5. *& tit.* 18. *cap.p.* capite & bonorum amiſſione; jure Viſigotorum *lib.* 8. *tit.p. cap.* 3. flagellatione & infamia puniuntur: & anathemate per Decretum Alexii Patriarchæ Conſtantinopolitani, quod refertur à Conſtantino Porphyrogeneta
Novel. 1. ac tandem illum, cujus opera, dolo, vel conſilio II.
homines ad ſeditionem convocantur, lex Iulia Majeſtatis reum conſtituit. *l.p. §p.ff. ad l. Iul. Majeſt.* & quoſlibet quacumque ratione ſeditionibus, vel etiam tumultuoſis clamoribus incumbentes acerbis pœnis plectendos ſanciverunt Imperatores *in l. prima. C. de ſeditioſ.* & vetuſtiſſima Decreta contra
illos lata renovaverunt, *ibid. l.* 2. per quæ *auctores ſeditionis* III.
& tumultus concitato populo, pro qualitate dignitatis aut in crucem tolluntur, aut beſtiis objiciuntur, aut in inſulam deportantur, ut monuit Iulius Paulus: *recept. ſent. lib.* 5. *tit.* 22. *in princ.* quod idem legitur in Caroli & Ludovici capitularibus. *lib.* 7. *cap.* 286. & hanc eamdem ſententiam legimus à Triboniano in Pandectas tranſlatam: *in l. ſi quis.* 38. *§ actores.* 2. *ff. de pœnis.* ubi tamen non *crucem* ſed *furcam* recen-
ſuit, quia jam Conſtantini conſtitutione, cujus meminit Ba- IV.

ronius *ad an. 325. num. 205.* Crucis ſupplicium penitus fuerat ſublatum, ut poſt Cujacium *ad d. Iulii Pauli locum § fin.* notat Gotifredus. *l. capitalium. 28. § furcam. ff. de pœn.* indeque verba Pauli & aliorum de hac materia pertractantia ad eam ſententiam à Triboniano in Pandectas accommodata
V. fuiſſe monet Lipſius *de Cruce lib. 3. cap. 7.* qui ea de cauſa Chriſtum Servatorem Cruci affixum fuiſſe arbitratur, *ibid. lib. 2. cap. 14.* quod ſeditionis criminis arguebatur, quaſi gentem Iudæorum ſubverteret, ac tributa dari Cæſari prohi-
VI. beret. *apud Lucam cap. 23.* Hinc igitur Iuſtinianus, qui juxta placitum Vlpiani *in l. p. ff. ad l. Iul. Majeſt.* aſſerentis, *proximum ſacrilegio crimen eſt, quod Majeſtas dicitur.* ſeditionem ſacrilegii quamdam ſpeciem eſſe indicaverat, dum in Codice poſt titulum de crimine ſacrilegii, titulum de ſeditioſis collocavit, pluribus pœnis ſeditionum auctores, imo ſeditioſos
VII. quoſlibet puniendos eſſe cum decreviſſet (quas abunde recenſent Perez *ad tit. Codic. de ſeditioſ.* Tholoſanus *ſyntagm. jur. univerſ. lib. 35. cap. 6.* Farinacius *quæſt. 113. num. 176. & ſeqq.* Et Decianus *tract. Crimin. lib. 7. cap. 7. num. 16. & ſeqq.* qui ſeditiones, quæ Romam variis temporibus turbaverunt, enumerat. *num. 17.*) curam ejus rei Magiſtratibus per
VIII. hunc textum attribuit, qui in id potiſſimum vigilare debeant, ut turbarum origines auferant, obſtando principiis; infirma namque talium initia eſſe ſolent, ſed addito ſpatio repente valeſcere: *Perez ad tit. C. de ſeditioſ. num. ult.* & ut jam ortas ſeditiones confeſtim compeſcant; non enim minoris virtutis eſſe ab enaſcente eo malo urbes liberare, quam ipſas ex-
IX. pugnare, innuit Auguſtus, apud quem illi qui *ſeditiones urbium pacaſſent, triumphum auſi ſunt petere*, impetratumque
X. duxere, teſte Dione *hiſtor. lib. 54.* & hac de cauſa Præſidibus injungit, ut curent, ne plures illæ civitates, quæ ſibi obediunt, ſe invicem excitatis ſeditionibus offendant, quod præceptum Piſidiæ Præſidi & Arabiæ Moderatori injungebat Iuſtinianus,

§ 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

§ 4. *Novel. de Præſ. Piſid.* & § 2. *de Moderat. Arab.* & pariter Proconſuli Cappadociæ, § *p. Novel. de Proconſ. Cappad.* & Lycaoniæ Præſidi § 4. *Novel. de Prætore Lycaon:* idque facili negotio *ibid.* fieri monebat, ſi *Præſes ex omni parte æquitatem conſervans, ſummo ſtudio proſpiciat, ne nimium ſubditis indulgeat, & fræna relaxet*, ita tamen quod benignitatem & humanitatem non abdicet, ſed *harmoniam animi ſui nunc acutioribus & intentis, nunc lenioribus & remiſſis ſonis contemperet. ibid. cap. 2. §. p.* Sed quæret aliquis, cur cavendum monet Imperator, ne *populi civitatum alterutris ſeditiones faciant*, de ſeditionibus vero quæ facilius videntur oriri poſſe in quaque civitate nihil diſſerit? Præſcripſerat Iuſtinianus Præſidibus, quod à furtis, ſordibus, & mercatura abſtinerent, omnemque injuriam in exigendis tributis prohibuerat; propterea nullum arbitrabatur ſeditionis periculum amplius ſupereſſe: Vt plurimum enim hujus peſtis potiſſima penes avaritiam Magiſtratuum origo eſt. *Conrad. Brun. de ſedition. lib. 2. cap. 2. num. p.* Quia, ut dicebat *polit. 5. cap. 3. in princ.* Ariſtoteles, *ſuperbia & avaritia eorum qui gubernant homines provocant contra ſe, & contra ſtatum ejus Reipublicæ, quæ iſta fieri patitur.* Inde ſcilicet injuriæ in ſubditos, è quibus deſperatio, quæ furentes multitudinis animos ad extrema impellit: *Omnes enim populi tributa, delectus, & injuncta imperii munera impigre obeunt, ſi injuriæ abſint, has ægre tolerant, jam domiti ut pareant, nondum ut ſerviant:* ut de Britannis dicebat Tacitus *in vita Agricolæ.* Cæteras omnes ſeditionum cauſas ab Ariſtotele, ac ejus interpretibus examinatas *polit. 5. cap. 2. 3. & 4.* ſecundum praxim juris noſtri conſideravit, & juxta juridica principia examinavit Conradus Brunus *de ſedition. lib. 2. p. tot.* enumeratis etiam incommodis, quæ hinc in Rempublicam derivantur, *ibid. libro 3.* remediis, *lib. 4. & 6.* & pœnis, *lib. 5.* Quod idem pariter ultra auctores ſuperius laudatos *num. 7.* licet non ita fuſe, præſtitit Boerius

XI. XII. XIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

in tract. de ſeditioſis per totum, &c, petitis ex ſelectiſſimis au-
XIV. ctoribus ſententiis, Lipſius *polit. lib. 6. cap.* 4. Meminerit ta-
men Præſes, ad procurandam quietem publicam quammaxi-
me oportunum remedium illud eſſe,ſi factiones civium com-
primat & ad concordiam redigat, *§p. Novel. de Proconſ. Cap-
padoc.* ſimulque turbulentos cives expellat. *Avendan. de
exequ. mand. p. 2. cap. 6. num.* 13. quales erant illi qui ſe *Iuve-
nes* antiquitus appellabant, quorum meminit Calliſtratus *in*
XV. *l. capitalium.* 28. *§ ſolent quidam.* 3. *ff. de pœnis.* & quando-
cumque motus civiles orituros animadverterit, illis ab initio
omni conatu, ut dicebatur *num.* 8. prudenti tamen feſtinatio-
ne occurrat: *oriuntur* enim, dicebat *politic.* 5. *cap.* 3. Philo-
ſophus, *ſeditiones non pro parvis rebus, ſed ex parvis ad magna
proveniunt: quamobrem ab iſtis principiis cavendum eſt diligen-
ter; in principio enim peccatur; principium autem dicitur eſſe
dimidium totius: itaque parvum in principio erratum correſpon-
dens eſt ad alias partes.* & ſæpe *modicis remediis primos motus
conſediſſe* obſervat Tacitus *annal. lib.* 14. *cap.* 61. & tunc facile
amotis principibus ſedantur tumultus, qui alias ſola civita-
tum ruina poſſunt opprimi. *Brun. de ſedition. lib.* 4. *cap.* 4.
XVI. *Beſoldus ſynopſ. polit. lib.* 4. *cap.* 30. accelerata etiam exactione
pœnarum. *l. conſtitutiones.* 16. *ff. de appellat. Angel. in l. qui cæ-
dem.* 16. *ff. ad l. Cornel. de Sicar. Tholoſan. ſyntagm. jur. univ.
lib.* 35. *cap.* 6. *num.* 17. ideoque neglecto ordine judiciario.
Aviles Prætor. cap. p. V. derechiamente. num. 14. *&* 15. Si, ut
diſtinguebat Brunus, *de ſeditioſ. lib.* 5. *cap.* 12. *num.* 2. *in fine.*
XVII. *& num.* 3. in notoriis verſemur. *Hoc tamen crimen*, inquit *in
l. famoſi.* 7. *§ hoc.* 3. *ff. ad l. Iul. Majeſt.* Modeſtinus, *à judicibus
non in occaſionem ob principalis Majeſtatis venerationem ha-
bendum eſt, ſed in veritate, nam & perſonam ſpectandam eſſe,
an potuerit facere, & an ante quid fecerit, & an cogitaverit,
& an ſanæ mentis fuerit, nec lubricum linguæ ad pœnam facile
trahendum eſt; quamquam enim temerarii digni pœna ſint, ta-
men*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

men ut inſanis illis parcendum eſt, ſi non tale ſit delictum, quod vel ex ſcriptura legis deſcendit, vel ad exemplum legis vindicandum eſt.

Vetitis ſeditionibus, inde monet Imperator ea, quæ à Præſide obſervanda ſunt, ne illæ oriantur; quæ ad duo capita prudentiſſimus legiſlator revocat, quorum primum eſt, quod *æquitas ſubjectis ſervetur:* alterum, quod *neque lucri, neque paſſionis alicujus cauſa ad aliquam partium declinetur.* Nemo XVIII.
autem hic Præſides ab Imperatore ad illud æquitatis genus invitari putet, quod juri contrarium eſſe, ejuſque regulas immutare vulgus exiſtimat: hos quippe ad obſervandas leges ipſas adigit primo ſolemne juramentum, cujus meminimus ſuperius *in proœm. hujus legis. num.* 9. impellit inde Vlpiani reſponſum *in l. proſpexit.* 12. *§ p. ff. qui & à quib. manumiſſ.* exclamantis, *quod quidem perquam durum eſt, ſed ita lex proſpexit:* & tandem jubet Imperator, æquitatem non ſcriptam XIX.
à judiciis procul abeſſe, dum *in l. p. C. de leg. & conſtit.* edixit: *inter æquitatem, juſque interpoſitam interpretationem nobis ſolis & oportet & licet inſpicere.* Debet equidem judex æquita- XX.
tem ante oculos habere: *l. quod ſi.* 4. *§ p. in fine. ff. de eo quod cert. loco.* ſed ubi ſimus in arbitrariis; *Menoch. de arbitr. lib. p. q.* 51. *num.* 7. qualem eſſe actionem in eo textu conſideratam, monet Vlpianus *eod. § p. in princ.* cum Caio: *in l. ideo.* 3. *ff. eod.* Et generaliter, ubi *jure deficiamur*, ut innuit Paulus *in* XXI.
l. 2. *§ item Varus. ff. de aqu. pluv. arc.* quo caſu, æquum cen- XXII.
ſetur, non quidquid judex comminiſcitur, *Thoming. deciſ.* 16. *num.* 17. *Gratian. cap.* 639. *num.* 25. ſed id cujus contrarium eſt abſurdum. *arg. text. in l. ita vulneratus.* 51. *§ æſtimatio. ff. ad l. Aquil. Cancer. var. p. p. cap.* 7. *num.* 80. Et ſane ubi lex XXIII.
deficit, ſemper ipſa æquitas vim legis ſibi vindicat. *Rota deciſ.* 194. *num.* 45. *p.* 7. *recent. & in Neapolitana pecuniaria,* 22 *Iun.* 1648. *§ fin. coram Melcio*: quod idem, ne umquam lege dicamur deſtitui, operatur ipſa ratio naturalis. *Butr. cap.* 3.
de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

de præbend. Surd. de alim. tit. p. q.28. num.7.8. & 9. Et quando ſcripta lex adeſt, quæ palam rem ipſam non definiat, ex diverſarum legum ſententia, quarum altera ſtricti juris, altera ſit æquitatis plena, argumentum ad facti controverſi deciſionem inde deducendum eſt, æquitate ſemper prælata: *Goti-*
XXV. *fred. ad l. p. V. ſolis. C. de leg. & conſtit.* ſed ubi adeſt lex ſcripta, quælibet æquitatis imago excluditur; & vel juris ſcripti acerrimus rigor præfertur, ne alias ad imaginariam, & abuſivam æquitatem, prout judicum affectus appeteret, juſtitia declinet. *Merenda controv. tom. p. lib.5. cap. 47. num. 10. Gaill. obſerv. 23. num. 26. lib. 2. Gratian. cap. 639. num. 25. Thoming. deciſ.16. num.18. & ſeqq. Rota deciſ. 243. n. 22. p.5. & deciſ.172. à num. 56. ad 62. p.7. recent.* adeo ut tunc nullo pacto liceat à lege ſtatutas pœnas immutare. *l. p. §. quorum alterutrum. 4. in fine. ff. ad S. C. Turpill.* & plene Tiraquellus materiam proſequitur *num. p. & ſeqq. in præfat. de pæn. temper.* qui eamdem vim conſuetudini tribuit in arbitrariis. *num. 4. & ſeqq.* cum Menochio *de arbitr. lib. p. q. 14. num.7.*
XXVI. Atque hæc ipſi æquitati, ſi ejus naturam interius attendas, congruere videntur; nam ea numquam immutare conſuevit illa, quæ à certis legum principiis ſunt definita, ſed ea decernit ſingularia, ad quæ legumlatoris mens aciem propriam ad commune bonum intentam non potuit dirigere: *Quando* enim dicebat *& hic.5. cap. 10.* Ariſtoteles, *lex in univerſum dixerit, & præter univerſale poſtea quidpiam contigerit, tunc recte ſe habet, ſi qua legislator omiſit, abſoluteque aut ſimpliciter loquendo peccavit, corrigatur defectus: id quod legislator etiam ipſe, ſi adeſſet, dixiſſet, & ſi ſciviſſet præſcribentem legem inſtituiſſet:* quod idem nobis aperte exhibet æquitatis definitio, ab eodem Ariſtotele tradita, *magn. moral. 2. cap. p.* Cum igitur juri ſcripto non æquitati, ubique certe ut innuit Leonis & Alexandri Conſtitutio, de qua *cap. ſeq. num. 40.* ſed tunc præſertim, quando de ſeditionibus ſit ſermo, quas

pecu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

peculiaribus legibus punitas fuiſſe monuimus, Præſidum judicia debeant inniti: *æquitatis* nomen hic, non in prædicta & vulgari ſignificatione eſt accipiendum, ſed pro *æqualitate:*
ut ſcilicet mandetur Præſidibus, quod æqua lance & citra XXVII.
omnem perſonarum acceptionem jus dicant unicuique, juxta eam rationem, & formam, quam leges præſcribunt, adauctis præterea pœnis, quandocumque id exigat frequens peccandi conſuetudo, *l. capitalium.* 28. *§ ſolent.* 3. *ff. de pœnis. Cabal. reſol. crimin. caſu* 99. *num.* 51. *& ſeqq. Scanarol. de viſit. carcerat. lib. p. §* 15. *cap. p. num.* 10. *Farinac. prax. crim. q.* 23.
per tot. quam acerrime puniendam eſſe, etiamſi extra terri- XXVIII.
torium peccare conſueviſſet is, qui multorum delictorum infamia laborat, ſenſit Carlevalius: *de judic. lib. p. tit. p. diſput.* 2. *q.* 7. *ſect. p. num.* 744. vel etiam ceſſante frequentia, ſi ita ſuadeant aliæ facti circumſtantiæ per Iuriſconſultum relatæ. *in l. aut facta.* 16. *ff. de pœn.* & per nos inferius examinandæ: *hac ead. lege* 3. *cap.* 5. *n.* 22. *& ſeqq.* has enim adeo per Iudicem conſiderandas eſſe in decernendis pœnis, cenſuit Covaruvias, ut talionis pœnam in bene inſtituta Republica congruam non eſſe aſſeruerit, quia in ea meri facti ratio habe-
tur. *var. lib.* 2. *cap.* 9. *num. p. & ſeqq.* Hanc vero fuiſſe Iuſti- XXIX.
niani mentem, quod ſcilicet hic Præſidi non æquitas, ſed potius æqualitas commendetur, ſuadent verba textus Græci, in quo non ἐπιεικείαν, qua voce *æquitas* ab Ariſtotele exprimitur, ſed ἰσότητος legimus, per quam *æqualitas* denotatur: Imo ſic principiis juris civilis melius hæc Mandata reſpondebunt, illud quippe æqualitatem hanc ſemper & ubique exoptat,
ſive in judiciis verſemur; *l. in ſacris.* 12. *§ fin. C. de prox. ſacr.* XXX.
ſcrin. Rota Bonon. diverſ. dec. 14. *num.* 82. *Rota dec.* 193. *n.* 16. *p.* 6. *recent. & dec.* 40. *&* 315. *num.* 4. *coram Burato.* ſive in fa-
cultate appellandi, *cap. prudentiam.* 2. *de mut. pet. Rota de-* XXXI.
ciſ. 323. *num.* 16. *p.* 4. *tom.* 2. *& deciſ.* 315. *num.* 4. *coram Burat.*
ſive in taxandis litium expenſis; *l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ.* XXXII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

XXXIII. ſive in ſexcentis aliis, quæ ad propoſitum ponderant Tholo-
ſanus *ſyntagm. jur. univ. lib.* 46. *cap.* 8. *num. ult.* & Beltrami-
XXXIV. nus *ad deciſ. Gregorii* 581. *à num.* 7. *ad* 12. Nec alia re magis
animi ſubditorum irritari ſolent, quam inæqualitate erga ſe
animi Principis, quem paribus obſequiis, iiſdem tributis con-
ciliant, & plerumque non minus aliorum commodis, quam
propria contumelia homines commoventur, ut monuit Ari-
ſtoteles *politic.* 5. *cap.* 2. ad inſtar Gallicarum illarum urbium,
quæ apud Tacitum *hiſtor. lib. p. cap.* 18. ſeditionibus inhia-
bant, quia *non eodem honore habitæ pari dolore commoda aliena
ac ſuas injurias metiebantur*: Et idcirco hic jure æqualitatis
mentio ab Imperatore habetur, qui hiſce mandatis inhærens
Thraciæ & Paphlagoniæ Prætori, *ut omnem æqualitatem ſub-
ditis tam publice quam privatim exhibeat, & litigantibus, &
inter ſe contrahentibus*, injunxit. *§ circa autem.* 4. *Novel. de
Prætor. Thrac. & § præterea.* 3. *Novel. de Prætor. Paphlagon.*
Quod ſi æquitatem Præſidibus hic injunctam fuiſſe pertina-
cius quam par eſſet quis vellet aſſerere, nec tunc æqualita-
XXXV. tem excludi ſciat, quando ut eleganter *epiſt.* 30. Seneca, *pri-
XXXVI. ma pars æquitatis eſt æqualitas.* hanc vero æqualitatem ita
Præſidis animo adhærere vult Iuſtinianus, ut ab eo nullo *lu-
cri*, cujusve alterius *paſſionis* impetu poſſit avelli: oportet
ſane eum, qui populos regat, proprios affectus primo mode-
rari, & ut de ſe ipſo dicebat *lib.* 4. M. Antoninus, *eſſe ſimilem
promontorii, ad quod aſſidue fluctus alliduntur, ipſum autem ſtat
immotum, fluctus autem circa ſe æſtuantes componit & compeſcit.*
Et tandem Præſes provinciæ is, Iuſtiniano teſte, *§ oportet igi-
tur.* 2. *Novel. de Præſid. Piſid.* optimus erit, qui *juſte & pure cum
quadam aſperitate humaniter ſe erga ſubditos gerat*, & *omne
maleficium provincia expellat, & qui deliquerint ſecundum leges
puniat; neminem præterea maleficorum revereatur, etſi de po-
tentioribus ſit, neque his ſe ſubmittat, qui nullam de ſe utilita-
tem, at bene nefarias de ſe occaſiones præbere poſſunt: ſed per*

omnia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

omnia jus ipſum tueatur, & ad noſtras leges reſpiciat, & ſecundum eas judicet, & ut ſubditi noſtri ſecundum illas vitam ſuaque ſtudia inſtituant efficiat; inſuper ad Deum quoque & noſtri timorem reſpiciat, neque præterea quidquam in animo cogitet. Sit à te procul ò Præſes avaritia, ſit procul ſuperbia, & vitiorum reliqua phalanges, quæ regentium animos plerumque obſidet; nec dubita, quin in tuum obſequium ſint ruituri certatim populi, & ſuper ſubditorum reverentiam filiorum erga te pietatem exhibituri; non labori, non ſubſtantiæ, non vitæ pro te effundendæ parſuri: adeoque à turbis omnibus & ſeditionibus ſecuros ſomnos ducere poteris, ſiquidem

— — — peragit tranquilla poteſtas Claud. de Manl. Theod. Conſul.
Quod violenta nequit, mandataque fortius urget
Imperioſa quies. idem prædurus iniquas
Accepiſſe preces: rurſus quæ digna petitu
Largitor facilis, nec quæ comitatur honores
Auſa tuam leviter tentare ſuperbia mentem,
Frons privata manet. non ſe meruiſſe fatetur
Qui creviſſe putat: rigidi ſed plena pudoris
Elucet gravitas faſtu jucunda remoto.
Quæ non ſeditio, quæ non inſania vulgi,
Te viſo lenita cadat? quæ diſſona ritu
Barbaries Medi, quam non reverentia frangat?

Sunt *leges*, ut ajebat *in conſtitut.* 105. Leo Imperator, *revera Reipublicæ parentes*; & hujus Parens ſit Præſes, qui eam per leges moderatur. XXXVII

CAPVT TERTIVM

Vt breviores, & viliores cauſæ ſine ſcripto decidantur, & ſportularum modus ſervetur.

Sit tibi quoque tertium ſtudium, lites cum omni æquitate audire, & omnes quidem breviores, & quæcunque maxime vilium ſunt, ex non ſcripto decidere, & judicare, & liberare omnes alterna contentione, & non permittere nihil ultra quam continetur ſacra noſtra Conſtitutione, occaſione cauſalium expenſarum damnificari, ſi tamen ſufficientes in datione conſiſtant: alioqui etiam gratis lites audire, & non permittere ex negligentia de provincia alicujus Præſidis quemquam ad hanc currere feliciſſimam civitatem, & nobis moleſtum eſſe. Scito namque, quia ſi quis veniat, & aditionem nobis faciat, & à nobis interrogatus ſi prius te adiit, deinde te dicat adiiſſe, & quod juſtum eſt non impetraſſe, & hoc verum inveniamus: in te indignationem convertemus. Si vero cum te non adierit, venire ad hanc regiam præ-

Ἔστω σοὶ καὶ τρίτον σπούδασμα, τὸ τῶν δικῶν μετὰ πάσης ἰσότητος ἀκροᾶσθαι, καὶ τὰς μὲν βραχυτέρας, καὶ ὅσαι μάλιστα τῶν εὐτελεστέρων εἰσὶν, ἀγράφως τέμνειν τε καὶ κρίνειν, καὶ ἀπαλλάττειν ἀνθρώπους τῆς πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίας, καὶ μὴ συγχωρεῖν αὐτοὺς μηδὲν περαιτέρω τῶν περιεχομένων τῇ θείᾳ ἡμῶν διατάξει, προφάσει δικαστικῶν δαπανημάτων, ζημιοῦσθαι· εἴγε ὅλως ἱκανοὶ πρὸς δόσιν καθεστᾶσιν. ἐπείτοιγε καὶ προῖκα τῶν δικῶν ἀκροάσασθαι, καὶ μὴ συγχωρεῖν ἐκ ῥαθυμίας τοὺς τῆς ἐπαρχίας, ἧς ἄρχεις, εἰς ταύτην τρέχειν τὴν εὐδαίμονα πόλιν, καὶ ἡμᾶς ἐνοχλεῖν. ἴσθι γὰρ ὡς εἴ τις ἔλθοι καὶ προσέλευσιν ἡμῖν ποιήσοιτο, καὶ παρ' ἡμῶν ἐρωτώμενος εἰ πρότερόν σοι προσῆλθεν, εἶτα φήσειε καὶ προσελθεῖν καὶ τοῦ δικαίου μὴ τυχεῖν, καὶ τοῦτο ἀληθὲς εὕροιμεν, εἰς σὲ τὴν ἀγανάκτησιν τρέψομεν. εἰ μέντοι μὴ προσελθών σοι, παραγενέσθαι τῇ βασιλίδι ταύτῃ θαρρήσειε πόλει, καὶ ἀντιπέμψομεν αὐτὸν σὺν ἐπιτιμή-

præſumpſerit civitatem, & remittemus eum cum omni correctione, & reſponſum non dabimus.

τιμήσει πάσῃ, καὶ ἀποκρίσεως οὐ μεταδώσομεν.

I. *Litium diuturnitas, & in his impenſarum magnitudo damnantur. & num.* V. *&* XIII.
III. *In cauſis miſerabilium perſonarum proceditur ſola facti veritate inſpecta, & quænam hæ ſint remiſſive. num.* II.
IV. *Cum æqualitate lites audiat Præſes.*
V. *Cauſæ maxime vilium quæ.*
VI. *Sententiæ ex ſcripto recitandæ. limitatur. num* VIII. *&* IX.
VII. *Rubrica C. de Sent. ex breviculo recitandis diverſimode lecta à DD.*
VIII. *Breviores cauſæ, quæ: remiſſive.*
IX. *Tempus certum finiendis litibus quibuslibet determinatum. & quod.*
X. *Cauſæ criminales cur celerius expediendæ, quam civiles.*
XI. *Carcer reorum manſio, non pœna.*
XII. *Actor compellendus proſequi litem.*
XIV. *Præſides gratis debent juſtitiam miniſtrare.*
XV. *Certa quantitas ſportularum per Græcam Conſtitutionem Iuſtiniani definita, & quæ: omnino ſervanda. num.* XIX.
XVI. *Apparitores, & Iudices pedanei qui, remiſſive.*
XVII. *Sportulæ unde dictæ.*
XVIII. *Fratres ſportulantes qui.*
XX. *Sportulæ à pauperibus non perſolvendæ, & num.* XXIII.
XXI. *Paupertas quomodo probetur, & numer.* XXII.
XXIII. *Pauperum privilegia in judiciis quæ, remiſſive.*
XXIV. *Cauſæ pauperum prius expediendæ quam divitum.*
XXV. *Iudices non poſſunt repetere expenſas à pauperibus.*
XXVI. *Notarii tenentur gratis conficere inſtrumenta Pauperum.*
XXVII. *Pauperibus debent gratis patrocinari Advocati, & Procuratores.*
XXVIII. *Pauperi Carcerato tam ex cauſa criminali, quam civili alimenta ſunt præſtanda, & à quibus.*
XXIX. *Alimenta, & fructus litis præſtantur collitiganti, ampliatur. num.* XXX. *declaratur num.* XXXI. *&* XXXII.
XXXIII. *Advocatis olim vetitum quidpiam recipere, certus inde modus definitus.*
XXXIV. *Munera largiri vetitum litigantibus.*
XXXV. *Iudex corruptus qua pœna punitur, remiſſive.*
XXXVII. *Princeps non poteſt appellari omiſſis mediis. fallit in ſummo Pontifice. num.* XXXVIII.
XL. *Iudex debet ſemper juxta leges judicare ex Conſtitutione Leonis, & Alexandri.*
XLI. *An liceat ex cauſa pœnas à legibus ſtatutas augere, vel moderari.*

DVplici potiſſimum ratione Iudicia læduntur, diu- I.
turnitate videlicet litium, & ſumptuum magnitudine, quibus ita litigantes atteruntur, ut plerumque longe utilius ſit rem amittere, quam judicio perſequi, etiam ubi explorata victoriæ ſpes adſit: Vtrique huic malo opportuna remedia Imperatorum providentia alias exhibuit, dum certo præſcripto termino *ne lites fiant*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

pene immortales, & vitæ hominum modum excedant, conſuluerunt, *in l. properandum.* 13. *C. de Iudic.* & ſportularum, ac ſumptuum certum modum ſtatuerunt. *in l.* 1. *& tot. tit. C. de*
II. *ſportul. & ſumpt. indict. jud. facien.* quæ ſane Decreta fortius obſervanda ſunt, ubi agitantur controverſiæ miſerabilium perſonarum, quas enumerant Novarius *in prax. privil. miſerab. perſon. in prælud. num.* 4. *& ſeqq.* & Carlevalius *de Iudic.*
III. *lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *q.* 6. *ſect.* 7. *à num.* 529. *ad* 576. In his enim ſola facti veritate inſpecta ſummarie, & juris civilis ſolemnitatibus omiſſis, proceditur, *ut plenè Novar. in d. prax. privil.* 11. *per tot.*

Huc igitur reſpiciens Iuſtinianus tertium addit Mandato-
IV. rum caput, per quod Præſidibus injungit modum juris dicendi: quod idem præſtatur etiam alibi: *in cap.* 5. § 3. *Novel. de Prætore Licaon.* § 3. *Novel. de Præt. Thrac.* § 5. *de Moderat. Helenop. & in Baſilic. lib.* 6. *tit.* 3. § 25. & jubet eos publicas, & privatas controverſias *cum omni æquitate* (legendum *æqualitate*, ut cap. præcedenti *num.* 29. monuimus) audire, hoc eſt nullo habito perſonarum diſcrimine: bonus ſiquidem Præſes, ut alias ſanxit *in § juri.* 9. *Novel. de Proc. Cappad.* Imperator *Iuri dicundo cum ſumma animi intentione & cura incum-*
V. *bet, neque ruſticanos homines ſinet injuriis opprimi.* Mandatque præterea Præſidem *ex non ſcripto decidere lites breviores, & quæcumque maxime vilium ſunt.* idque ſive *vilitas* hæc conſideretur ratione rerum, quæ in controverſiam veniunt, ſive ratione perſonarum, *Auth. niſi breviores. C. de ſent. ex peric. recit.* quibus & adnumerari homines idiotas vel alias in litibus non exercitatos *hic* ex Ferando obſervat Gotifredus. Has vero controverſias *maxime vilium* mandat *ſine ſcripto* judicari, ut viles ac miſeræ perſonæ celerius liberentur *alterna contentione.*

Ὤρη γὰρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέων τε,
Ὧι τινι μὴ βίος ἔνδον ἐπηετανὸς κατάκειται.

Pa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Parum enim ei temporis eſt quod litibus
Et Foris impendat, cui non eſt victus domi.

Vt canebat Heſiodus *in Oper. & Die.* Injunctum equidem VI. alias fuerat indiſtincte Iudicibus provinciarum, ut habita prius matura deliberatione ſententias efformarent, & eas deinde ex ſcripto legerent, & publicarent, *l. hac lege. 2. l. ſta-* VII. *tutis. 3. C. de ſententiis ex breviculo recitand. ſeu, ut legit Cujacius obſerv. lib. 5. cap. 25. cui videtur ibidem adhærere Gotifred. ex periculo; & pleniſſime Scaccia qui materiam fuſe examinat de ſentent. gloſſ. 12. per totam.* Nunc tamen Impera- VIII. tor, ut celeri expeditione miſerabilibus perſonis ſuccurrat, jubet, quod cauſæ breviores (quæ quales ſint docet Carocius *de loc. & cond. rubr. bon. quæ lib. q. 7. num. 57.*) & tenuiores IX. ſine ſcriptis terminentur: quod idem obſervandum eſt, quoties Epiſcopus cognoſcat, inter ſubditos, *Auth. niſi breves. C. de ſent. ex peric. recit. gloſſ. cap. ult. V. illuſtrium. de ſenten. & re jud. in 6. Scac. de ſent. & re Iud. gloſſ.* 12. *num.* 23. vel alii emergant caſus, plene per eundem Scacciam *ibidem* conſiderati, *num.* 12. *& ſeqq.* Et quamvis brevitatem in certis quibuſdam controverſiis definiendis obſervari hic præſcripſerit Iuſtinianus, non tamen cæteras in longum tempus vult protrahi, quaſi ab eodem permittantur

——— *longo vexatæ Iudice lites.*

In quas etiam ea mala, quæ Deus gentibus immittit pie referebat egregius Philomuſus *carm.* 12. ſiquidem alias civilibus cauſis terminandis tempus triennale, criminalibus vero biennium præfinitur. *d. l. properandum. 13. C. de Iudic. l. fin. C. ut intra cert. temp.* niſi forte in cauſis fiſcalibus, quæ intra ſex; vel munerum civilium, quæ intra tres menſes poſt litem conteſtatam judicandæ ſunt: *l. fin. C. de jur. fiſc. l. generali. 54. C. de Decurion.* vel contra Præſides in Syndicatu ſint inſtitutæ controverſiæ, quæ intra quinquaginta dies, & his elapſis intra alios viginti omnino ſunt definiendæ. *cap.* 1.

§ præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

X. § *præterea. Novel. de provinc. Præſid.* & jure quidem brevior terminus criminalibus cauſis præfigitur, vel quia civiles cauſæ ſunt obſcuriores, ideoque longiorem exoptant diſcuſſionem, ut placet Cujacio *lib.* 7. *obſ.* 23. vel quia Reipublicæ intereſt crimina ſtatim puniri, nec diu ſquallore carceris reos
XI. affligi: cum carcer potius manſio, quam reorum pœna eſſe debeat, *Matthæus de Iudic. diſp.* 5. *num.* 18. Et ne forte quis maligne legum decretis oblectandi anſam caperet, recuſando judicium exercere poſt propoſitam actionem, quaſi nemo invitus agere cogatur, *juxta regulam l. unic. C. ut nemo invit.*
XII. idcirco decrevit Iuſtinianus eo caſu Actorem compellendum eſſe ad terminandam litem; & quando ille ſileret, tunc anno elapſo, veritate ſubtilius requiſita per Iudicem definitivam ſententiam proferri, § 3. *Novel. de litigioſ.* Et ita abhorruit à litium longitudine Iuſtinianus, ut animadvertens pleroſque Iudices aliquando tergiverſari, & celare ſuas dilationes ſpecie ſacrarum juſſionum ſibi supervenientium, ſecundum quas oporteat judicare, harum formarum uſum aboleverit, & juxta antiquas leges generales omnino lites decidi mandaverit. § 1. *& ſeqq. Novel. in medio litis non fieri ſacras formas.*

XIII. Verum quia non ſola litium diuturnitas, ſed ulterius immanes ſumptus, qui in illis adhibentur, & contra legum præſcripta plerumque ab Officialibus extorquentur, plurimis incommodis litigantes conflictant; huic etiam morbo opportunam medelam adhibiturus Imperator monet Præſides, ne permittant *occaſione cauſalium expenſarum* populos *damnificari ultra quam contineatur* in ejus *ſacra conſtitutione*, cujus & alias meminit § 6. *Novel. ut Iudic. ſine quoquo ſuffrag.* prohibens *ibi* Iudices ſinere plus ſportularum percipi, quam ejus Conſtitutione fuiſſet determinatum: Hinc patet, non eſſe
XIV. hic ſermonem de ſportulis, quæ Præſidibus deberentur ob jus redditum; cum enim hi propria ſtipendia haberent à Pu-

Publico, juſtitiam gratis debebant adminiſtrare. *Gail. Pract. lib.* 1. *obſerv.* 151. *num.* 8. *Coſta de ration. ratæ. quæſt.*87. *n.* 2. *Scac. de ſentent. gloſ.*7. *quæſt.* 4. *ſpec.* 3. *num.* 29. Sed potius de iis ſportulis, quæ exequutoribus & miniſtris Iudicum pro eorum labore præbebantur. *l.p. & l. fin. C. de ſport. & ſumpt. in diverſ. judic. faciend. & cap.*7. *Novell. de Iudicibus.* Certam XV.
enim harum quantitatem definivit Iuſtinianus in Conſtitutione quadam Græca, quam modo deſiderari animadvertit Perez, *ad tit. Cod. de ſportulis, num.* 3. *&* 4. cujus tamen argumentum aliquod præbet Theophilus, *inſtit. de action.* § *in triplum*, qui *ibi* innuit fuiſſe hujuſmodi ſportulas definitas pro modo petitæ quantitatis: ut ſcilicet apparitoribus (de quibus XVI.
erit ſermo in cæteris noſtris de jure publico commentariis *ad lib.* 12. *Cod. à tit.* 53. *ad* 58.) dimidium aurei daretur in centenos aureos, & hoc idem ſervaretur in pædaneis judicibus à Iuſtiniano in Codice conſideratis, *lib.* 3. *tit. de pædan. Iudic.* Et certe huic mercedi Iudicibus, aliiſve Officialibus XVII.
debitæ, *ſportulæ* nomen inditum fuit, deſumpta ſimilitudine à ſportulis illis per quas antiquitus à Romanis tenuiorum amicorum anguſtiæ ſublevabantur, erantque loco cœnæ, ad quam eos primum invitare mos erat, quæ propterea ad ſportularum diſtinctionem recta appellabatur, ut ex Iuvenal. Plinio & Suetonio obſervat Budæus *ad l. ſi mulier ff. de donat. inter Vir. & Vxor. & ad rubr. ff. de off. Quæſt.* è qua victus portiuncula fuit inde ſportulæ nomen tranſlatum ad certam quamlibet portionem, quæ pro victu dabatur; unde Clerici XVIII.
illi, qui non communem victum, ſed propria ſtipendia ſeparatim recipiebant, *fratres ſportulantes* dicti fuerunt à Cypriano *epiſt.* 9. *lib.* 1. ut bene ex eodem *epiſt.* 5. *lib.* 4. ponderat Cironius *in paratitl. decretal. ad tit. de præbend. & dignit.* & de ſportulis hujuſcemodi plene diſſerunt Guttierus *de Officiis domus Auguſtæ lib.* 2. *cap.* 17. & Bulenger. *de Imper. Rom. lib.* 5. *cap.* 34.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

XIX. A legibus igitur ſtatutus modus in harum ſportularum exactione eſt obſervandus, & adeo diligens, ut litigantes extra illarum præſcriptum nihil omnino ſolvere eo nomine teneantur, ne ſi ſacræ quidem juſſiones contrarium præcipientes proferantur, § 3. *Novel. ut litig. jur.* Et *ibid.* quadrupli pœna puniantur exequutores illi, qui amplius quidquam audeant exigere; quibus tunc impune reſiſtere poſſunt Provinciales, ſi Præſides recuſent eos compeſcere; & præterea iidem Præſides exceſſivas haſce ſportulas exigi permittentes compelluntur de proprio eaſdem reſtituere his, qui da-
XX. mnum paſſi ſunt. *Baſilic. lib. 6. tit. 3. § 6.* Imo ne forte per has ſportulas à lege definitas contingeret miſerabiles perſonas ſubſtantiis propriis aliquando ſpoliari, mandat Iuſtinianus eas tantum exigi, ſi litigantes *ſufficientes in datione conſi-*
XXI. *ſtant, alioqui etiam gratis lites audire* Iudices, quorum arbitrio, ubi agitur de aliorum præjudicio, ſemper relinquitur paupertatis æſtimatio: *Bart. in l. ſi conſtante 25. num. 14. ff. ſolut. matrim. Menoch. de arbitr. caſ. 65. num. 7. & ſeqq. Benincaſ. de paupert. quæſt. 6. num. 17. ubi de communi, & ſeqq. Scanarol. de viſitat. carcerat. lib. 2. cap. 7. num. 1. Rota de-*
XXII. *ciſ. 448. num. 1. penes Poſtium de manutent.* quæ alias probatur per familiares, & vicinos deponentes aliquem non poſſidere bona, vel tantum quædam per eas expreſſa, adjecta tamen clauſula, quod ſi forte plura alia bona is poſſideret, ipſi certo ſcirent, *gloſſ. in l. 1. V. annon. in fin. ff. de itinere actuque privat. Covar. Var. lib. 2. cap. 6. num. 8. Roman. conſ. 245. num. ult. Gratian. cap. 660. num. 1. & ſeqq. Maſcard. de probat. concluſ. 1159. num. 23. & ſeqq. Novar. in prax. miſer. per-*
XXIII. *ſon. privileg. 73. num. ult. in fin.* Vt hinc inter privilegia, quibus pauperes gaudent in Iudiciis (enumerata per Benincaſam *de paupert. quæſt. 7. per tot.*) & hoc ſit recenſendum,
XXIV. quod in eorum cauſis, quas tenentur prius expedire quam cauſas divitum, *Roman. in l. ſi vero 64. § de viro. num. 48. ff.* *ſolu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ſoluto matrim. Bobadil. polit. lib. 2. *cap.* 12. *num.* 39. *in fine.* Iudices nequeant ſportulas percipere, ut ſentiunt Maſtrillus *de Magiſtrat. lib.* 1 *cap.* 22. & Carocius, *de locat. & conduct. d. quæſt.* 7. *num.* 49. Qui teſtatur de communi ſententia, & addit, mirum non eſſe, Iudices noſtri temporis, quia id minime obſervant, propria bona ad tertium hæredem ſanguinis nequaquam tranſmittere, *num.* 52. *&* 53. Cum præterea ne- XXV.
queant Iudices, nec etiam neceſſarias expenſas à pauperibus exigere, quando eorum cauſa per provinciam proficiſcuntur, *cap. ſtatutum* 11. § *inſuper in fine de reſcript. in* 6. Quod idem XXVI.
procedit ex hoc textu in Apparitoribus, & præterea de Iure in Notariis ipſis, qui ubi conficiunt inſtrumentum de aliquo actu, vel contractu pauperis, ab eo nihil prorſus poſſunt accipere, *Iaſon in l. nec quicquam* 9. *num.* 2. *ff. de off. Proconſ. Benincaſ. de paupert. quæſt.* 7. *ſpecial.* 1. *num.* 13. *&* 14. *Maſtril. d. cap.* 22. *num.* 21. quod à Notariis Auditorum Sacræ Rotæ inviolabiliter obſervandum eſſe decrevit eadem Rota, *deciſ.* 2. *de Conſtit. in antiqu.* Et hæc tandem diſpoſitio ad Ad- XXVII.
vocatos extenditur, qui dum pauperibus conſulunt & patrocinantur (ad quod opus quando teneantur, plene diſſerit Soto *de Iuſt. & Iure, lib.* 5. *quæſt.* 8. *art.* 1. Et Xammar *de off. jud. & advoc. p.* 2. *q.* 3. *num.* 9. *& ſeqq.*) Nihil debent ab illis exigere, juxta ſententiam Baldi *in l. ſi furioſi, num.* 6. *& ibi Ad. Lit. D. C. de nupt.* Iaſ. *in d. l. ne quiſquam*, qui dicit, in foro conſcientiæ peccare Advocatum, ſi quidquam capiat à paupere, *d. num.* 2. *in fine.* Alberici *in l.* 1. *C. de ſuffrag.* & Benincaſii *d. quæſt.* 7. *ſpecial.* 1. *num.* 9. *& ſeqq.* qui id extendit etiam ad Procuratores, *num.* 13. *&* 14. eos ſcilicet, qui ex facto cauſas inſtruunt, de quibus eleganter diſſerit Veſtrius *in* XXVIII.
praxi lib. 2. *cap.* 19. & Gravatius *ibid. in adnotat.* Debent præterea pauperibus, qui in carcere detinentur ob crimina, miniſtrari alimenta à Iudicibus, *l. Iudices* 9. *ubi Gotifredus quantitatem debitam inquirit*, *C. de Epiſc. aud.* Et à Credito-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ribus iis, qui ob debita carceri fuerint addicti, juxta ſententiam Gloſſæ *in l. jubemus V. agnoſcere C. de erog. milit. annon.* quam ſequitur Scanarola *de Viſitat. Carcerat. lib.3.* § 5. *num.2.* qui requiſita ad id neceſſaria enumerat *ibid. cap.* 1. *per tot.*
XXIX. Prout etiam in cæteris controverſiis civilibus eadem præſtant una cum ſumptibus litis illi, cum quibus lis agitatur, etiamſi controverſia ſit cum fiſco, *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 120. *num.* 15. juxta quantitatem arbitrio judicis decernendam, *l. fin. C. de ord. cognit. Rota in Bononien. alimentorum.* 4 *Martii.* 1654. *§ quo vero, coram Albergato. & dec.* 166. *n.*5. *p.*4. *recent.*2. qui eam juxta facultates, conditionem perſonarum, dubium litis eventum, & valorem rei in judicium deductæ præſcribit. *Gratian. cap.*55. *num. ult. Surd. de alim. tit.*4. *quæſt.* 21.
XXX. *num.* 41. *Ad. ad Burat. deciſ.* 15. *num.* 8. Etiam uſque ad quartam partem fructuum ſeu intereſſe, *Covar. pract. cap.*6. *num.*7. *verſ. ſolet tamen. Surd. de aliment. tit.* 4. *quæſt.* 23. *num.* 41.
XXXI. *verſ. eſt verum.* quando tamen cum paupertate concludenter probata concurrat præſumptio boni juris, *Covaruv. d. c.*6. *num.* 5. *Marcheſan. de Commiſ. appellat. in cauſ. alim. p.* 1. § 1. *num.* 129. *Rota deciſ.* 548. *num.*1. *par.* 4. *rec. deciſ.* 189. *num.*1. *coram Gregorio* XV. *deciſ.* 15. *num.* 1. *& ibi ad. Lit. A. coram Buratto, & in Spoletana hæreditatis,* 26. *Novembris* 1646. *&* 11 *Februarii* 1647. *coram Veroſpio*, quæ deducatur à non levibus argumentis, *Rota deciſ.* 39. *num.* 4. *par.* 7. *rec.* vel à ſententia favorabili jam reportata, quamvis per appellationem ſuſpenſa, *l. ſi inſtituta. § de inofficioſo. ff. de inoff. teſt. Surd. de alim. tit.* 1. *quæſt.* 120. *num.* 11. *Rota deciſ.* 748. *num.* 2. *par.* 2. *rec. & deciſ.* 7. *num.p. coram Merlino. & deciſ.* 906. *num.* 6.
XXXII. *coram Buratto.* Et pauper petat univerſam aliquam hæreditatem, vel majorem ejus partem; ſecus vero ſi perſonali actione experiretur pro credito proprio, ſeu pro quapiam ſingulari re, quam ſibi deberi arbitraretur, *ſup. cap. per veſtras.* § 39. *ampl.* 18. *num.* 3. *verſ. imo quod. de donat. inter vir. & uxor.*

Gratian.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Gratian. cap. 55. *num.* 50. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 120. *num.* 14. quibus etiam caſibus Baſilius Imperator *in Novel. de Iudic. § fin.* alimenta iiſdem ordinavit, *ne inopia coacti litibus renunciarent.*

Ex quo tamen tenentur Advocati gratis conſulere pauperibus, nequaquam propterea arbitrentur ſibi licere in divites debacchari, & ab his repetere quod pauperibus remittunt: Quamvis enim lex Titia, quæ ob cauſam orandam munera recipi vetabat, cujus meminit Auſonius, dum contra Iurisconſultum indictum, qui uxorem habebat adulteram, canebat *epigr.* 88. XXXIII.

Iurisconſulto, cui vivit adultera conjux,
Papia lex placuit, Iulia diſplicuit.
Quæritis unde hæc ſit diſtantia? ſemivir ipſe
Scatiniam metuens non metuit Titiam.

Et lex Cincia illud idem vetans, à M. Cincio lata *Liv. hiſt. lib.* 34. *cap.* 4. ſaltem contrario uſu videantur abrogatæ: *ad l. de quibus* 32. § 1. *in fine ff. de leg.* Non tamen inde licuit ultra modum pecunias à clientibus extorquere; nam Claudius uſque ad dena ſeſtertia tantummodo permiſit capi, quem modum egreſſi repetundarum tenerentur, *Tacit. annal. lib.*11. *cap.*7. & Trajano imperante Nepos Prætor edixit omnes, prius quam agerent, jurare debere nihil ſe ob advocationem cuiquam dediſſe, promiſiſſe, caviſſe, ſed peractis tantummodo negotiis permittebantur pecuniam, dumtaxat decem millium, dare, *Plin. epiſt. ult. lib.*5. Minusve Iuſtinianæis legibus permiſſum id eſt, dum Præſidi provinciæ, ut *pro modo litis, proque advocati facundia & fori conſuetudine, & judicii, æſtimationem adhibeat,* injunctum eſt, *l. p. § in honorariis,*10. *ff. de extraord. cognit.* & eſt *ibidem* definitum, quod ſi poſt actam cauſam caveatur honoraria ſumma, etiam nomine palmarii, id quod datum eſt, cum eo quod debetur compoſitum, nequeat licitam ſummam excedere, *§ ſi cui* 11. Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ibid. in fine definitur pro ſingulis cauſis ad centum aureos, quos cum moneta noſtri ſæculi conferebat Alciatus, *diſpunct. lib. 3. cap. 9.* Imo ultra modum pecuniam extorquentes Advocatos lethaliter peccare, docet Soto *de Iuſt. & Iure lib. 5. quæſt.8. art.4. concluſ. 2.* Verum de hac re fuſius infra *cap. 13. num. 23. & ſeqq.* ubi de Advocatis ſuper quota litis cum Cliente paciſcentibus erit ſermo.

XXXIV. Quæ tamen de muneribus & donis in ordine ad Iudices *præced. cap.* tradita fuerunt, etiam hic repetenda ſunt quoad eos qui lites agitant: juſſit quippe Iuſtinianus *in Auth. ut litigantes jurent cap. p.* eos in litis exordio, coram Iudicibus, tactis ſacris Euangeliis, jurare *quod nihil penitus judicibus aut patrocinii cauſa ipſi vel alii cuicumque perſonæ pro hac cauſa quomodolibet dederunt, aut promiſerunt, aut poſtea dabunt vel per ſe vel per aliam quamcunque mediam perſonam, exceptis iis, quæ propriis Advocatis pro patrocinio præſtant aliiſque perſonis*

XXXV. *quibus leges dari diſpoſuerunt*: Qua vero pœna puniatur judex ſordium & acceptæ ob rem judicatam pecuniæ convictus, itemque is, à quo pecuniam accepiſſet, plene diſſerit Farinacius *praxi. Crim. quæſt.111. num.36. & 37. & à n.59 .ad 234.*

XXXVI. Nec prædictis contentus Imperator, ita vult populis jura reddi à Præſidibus, ut juſtitiam ſubditis expoſcentibus ad ſupremum Principem confugere non ſit opus: qua quidem in re adeo ſtudioſus ac diligens eſt, ut, ſi unquam contigerit preces ſibi porrigi à provincialibus, ſe non appellato Præſide adeuntibus, aperte denunciet, nemini aditum ad ſe futurum, nec dignas ejuſmodi preces exiſtimandas, quibus ullo reſcripto reſpondeatur: Quod ſi illi aſſererent ſe Præſidem primo adiiſſe, ab hoc autem juſtitiam conſequi non potuiſſe; tunc facta diligenti perquiſitione, (non enim *ſtatim reus, qui accuſari potuit, exiſtimetur, ne ſubjectam innocentiam feriamus,* ut dixerunt Honor. & Theodoſ. *l. fin. C. de accuſat.*) ſi accuſationem veram comperiet, indignationem propriam in

Præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Præſides ipſos acriter convertet: & hoc idem alias reſcripſit *Novel. de Præſid. Piſid. cap. 2. Novel. de Prætore Lycaoniæ, cap. 3. Novel. de Prætore Thraciæ, cap. 3. § p.* & præſertim Proconſuli Cappadociæ, *Novel. de Proconſ. Cappad.* § 9. per hæc verba: *Nam ſi quem huc advenientem viderimus, qui non prius apud ipſum calamitates ſuas lamentando explicuerit, hunc nos denuo cum increpatione mittemus in Provinciam, propterea quod relicto Magiſtratu Provinciæ continuo ad nos decurrit. Si vero cum eos, qui injuriam intulerunt, convenirent, ipſi comeſſationibus deditus, & luxuria perditus, illorum ſe orationibus non accommodaverit, ſed ſupplices plorare permiſerit, iique ad nos cogantur decurrere, & maxime ſi mulieres ſint, noſque edocti fuerimus, quod ibidem adierint, ille vero injuriam ultus non eſt, protinus negotium ut ſuſpectum habebimus, quaſi propter lucrum, vel per gratiam, vel aliquorum obſequium factum.*

Hinc deducit Gotifredus *in l. Imperatores 21. V. recto ff.* XXXVII. *de appellat. & relat.* Principem mediis omiſſis non appellari, juxta Conſtitutionem Imperatorum Antonini & Veri *in d. l. Imperatores, in princ. & in § p.* cui concors eſt dictum Honorii III. *in cap. dilecti 66. de appellat.* & aſſentiuntur DD. relati per Scacciam *de appellat. quæſt. 7. ubi materiam fuſe pertractat*, quod tamen à Summo Pontifice nequaquam obſer- XXXVIII. vatur: hic quippe, velut Ordinarius Ordinariorum, omiſſo medio recte appellatur. *can. ſi quis veſtrum. can. omnes Epiſcopi. can. ad Romanam. can. ſi quis putaverit, 2. quæſt. 6. can. Metropolitanum. & ibi gloſ. V. Metropolitanum, 45. quæſt. 7.* & cum relatis textibus conveniunt Conciliorum Canones & Pontificum Decreta congeſta per Antonium Auguſtinum *in juris Pontificii epitome lib. p. tit. 15. cap. p. & ſeqq.* Cironium *in paratitl. ad Decretales, tit. de appellat. § aliis etiam.* Scacciam *d. quæſt. 7. num. 46. & ſeqq.* Barboſam *in Collect. ad dictum cap. dilecti, num. 3. de appellat.* Buratum *deciſ. 170. num. 11.* Abhorruit ſane vehementer Imperator ab incommodis ſubdi- XXXIX.

torum

torum à propriis patriis litium cauſa diſcedentium, injuſtiſque ſportularum oneribus gravatorum: Ideoque non contentus legum, quas mox retulimus, remediis, novum edictum, *in Novel. ut differ. jud. audire interpell. allegat. cog.* per quod ſingula ea, quæ in hoc capite præſcribuntur, confirmavit, id potiſſimum expetens, ut *in præfat.* ipſe teſtatur, *ne occaſione litium & aliorum quorundam diſcedere cogantur à propria patria, & in peregrinis affligi:* Ibi ſcilicet decrevit, in unaquaque cauſa, ſive civili, ſive criminali, à populis primo interpellandum eſſe provinciæ judicem, qui *ſecundum leges examinet ea quæ proponunt, & unicuique juſtitiam ſervet:* & hoc negante juſtitiam miniſtrare, adeundum eſſe proprium Epiſcopum, qui Præſidem moneat, ut jus dicat petenti, eoque adhuc renuente, det litteras ad Imperatorem, ut is ideo Præſidem proprio muneri non vacantem debita animadverſione coerceat. § *primo:* Et ſi forte actori vel reo ſuſpectus ſit provinciæ judex, ne eam ob cauſam cogantur ſubjecti à propria patria recedere, una cum Præſide controverſiam dirimat Epiſcopus. § *ſi vero.* 2. Qui ſolus, eandem ob cauſam, illam cognoſcet, quam forte inter Præſidem & Provinciales oriri contingeret, § *ſi tamen* 4. Quod ſi propriis commodis adverſarii damna quis præferat, & his neglectis Imperatorem adeat abſque Epiſcopi litteris, illis confeſtim ſubjicientur pœnis, quas judex ſuſtineret, ſi, interpellatus ab eo, jus dicere recuſaviſſet. § *ſi quis.* 3. Et ea quæ ſtatuuntur in Præſide per defenſores civitatum (de quibus infra *cap.* 10. *num.* 13.) voluit obſervari in locis illis, in quibus Præſides non ſint, § *in civitatibus* 7. Vetuitque *ibid.* Imperator unicuique ſportularum nomine quidquam amplius accipere, quam ſacris Conſtitutionibus definitum eſt; onere impoſito Præſidi, ut *periculo proprio hoc vindicare* debeat: & ſi is non vindicaverit, ab Epiſcopo Principem moneri exoptavit, ut judex Imperatoris juſſionem deſpiciens; & ille qui talia præſumpſiſſet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

pſiſſet congrua pœna plecterentur, § *ſed etiam* 5. *&* § *fin. d. Novel. ut differ. jud.* Vt autem judices ſciant quanta cum re- XL.
ligione legum præſcripto ſibi adhærendum ſit, (ut *hic & præced. cap.* obſervabam) & ab ea licentia abſtineant, quam ſtolide nonnunquam & impie ſub falſa arbitrii ſpecie uſurpant; Leonis & Alexandri Auguſtorum in *Novel. de Iudic.* ſeveritatem accipiant in hæc verba: *exiſtimo equidem, eorum neminem, qui judiciario funguntur munere, eo unquam ſtuporis aut inſcitiæ proruptururum, ut aliter quam ex præſcripto legum judicium, ſententiamve ferre audeat: quod ſi quis in tantam evaſerit dementiam, reus peractus eas rependit pœnas, quæ legibus ſunt irrogatæ. Sin forte nos effugerit, pervigilem tamen illum atque inſomnem oculum, cui nihil non, quamlibet occultum ſit, patere poteſt, effugere non poterit. Tametſi id ipſum imprecationibus quoque diriſque execrationibus ſtabilire ac firmare non ab re alienum cenſuimus. Inveniat itaque iſte & Deum & cæleſtes omnes atque incorporeas poteſtates ſibi nunquam non adverſantes. Immature ex hac vita excidat potius, quam excedat. Incommodis inſuper efficiatur perpetuis. ipſius ædium fundamenta ignis tandem devoret, & poſteritas eo redigatur inopiæ, ut panem oſtiatim quæritet. atque hæc Iure ſane optimo, propterea quod leges, quas liberrimas eſſe oportuit, ſervas quodammodo atque captivas effecit fictorum pravorumque judiciorum:* An XLI.
vero ex cauſa liceat quandoque pœnas à lege ſancitas imminuere vel augere, definiemus inferius *capite* 5. *num.* 22. *& ſeqq.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

CAPVT QVARTVM.

Ne Præſides permittant executores aut Magiſterianos aliquid formarum & portuum cauſa exigere.

DEinde competens eſt te etiam hinc venientes, ſive ex magiſteriano, ſive ex quolibet foro, non permittere lædere, nec ſuperexigere ſubjectos noſtros. Sed ſi quis adierit tale aliquid queſtus: hoc & exequi, & indemnitatem ei procurari, & neque permittere alicui proferenti præcepta cujuſcunque fori, hæc videlicet quæ ſolenniter diriguntur, formarum etiam aquæ cauſa, & portuum, & itinerum ſternendorum, & imaginum, & murorum, & domuum deſtructionis tanquam in publico factæ, & aliorum talium, damnificare noſtros ſubjectos. Non enim volumus nec per talem cauſam ullum eis inferri damnum. Ipſe vero omnium horum providebis ſine damno omni geſtum. Si quis autem cui tale aliquid juſſum eſt, veniat: omnino non reſpicias eum, niſi ſacram noſtram pragmaticam oſtendat formam pro

Ἔπειτα προσῆκόν ἐστί σε, καὶ τοὺς ἐντεῦθεν φοιτῶντας, εἴτε μαγιστριανοὺς, εἴτε ἐξ οἱουδήποτε δικαστηρίου, μὴ συγχωρεῖν ἀδικεῖν, μηδὲ ὑπερπράττειν τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους. ἀλλ' εἴ τις προσέλθοι τοιοῦτό τι μεμφόμενος, τοῦτο καὶ ἐπεξιέναι, καὶ τὸ ἀζήμιον αὐτοῖς περιποιεῖν. καὶ μηδὲ συγχωρεῖν τινὶ προτεινομένῳ προστάξεις οἱουδήποτε δικαστηρίου (ταύτας δὴ τὰς ἐξ ἔθους φοιτώσας, ὀλκῶν τε ὕδατος ἕνεκεν, καὶ λιμένων καὶ ὁδοστρωσιῶν, καὶ γεφυρῶν, καὶ εἰκόνων, καὶ τειχῶν, καὶ οἰκημάτων καταστροφῆς, ὡς ἐν δημοσίῳ τόπῳ γινομένων, καὶ ἑτέρων τοιούτων) ζημιοῦν τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους. οὐ γὰρ βουλόμεθα, οὐδὲ κατὰ τοιαύτην πρόφασιν, οὐδεμίαν αὐτοῖς ἐπάγεσθαι ζημίαν. αὐτὸς δὲ ἁπάντων τούτων προνοήσεις, ζημίας ἅπαντα πράττειν χωρίς. εἰ δέ τις τοιοῦτό τι προστεταγμένος ἔλθοι, παντελῶς οὐ προσέξεις αὐτῷ, πλὴν εἰ μὴ θεῖον ἡμέτερον πραγματικὸν δείκνυσι τύπον ὑπὲρ τούτων

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

pro hoc ſcriptam. tunc ſuſcipiens quidem talem formam: non autem aliquid agens ex ea antequam ad nos nuncians, ſecundam præceptionem noſtram ſuſcipias.

τούτων γεγραμμένον. καὶ τότε γε μὴν δέξῃ μὲν τὸν τοιοῦτον τύπον, οὐ μήν τι πράξεις ἐξ αὐτοῦ, πρὶν ἂν εἰς ἡμᾶς μηνύσας, δευτέραν ὑπὲρ τούτων ἐπιτροπὴν ἡμετέραν προσλάβοις.

I. *Publicanorum avaritia. & num.* III. & IV.

II. *Omnia vectigalia abolere voluit Nero.*

V. *Exigendorum vectigalium ratio ab Imperatoribus præſcripta. & num.* VII.

VI. *Magiſteriani qui.*

VII. *Probata trina ſolutione tributorum, reliquæ præcedentes præſumuntur. Ampliatur. num.* VIII. IX. X. XI. XII. XIII. *Declaratur. num.* XIV. XV. & XVI.

XVII. *Varii tributorum exactores olim Romæ.*

XVIII. *His plura vetita.*

XIX. *Puniuntur quid exigentes contra formam præſcriptam, una cum Præſidibus id permittentibus.*

XX. *Superexactiones prohibitæ, & qua pœna.*

XXI. *Operum publicorum occaſione fiunt furta à Magiſtratibus. & num.* XXV. *quæ prohibentur. num.* XXVI.

XXII. *Horum cura peculiaribus Magiſtratibus Romæ demandata, & quibus.*

XXIII. *Idem in Græcia & in Provinciis Romano Imperio ſubjectis obſervatum.*

XXIV. *In provinciis ad inſtar Romanæ urbis, Senatus, Magiſtratus & Capitolium.*

XXVII. *Litteris Principis, ſi juri vel utilitati publicæ repugnent, non ſtatim pareat Præſes, ſed ad Principem reſcribat.*

XXVIII. *Princeps legibus ſolutus.*

XXIX. *Principis mandata nullius roboris erant, niſi forent à Quæſtore ſubſcripta.*

XXX. *Litteræ Apoſtolicæ irritæ ſunt, niſi ab Abbreviatoribus deputatis fuerint ſubſcriptæ.*

PRiſci populi Romani mores non intacti omnino I.
ab avaritia, communi gentis humanæ, vitio fuere; quod quidem, in cæteros civitatis ordines paulatim cum irrepſiſſet, publicanorum animos impotenter obſederat, unde ſeditionum, turbarumque potiſſima origo, qualis fuiſſe traditur Auguſti temporibus. *Dio. hiſt. lib.* 48. Nec poſtea Populus umquam deſiit crebris flagita- II.
tionibus eorum immodeſtiam arguere, quibus adductum Neronem dubitaſſe affirmat *annal. lib.* 13. *cap.* 50. Tacitus, *an cuncta vectigalia omitti juberet, idque pulcherrimum donum mortalium generi daret.* Verum quia ipſa vectigalia communi ſaluti omnino neceſſaria, ſed acerbitates & fraudes ea exercentium, lucraque & quæſtus indebitos inde petentium damnandæ ſunt, *impetum ejus, multum prius laudata magnitu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

dine animi, attinuere Senatores, diſſolutionem Imperii docendo, ſi fructus, quibus res publica ſuſtineretur, diminuerentur. Addentes, *temperandas planè publicanorum cupidines, ne per tot annos ſine querela tolerata novis acerbitatibus ad invidiam verterent.* Quæ, quando abſint, potius Magiſtratuum benignitate ſuſtentandum publicanorum ordinem, populi Romani exemplo docet Cicero *in orat. de Provinc. Conſul. cap.* 10.

III. Eo tamen ſubſequutis ſæculis provecta eſt publicanorum audacia, ut *carcerem, plumbatarumque verbera, aut pondera, aliaque ab inſolentia judicum reperta ſupplicia* adhiberent, dum in miſeros debitores fiſcales deſævirent, & quidem adeo frequenter, ut ſpeciali conſtitutione atroces hujuſmodi pœnas prohibere coactus fuerit Conſtantinus *in l. nemo, 2. C. de exaction. tribut.* quarum diverſa genere erudite exponit Amaya.

IV. *ibid. num. 2. & ſeqq.* Verum quia ſi minus ſævitia, eorumdem certe immoderata cupiditas perdurabat, nec ſane mirum: Eſt enim, ut ait *apud Bullenger. de Imp. Rom. lib. 9. cap. 3. § ſed ut ad publicanos. & Amaya. d. l. 2. num. 7.* Laurentius Mediolanenſis Epiſcopus, *immanior furibus publicanus, fur namque vel metuens furatur, hic autem delinquit confidenter; fur laqueos tegit, timet; hic quidquid fecerit, legem putat: lex furem deterret ab illicitis, hic ad iniquum malitiæ ſuæ compendium legem trahit: quis eo iniquior, qui verbis juſtitiæ juſtitiam damnat.* Hinc Anaſtaſius exactorum multitudinem ſuſtulit, jubens unicum tantum Canonicarium (palatinum ſcilicet illum, qui mittitur in provincias ex ſcrinio canonum ad exigendos ſolemnes titulos fiſcales, ut *ex Novell.* 30. obſervat Cujacius *Novel.* 128. *verſ. Canonicarii.*) in ſingulas provincias mitti ad exigendos titulos fiſcales, quem poſt menſem à die quo ſolvi debuit ſequeretur compulſor. *l. fin. C. de exact. tribut.* & cum improbitas compulſorum populos nimis urgeret, hos amplius in provincias mitti prohibuit Iuſtinianus *§ & hoc. 6. Novel. de collator.*

V. Ad repellendas igitur omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

omnes exactorum fraudes, hic quartum ſubnectitur Mandatorum caput, continens præcepta adverſus frequentes variaſque moleſtias, quas populi per ſpeciem exactionis tributorum quotidie ſumma cum acerbitate ſuſtinebant. Et mandat Imperator Præſidibus, ne per miniſtros *ex Magiſteriano ſive ex alio quolibet foro venientes* ſubditos lædi permittant, vel ab iis quidquam ſuperexigi: Appellatione vero *Magiſterianorum* VI.
hic intelligi Agentes in rebus, de quibus adſunt tituli Codicis *libro* 12. *de agent. in reb. De præpoſit. agent. in reb. & De princip. agent. in reb.* ubi materiam examinabimus, cenſent Gotifredus *hic*, Bullengerus *de Imp. Rom. lib.*6. *cap.*42. *§ ult.* & Meurſius *in Gloſſar. Græcobarbaro. V.* μαγιστεριανός. Et jure quidem hic eorum mentio habetur, ubi agitur de exactione tributorum, cum hæc conſuevisset fieri per ducenarios & centenarios, ſive ſexagenarios, *l. p. C. de exact. tribut.* qui cenſebantur in ſchola agentium in rebus. *l. matriculam.* 3. *l. fin. C. de agent. in reb. l. p. C. de offic. magiſtri offic.* & in ea dignitates exercebant, ut cum Cujacio obſervat Gotifredus *ad d. l. p. C. de exact. tribut.* qui eos ita appellatos à numero pecuniarum ipſis commiſſarum *ibidem* arbitrantur. His ſcilicet tabularius civitatis, omnium qui tributum ſolvere debebant nomina ſcribebat. *d. l. p. C. de exact. tribut.* qui inde tributum exigebant, & exactam ſummam ſuſceptori (de quo agitur in Codice *l. p. & toto tit. de ſuſceptoribus, præpoſ. & arcar.*) dabant, *l. apparitores.* 5. *C. eod.* qui ſolventibus, ut tuti eſſent, apocham faciebat, in qua dies, conſul, menſis, cauſa, & ſumma comprehendebatur. *l. p. C. de apoch. publ.* cui tanta fides præ- VII.
ſtabatur, ut profitenti trium cohærentium annorum apochas, ſuperiorum temporum ſolutiones probandi onus amplius non incumberet. *l. quicumque.* 3. *C. de apoch. publ.* quod quidem ea optima ratione factum eſt, quod veriſimile non ſit, exactores tributorum alioquin nimis diligentes nulla adhibita reſervatione vel proteſtatione, quæ excluderet hanc legis præ-

ſumptionem, *gloſſ. ibid. V. cautiones. & Lucas de Pen. col.* 2. *in princ. Cravet. conſ.*313. *n.* 5. *in princ. Cencius de cenſ. quæſt.* 87. *num.* 40. recepturos fuiſſe ſolutionem poſteriorum trium annorum, ut ratiocinabatur Menochius, *præſ.* 139. *lib.* 3.
VIII. *num.* 2. *&* 3. qui prædictæ legis diſpoſitionem de tributariis loquentem extendit ad emphyteutas, cenſuarios, colonos, penſionarios, collectarum, oblationumque, vel cujuſvis alterius rationis debitores, *à num.* 5. *ad* 10. cum Gabriele *de præſumpt. concl.* 11. *num.* 2. *& ſeqq.* & Cencio *de cenſ. q.* 87.
IX. *num.* 26. *verſu & licet.* Et juris hæc validiſſima præſumptio viget etiam ubi ſolutionum diſtributio facta fuerit per ſemeſtria. *Bald. d. l. quicumque. num.* 9. *Menoch. d. præſ.* 139. *n.* 13. *Gabriel. d. concl.* 11. *num.* 14. *V. contrarium. Buratus deciſ.* 582.
X. *num. p.* vel trimeſtria, ſeu bimeſtria, par enim ubique ratio militat. *Gratian. qui teſtatur de veriori cap.* 716. *n.* 12. *&* 13.
XI. vel etiam quis ad ſolvendum ſe obligaverit in forma Cameræ. *Cenc. d. quæſt.* 87. *num.* 26. *in fine. Ad. ad Burat. deciſ.* 582. *num.* 11. *Gratian. d. cap.* 716. *num.* 16. *Rota deciſ.* 92. *num. p.*
XII. *& ult. p. p. diverſ.* imo & cum juramento, *Gratus conſ.* 121.
XIII. *num.* 9. *vol.* 2. *Gabriel. de præſumpt. concl.* 11. *num.* 8. vel etiam forte debitor poſt triplicem illam ſolutionem quidquam am-
XIV. plius non ſolviſſet. *Menoch. d. præſumpt.* 139. *num.* 14. dummodo tamen trinæ illæ ſolutiones interpolatæ non ſint, ſed cohæreant: *d. l. quicumque. C. de apoch. Soc. Sen. conſ.* 118. *num.* 6. *& ſeqq. Menoch. d. præſ.* 139. *num.* 5. *Cravet. conſil.* 318.
XV. *num.* 3. *verſ. quarto textus.* Et factæ fuerint diverſis temporibus. *Bald. d. l. quicumque. num.* 3. *cum aliis alleg. per Menoch.*
XVI. *d. præſ.* 139. *num.* 24. & probentur adeo concludenter, quod indubitanter conſtet eas factas fuiſſe in cauſam, in quam allegantur. *Cenc. de cenſ. d. q.* 87. *num.* 31. *Ad. ad Burat. dec.* 582. *num.* 12. *Rot. deciſ.* 332. *num.* 10. *penes eumdem. Cenc. de cenſ.*
XVII. Hic vero nedum Magiſterianorum meminit Imperator, ſed præterea cujuſlibet alterius fori, eo quia aliunde etiam con-

fluebant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

fluebant exactores, puta pro militari annona Opinatores *l. miſſi. 6. C. de exact. l. opinator. 11. C. de erog. milit. annon.* & aliis ex cauſis palatini, vel illuſtrium virorum apparitores. *l. p. 2. & 3. C. de exec. & exact.* A quocumque tamen foro exactores hujuſmodi emitterentur, Imperator ab iis ſubditos lædi prohibuit, ideoque juſſit tributorum occaſione ab inſolentia judicum reperta ſupplicia nihil prorſus expaveſcere. *l. nemo. 2. C. de exact. tribut.* Ενδομαλικὰ omnino ſuſtulit, *l. fin. § p. C. eod.* ea ſcilicet munera, quæ exactor extorquebat, quo aliquid de exigendi ſeveritate remitteret, ut interpretatur Gotifredus *ibidem:* Vel potius, ut ego arbitrarer, ea dona quæ à ſubditis differendæ ſolutionis gratia præbebantur: ſimulque prohibuit exactores per diviſas provinciarum partes vagari. *l. p. C. de exactor.* præter mandata curiæ ſuæ quidpiam exequi, ultra annum in provinciam commorari, regionis viſceribus inſidiantes, & alterius poſſeſſionem pro alienis debitis publicis vel privatis convenire, *l. 2. 3. & 4. C. de exact.* Quod ſi aliquam exactionem contra legum præſcripta temerario auſu intentarent, correptos voluit puniri, & provincialibus temeritatem illam repellere permiſit, *l. contra. 5. & l. fin. C. de execut.* comminata etiam gravi pœna provinciarum Præſidibus, niſi eos punirent, *§ fin. Novel. ut differ. judic.* Et eamdem ob cauſam ſuperexactiones quaslibet prohibuit, mandans confeſtim reddi provincialibus quidquid ultra debitum ab iis foret expreſſum, capitali impoſita pœna exactoribus, quoties in illo ſcelere perſeveraviſſent. *l. unica. C. de ſuperexact.* tunc enim ſunt hi furti, & quidem atrocis rei, *Amaya d. l. p. n. 18. & 19. C. de exact.* Subſequutis inde temporibus prædictam capitis pœnam lenivit Leo Imperator, ad duplum condemnans illum, qui ſemel aliquid ſuperexegiſſet, & in quadruplum ſi perſeveraret, addita officii privatione cum ignominia. *conſtitut. 61.* Et jure quidem gravibus etiam indictis pœnis ea ſingula, quæ hac lege præſcribuntur, Magiſtratibus indicuntur,

XVIII. XIX. XX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

dicuntur, cum ipſis eorumque miniſtris ſublata fuerit omnis occaſio in ſubditorum fortunas graſſandi, ex eo quod in concedendis Magiſtratibus vetita fuit quælibet vel minima largitionis ſpecies. § 3. & 4. *Novel. de Proconſ. Cappadoc.* quando enim ut ajebat Cicero *Verrina* 2. § 139. quis *umquam metuat animadverſionem tuam, cum id quod abs te emerat vendidiſſet?*

XXI. Et quia vetitis ſuperexactionibus plures adhuc Magiſtratibus improbis ſupererant viæ inſidiandi bonis ſubditorum, eas ſingulas hic præcludit Iuſtinianus: earum ſpecioſiſſimam præbebat operum publicorum cura, quorum certe ſumma Romæ majeſtas, dum hanc, Halicarnaſſæo teſte *hiſtor. lib.* 3. ad vivum teſtarentur vel ipſi *aquæductus, viarum munitiones, cloacarum ſtructuræ*, de quibus plura eruditiſſime congeſſit Lipſius *de magnit. Romana lib.* 3. *cap.* 10. 11. & 12. Singula hæc exquiſitam curam expoſcebant, ut conſervarentur, ut
XXII. ideo Auguſtus pleroſque præfecerit cuſtodiæ viarum, aquarum, alvei Tiberis, & aliorum hujuſmodi operum, *Sueton. in Auguſto. cap.* 28. & 37. Et inde ſub diſpoſitione viri illuſtris Præfecti Vrbis inter alios fuerunt conſtituti Comites formarum, qui reparandis aquæductuum formis operam dabant, Comites riparum & alvei Tiberis & cloacarum, Comes portus, Conſularis aquarum, Curator operum maximorum, ædificiorum ſcilicet magnificorum, Curator operum publicorum, Curator ſtatuarum, & Tribunus rerum nitentium, cui incumbebat onus curandi ne loca publica ſordibus vitiarentur, ſed niteſcerent, de quibus plene Pancirolus *in not. Imp. occident. cap.* 7. 8. 9. 13. 14. 15. 16. & 19. & Bullengerus *de*
XXIII. *Imp. Rom. lib.* 5. *cap.*17.18.20. & 22. Magnificis hiſce operibus & referta Græcia, quæ ibidem non impari diligentia cuſtodiebantur, ut monet Sigonius *de Rep. Athenien. lib.* 4. Iiſ-
XXIV. dem etiam operibus erant refertæ Provinciæ, imo civitates univerſæ, quæ Romano parebant Imperio, in quibus, ſicuti ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ad exemplum Romani Senatus inſtitutæ fuerunt Curiæ *Novel. de decurion. in princ.* ita ad inſtar Romanorum Magiſtratuum novæ dignitates excogitatæ. *Bertherius Pithanon diatr. p. cap.* 10. & pariter Capitolia fuerunt erecta. *d. diatrib. p. cap. p.* Conſueverant igitur Præfecti Prætoriis, aliive Magiſtratus rapinis & fraudibus intenti, qui XXV.

Criminibus debent hortos, prætoria, menſas,
Argentum vetus, & ſtantem extra pocula caprum.

(ut cecinit Iuvenalis *Satyra prima.*) hinc ſumpta occaſione, exactores per provincias mittere, qui *juſſiones adferrent, ad ſubverſionem eorum, qui mediocriter vitam inſtituerant, nunc injungentes murorum reparationes, nunc curam itinerum, nunc imaginum, pontium, portuum, aquæductuum publicorum renovationes, locorum publicorum ablationes, & ædium quaſi in ſolo non juſto exædificatorum demolitiones, & id genus alia magis ad nectendas calumnias expedita*, ut animadvertit Iuſtinianus *in cap.* 4. § 2. *Novel. de Prætore Lycaon.* Ipſe igitur conſiderans, XXVI. quod *ut ibidem dicitur* his graviſſimis oneribus ſublatis, *aliquando reſpirabunt ſubditi, denuo efflorеſcent civitates, qui eas incolunt magnum incrementum capient, neque de patriis ſedibus diffugient, rerum ſuarum incolatum propter Præſidum improbitatem, quaſi terriculamentum aliquod, metuentes*, prohibet in hoc textu ſub his prætextibus amplius moleſtias ſubditis inferri, & nullius eſſe momenti in hac materia à quocumque foro emanata præcepta, quæ congrua quidem eloquutione *ſolitas negociationes* Præſidum nuncupavit. § 3. *Novel. de Præſid. Piſid.* jubetque miniſtros deferentes hujuſmodi juſſiones expelli, nec iis permitti, quod eas inſinuent, vel inde lucrum aliquod capiant. *§* 8. *Novel. de Proconſ. Cappad. l. de his.* 26. *§ nemini. C. de Epiſcop. Aud.* Verum quia nequaquam ſatis cautum erat indemnitati populorum hac prohibitione, quia poterat adhuc aliquis à Principe aliis negociis intento extorquere litteras in hanc rem ſcriptas, & inde urbes ipſas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

deprædari, quemadmodum feciſſe dicitur Ioannes quidam ſcriniarius per Helleſpontum; hic enim cum ſibi ratiociniorum civilium nomine commiſſæ fuiſſent formæ, civitates illas adeo populatus eſt, ut *ipſe quidem auro abundaverit, Helleſpontiorum vero regioni omnem, ſummamque paupertatem reliquerit*, ut recenſet idem Iuſtinianus *edicto* 12. *de Helleſponto. in præfat.* huic etiam malo, ut occurrat Iuſtinianus, Ana-
XXVII. ſtaſium imitatus, qui Iudices monuit, ut irritum ducerent omne reſcriptum, quod juri, vel utilitati publicæ adverſaretur, *l. fin. C. ſi contra jus.* Præſides quoslibet monet, ne pareant ejus litteris, quando hujuſmodi onera populis injungunt, ſed iis ſuſceptis ad Principem reſcribant, quid fieri velit, ab eo petentes, nec prius Mandata exequantur, quam iteratas juſſiones acceperint, prout etiam ſancivit in alio edicto 12. *cap. primo.* in quo præterea decrevit, Præſides, qui id obſervare negligant, ex propriis bonis reſarcire debere damna omnia, quæ ſubditis inde provenerint, impoſita præterea pœna privationis Magiſtratus, & facultatum, *ibid.*
XXVIII. *cap.* 2. Nec miretur quiſpiam Principem, cui *& ipſas Deus leges ſubjecit, legem animatam eum mittens hominibus*, ideoque ſolutum legibus. *§ fin. Novel. de Conſul.* etiam propriis juſſionibus permittere reſiſti; illius enim animus maximis impli-
XXIX. catus negotiis non poteſt ſingula rimari, videmuſque ideo ſanciviſſe, nullam ipſius juſſionem attendi, cui Quæſtoris ſubjecta non fuerit adnotatio. *cap. p. Novel. ut divinæ juſſion. unde deſumpta eſt Authentica, Glorioſiſſimi. C. de diverſ. reſcript.*
XXX. quod idem ſtatuitur in Baſilicis *lib. 6. tit. 3. § 9.* ea fere ratione, qua Apoſtolicas litteras irritas declaravit Leo X, quæ non forent ab Abbreviatoribus ad id deputatis ſubſcriptæ, *conſtitut.* 14. § 2. Qua vero ratione publica hæc opera reparare parentur, in ſequenti § definietur.

C A-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

CAPVT IV. § I.

Annonæ & operum publicorum cura Præſidibus demandatur.

Sed etiam pro ubertate neceſſariorum, & operum civitatum diligentiam habebis, procurans ex civilibus pecuniis patres, quæ valde neceſſariæ ſunt operum facere, & pontium, ſimiliter & viarum, & portuum, in quibus omnino ſunt locis provinciæ cui Præſides: portuumque & murorum curam habebis: & quicquid omnino eſt publico, & civitatibus utile, & cogitabis, & facies, & nunciabis.

Ἀλλὰ καὶ τῆς ἀφθονίας τῶν ἐπιτηδείων καὶ τῶν ἔργων τῶν πόλεων ἐπιμελήσῃ, παρασκευάζων ἐκ τῶν πολιτικῶν χρημάτων αὐτοὺς, ἅτε πατέρας, τὰ ἀναγκαιότατα τῶν ἔργων ποιεῖν. καὶ γεφυρῶν ὁμοίως καὶ ὁδῶν, καὶ λιμένων (ἐν οἷς ὅλως εἰσὶ τόποις τῆς ἐπαρχίας, ἧς ἄρχεις, λιμένες) καὶ τειχῶν ἐπιμελεῖσθαι. καὶ εἴτι ὅλως ἐστὶ τῷ δημοσίῳ καὶ ταῖς πόλεσι συμφέρον, βουλεύσῃ τε καὶ πράξεις καὶ μηνύσεις.

I. *Annonæ abundantia præ omnibus procuranda.*

II. *Ejus cura Magiſtratibus Municipalibus demandata.*

III. *Hujus cura apud Romanos cui incumberet.*

IV. *Ejus procurandæ modus penes eoſdem.*

V. *Frumenti extractiones vetitæ ſunt etiam per Conſtit. Apoſtolicas num.* VII. *&* XIV.
Declaratur num. VII.
Ampliatur num. VIII. XVIII.
Limitatur num. XIII.

IX. *Ius tractarum eſt de regalibus, nec cadit ſub generali conceſſione earum.*

X. *Baronibus non permittitur prohibere extractionem frumenti è propriis feudis. limitatur num.* XI. *declaratur num.* XII.

XV. *Vbi maxima ſit abundantia interdicitur ingreſſus frumenti exterorum. Declaratur numer.* XVI.

XVII. *Pretium pro permittenda extractione debet eſſe moderatum, & in eo abuſus. num.* VI.

XIX. *Annonæ charitatis tempore quomodo populis conſulendum ſit, divites compellendi vendere frumentum, num.* XXII. *& mutuare pecuniam pro emptione, num.* XXIII.

XX. *Annonæ procurandæ quis præficiendus.*

XXI. *Frumento corrupto an admiſcendum recens.*

XXIV. *Mercatorum fraudes puniendæ ſunt; & quænam ſint, remiſſive, num.* XXV. *& qua pœna,* XXVI.

XXVII. *Monopolia vetita: limitatur. numer.* XXXIII. XXXIV. *&* XXXV.

XXVIII. *Qui de his agant, remiſſive.*

XXIX. *Fraudes.*

XXX. *Artificum mercedibus modus à Iuſtiniano impoſitus.*

XXXI. *Imperator jurat ſe excluſurum Monopolia.*

XXXII. *A Torneamentis excluduntur nobiles*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

biles qui dent operam mercaturæ, Conſtitutione Henrici I.

XXXVI. *Certum pretium rebus venalibus quando conſtituendum.*

XXXVII. *Merces, quæ inſerviunt deliciis, vectigalibus onerandæ.*

XXXVIII. *Operum publicorum cura incumbit præſidi: declaratur num.* XXXVI.

XXXIX. *Patres Civitatis qui dicantur.*

XL. *Opera publica quibus pecuniis conſervanda, & reparanda, & num.* XLII. & XLIII. *& qua ratione num.* XLI.

XLIII. *Viarum munitio intra Civitatem ſpectat ad unumquemque ante domum ſuam: Ampliatur num.* XLIV.

XLV. *Viæ publicæ munitio, & purgatio ſpectat ad quoslibet pro rata patrimonii.*

XLVI. *Nullum genus hominum eſt immune ab onere muniendæ viæ. Ampliatur num.* XLVIII. XLIX. *Declarat. num.* L. *Limitatur num.* LII.

LI. *Publicæ utilitati nunquam cenſetur derogatum. & num.* LIII.

LIV. *Pontium reparatio ad omnes ſpectat.*

LV. *Flumina publica quæ dicantur.*

LVI. *Ad putei publici conſervationem tenetur & vicinus, qui eo non vult uti.*

LVII. *Muri Civitatis, Aquæductus, & alia opera publica quomodo reparentur.*

LVIII. *Publicorum ædificiorum conſtructio locanda ſub haſta.*

LIX. *Artificum opera in his non diætim ſed pro integra ædificii conſtructione conducenda.*

LX. *Publica ædificia per annos quindecim illæſa conſervat Architectus.*

LXI. *Nova ædificia publica inconſulto principe conſtruere eſt vetitum.*

LXII. *Privatorum domus an demoliendæ pro publicis ædificiis.*

LXIII. *Vnuſquiſque invitus tenetur rem propriam vendere, pro publica utilitate.*

LXIV. *Præſes Popularum utilitati omnino debet eſſe intentus.*

1. NOn alia ſane pars Reipublicæ præſentiore Principis conſilio, opeque firmiore indiget, quam quæ ad rem frumentariam conſtituendam, annonæque rationem gubernandam ſpectat; cum enim ejus varietas non ab una dumtaxat anni fœcunditate proficiſcatur, ſed ex multis tum naturæ, tum etiam fortunæ caſibus pendeat, ejuſque copia populis ante omnia curæ ſit; merito qui in ea recte ſuo muneri reſpondent, callidi regnandi, & ſapientes judicantur: id quod acerrimam Auguſti mentem minime olim fugiſſe Tacitus *annal. primo* eſt auctor, qui inter cætera inſtrumenta quærendæ ac retinendæ dominationis, illud in primis ſibi comparandum putavit, ut non magis *militem donis* quam *populum annona* pelliceret, ſibique devinctum atque obnoxium haberet. Quamobrem in hoc textu Imperator mandat Præſidibus provinciarum, ut pro *ubertate neceſſariorum* laborent, quod idem Præſidi Piſidiæ injunxit § 3. *Novel. de Præſ. Piſid.* jubens, eum nedum ad ea proſpicere, quæ ſuperius dicta ſunt, verum etiam curare,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

rare, *ut affluens rerum copia ſit in urbibus, ne quid cives deficiat*. Modum hic procurandæ annonæ non deſcribit Iuſtinianus, forte quia munus id Magiſtratibus municipalibus potiſ- II. ſimum incumbebat, pænes quos conſtituebantur curatores annonæ, quibus ſcilicet emendi frumenti, olei, & harum ſpecierum cura demandabatur, *l. fin.* § *cura quoque.* 5. *ff. de muner. & honor.* & præterea Epiſcopi, illi ſcilicet qui præerant pani, & cæteris venalibus rebus, quæ ad quotidianum victum uſui ſunt. *d. l. fin.* § *Irenarchæ. & ibi Gotifred. in V. Epiſcopus*, & de his plene Pancirolus *de Magiſtr. Municip. cap.* 12. *&* 13. Nec rationem ubertatis hujus procurandæ à Romanis III. licet expetere: Quamvis enim hi maximam annonæ curam gererent, ut in id Magiſtratus tam ordinarios quam extraordinarios conſtituerint, ut obſervavit Decianus *tract. Crimin. lib.* 7. *cap.* 22. *n.* 8. puta duos Ædiles, qui frumento præeſſent, Cereales dictos, & Præfectum annonæ, *l.* 2. § *capta deinde* 32. *&* § *hæc omnia* 33. *ff. de orig. jur.* qui proprios apparitores habebat, *l. p. & tot. tit. C. de apparit. Præfect. annonæ*, & cum Præfecto Vrbis civilem annonam curabat *l. p. C. de Off. Præf. Vrb.* Cum tamen plurimis provinciis imperarent, inde IV. maximam rei frumentariæ copiam conſequebantur, & quidem adeo multiplici ac diverſo exactionum genere, ut aliquando opportunum fuerit, ſubvectiones has temperare. *Tacit. Annal.* 13. *cap.* 51. nam ultra frumentum decumanum, & æſtimatum, emptum etiam à provinciis expetebant, quod Romam ad alendum populum à Magiſtratu Romano mittebatur, ut indicant Ciceronis loca in id congeſta per Sigonium *de antiquo Iure provinc. lib. p. cap. p. & lib.* 2. *cap.* 5. & Bulengerum *de Imper. Rom. lib.* 9. *cap.* 8. *&* 9. cujus tributi veſtigium aliquod exhibent Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius, dum *in l. modios* 9. *C. de ſuſcept. præpoſ. & arcar.* provinciales juſſerunt frumenti quinquageſimam, hordei quadrageſimam, vini & laridi vigeſimam dare ſuſceptoribus:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Et præterea ſola Ægyptus ad alendam Vrbem ſatis eſſe videbatur, *ſuperbiebat* videlicet *ventoſa & inſolens ratio, quod victorem quidem populum paſceret tamen; quodque in ſuo flumine, in ſuis manibus vel abundantia noſtra vel fames eſſet. Plin. in Panegyr.* Ideoque cum Præſidibus unius Provinciæ regimini deſtinatis facultas hæc annonæ ita de facili procurandæ non ſuppetat, quæ tunc auxilium non

Claud. de Laud. Stilic. lib. 3.

——— ——— modo præbuit Vrbi,
Sed fuit indicio quantum tibi Roma liceret;
Admonuit Dominæ gentes, inſtarque trophæi
Rettulit ignotum gelidis vectigal ab oris.

V. Prima Præſidum cura ſit juxta rationem traditam ab Imperatore, *l. unica. C. de lit. & itin. cuſtodia,* diligenter cavere, ne frumenta à provincia ad alienas regiones importentur: non
VI. quidem ut ſervetur iniqua praxis quorundam Præſidum damnata per Boſſium *tit. de pœnis num.* 20. nempe vendendi veniam talis legis inſtituto vectigali exportationis à ſe prohibitæ, ſed ut inde annonæ caritas evitetur, vetita cuilibet facultate extrahendi, *Io. de Platea l. ſi quis per divinam C. de aquæd. in fine. Ponté de poteſt. Proreg. tit.* 5. *num.* 5. *Cancer. Var. par.* 3. *cap.* 13. *num.* 162. eſt enim (ut de fontibus reſcripſit Imp. Claudius Priſco Provinciæ Præſidi *in l. præſes. 6. C. de ſervit. & aqua.*) nimis *durum & crudelitati proximum, ex tuis prædiis aquæ agmen ortum, ſitientibus agris tuis, ad alio-*
VII. *rum uſum vicinorum injuria propagari.* Hinc videmus in ditione Pontificia per Conſtitutionem 50. Gregorii XIII; à Clemente VIII *in Conſtit.* 49. & Paulo V *Conſtit.* 10. innovatam, vetitam eſſe frumenti & cæterarum frugum extractionem; imo in tota Italia, ut teſtantur Caballus *reſolut. Crimin.* 129. *num.* 12. & Clarus *prax. Crim. quæſt.* 82. *ſtat.* 7.
VIII. *num.* 2. qui ideo ignorantiæ prætextu *ibidem* aſſerunt, neminem quantumvis forenſem excuſari à pœnis ſtatutariis de
IX. hac materia tractantibus: Hinc etiam facultates extrahendi fru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

frumentum, quas tractas appellamus, cenſentur de regalibus, *Curté de jure feud. V. redeundo igitur, num.*56. *& ſeqq. Cancer. d. cap.* 13. *num.* 264. & adeo ſtricte, ut in regalium qualicunque conceſſione comprehendi nequaquam intelligantur, ſi de eis expreſſa mentio non fiat, *juxta conſ.* 24. *Loffred. Maſtril. de Magiſtr. cap.* 2. *num.* 37.

Et quamvis alias dubitari poſſit, an proclamata Baronum, X.
qui tempore meſſis ſub certa pœna Vaſallis prohibent ne frumenta extrahant ex territorio ſui caſtri, ſuſtineantur; ea ſcilicet ratione, quod reſiſtat jus gentium, permittens cuique liberam rerum ſuarum adminiſtrationem, & ut plurimum hæc edicta fiant in ſolam utilitatem Dominorum & deductis per Laurentium *deciſ. Avenionen.* 40. *num.* 3. *& ſeqq.* & Cancerium *Var. par.* 3. *cap.* 13. *num.* 255. *& ſeqq.* Tamen XI.
ubi adſit penuria aliave juſta cauſa, & ſic publica neceſſitas vel utilitas concurrat, proclamata hujuſmodi ſuſtinebuntur, ut bene diſtinguendo Cancerius *d. cap.* 13. *num.* 259. qui tamen XII.
monet, ubi Dominus hujuſmodi prohibitionem juſte fecerit, non poſſe quidquam petere pro licentia extrahendi, *num.* 259. *Marcus deciſ.* 155. *n.* 1. *p.* 1. *Roland. à Valle conſ.* 3. *num.* 16. *vol.* 2.

Quæ tamen dicta ſunt de prohibendis hujuſmodi extra- XIII.
ctionibus, ſolo tempore penuriæ videntur obſervanda: ubi enim provincia frumento abundet, tunc extractiones hujuſmodi de facili ſunt concedendæ, *Cancer. d. cap.* 13. *num.* 264. Nam *alienis partibus debet impendi quod ſupereſt, & tunc de exteris cogitandum, cum ſe ratio propriæ neceſſitatis expleverit*, ut ait Caſſiodorus *Var. lib. p. Epiſt.* 34. inde ſcilicet ad agri- XIV.
culturam magis provinciales excitantur; ideoque artem illam dum multis ornaret privilegiis in ſtatu Eccleſiaſtico Clemens VIII agrum Romanum colentibus, ubi abundet meſſis, permiſit quartam partem frumenti recollecti extrahere, *Conſtit.* 72. § 2. quam inde ad quintam redegit Paulus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

lus V. *Conſtit.* 70. § 10. Et prӕterea ex permiſſa extractione, ubi frumentum abundet, maxima provinciӕ utilitas accedit, ex ea pecuniarum copia, quӕ hanc ob cauſam ab exteris locis in provinciam infertur; ſimulque provinciales congruo pretio frumenta vendunt, quӕ alias vilius diſtraherentur, *Maſtril. d. cap.* 9. *num.* 38. *&* 39. & quidem cum maximo eorum incommodo, cui ut occurratur, conſuevit etiam ali-
XV. quando propter nimiam in loco copiam interdici ingreſſus frumenti, quod ex aliena provincia advehitur: quam conſuetudinem probabilem judicat Aviles, quem in puncto ſe-
XVI. quitur Cancerius. *num.* 260. *in fine. d. cap.* 13. Sint tamen cauti Prӕſides ne inopes opprimant, dum divitibus conſulere intendunt: & priuſquam cuipiam frumenta extrahere permittant, diligenter inſpiciant, an victu neceſſario abundet provincia, ut poſt Lucam de Penna, & Plateam obſervat Maſtrillus *d. cap.* 9. *num.* 40. *& ſeqq.* qui addit, quod notitia hӕc ſemper à Viris probis quӕrenda eſt, non vero à Mercatoribus, qui ut plurimum ratione propriӕ utilitatis Prӕſi-
XVII. des decipiunt, *num.* 44. Et prӕterea caveant Prӕſides, uti pretium, quod pro obtinenda extractione perſolvitur, ſit moderatum, ut hac ratione exteri facilius alliciantur ad emptionem, & provinciales utilius vendendo magis reddantur addicti agriculturӕ, *Maſtril. d. cap.* 9. *num.* 45. *& ſeqq.*
XVIII. *Ponte de poteſt. Proregis tit.* 5. *num.* 5. Quod ſi forte poſt conceſſam extractionem frugum inopia detegatur, illa rurſus erit revocanda, cum ſemper tacitam hanc includat conditionem, ſi provincia ipſa abundet, *Maſtril. d. cap.* 9. *num.* 56.
XIX. *Ponte d. tit.* 5. *num.* 9. *& ſeqq.* At ſi annonӕ caritas ſuccedat, tunc paterna prorſus vigilantia Prӕſes undequaque populis alimenta conquirat, & ſedulo curet ut

——— Vel Maſſilla Ceres, vel Gallica proſit
Fertilitas, meſſeſque ferat nunc humidus Auſter,
Nunc Aquilo, cunctis diteſcant horrea ventis.

Tunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Tunc ſcilicet in externas provincias deſtinandus curator, XX.
qui optima fide frumenta emat. *l. cum in civitate. 3. C. ut nemini lic.* & frumentum ſic conquiſitum eo pretio diſtrahatur, quo fuit emptum, imputatis tamen omnibus diſpendiis, quæ ea occaſione paſſa eſt Reſpublica: cum etiam tunc cogi poſſint incolæ ad illius emptionem, etiam ſi ob ſupervenientem abundantiam pretium factum fuerit vilius, ut ſenſit Perez *eod. tit. num.* 12. imo, ut civitas minori damno afficiatur, *ſi* XXI.
forte vetuſta ſpecies ita corrupta ſit, ut per ſemet erogari ſine querela non poſſit, eidem ex nova portione miſceatur, cujus adjectione corruptio velata damnum fiſco non faciat, ut monuerunt Valentinianus & Valens *l.* 1. *C. de cond. in publ. horr.* qui ad excludendas fraudes, quibus tunc patet via, juſſerunt, quod *ad iſtud negotium nobilis, prudens, fidelis, optime ſibi conſcius pro integritate mentis apponatur cuſtos* Præſidis arbitratu: & plene Ponte *de poteſt Proreg. tit.* 2. *num.* 17. *& ſeqq.* Cohellius *ad bull. bon. regimin. cap.* 21. *num.* 10. Superveniente quinimo XXII.
annonæ caritate, poterit Præſes cogere Dominos frumenti ad illius venditionem, juſto tamen pretio, ut ſenſerunt de Ponte *tit.* 2. *num.* 2. ubi addit, tunc imo poſſe taxari viliori pretio, Amaya qui plene articulum diſcutit *l. quoties C. ut nemin. lic. num.* 24. *ubi de veriori & ſeqq. & ibid.* Perez *n.* 9. Gratianus *cap.* 149. *num.* 40. *& ſeqq.* & Covaruvias *Var. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 6. *verſ. tertio mihi*, qui refert Canonem quintum Turonenſis Concilii in hæc verba: *Vt unaquæque civitas pauperes & egenos incolas alimentis congruentibus paſcat ſecundum vires, & tam vicini præsbiteri, quam cives omnes ſuum pauperem paſcant, quo fiet ut ipſi pauperes per civitates alienas non fatigentur*, & Avendaño *de exequ. mand. par.* 1. *cap.* 19. *num.* 33. Et tunc poſſe divitibus onus imponi mutuandi pe- XXIII.
cuniam pro comparatione frumenti, ne tam ipſi quam pauperes fame pereant, aſſerunt Amaya *d. l. quoties num.* 31. de Ponte *d. tit.* 2. *num.* 6. qui ait id fieri poſſe in quibuſlibet

publicis neceſſitatibus & Avendaño *d. cap.* 19. *num.* 34. ut enim apud Caſſiodorum *Var. lib.* 2. *Epiſt.*20. ſcribebat Theodoricus jubens naves jam frumento oneratas ad exercitum mitti. *Omnes decet gratanter impendere quod publicas vident utilitates poſſe reſpicere, quando neceſſe eſt hoc membra ſentire quod corporis ſumma ſentitur:* Et ſingula hæc de frumento definita, ſunt pariter obſervanda, quando vini ac cæterarum omnium rerum contingat inopia quæ ad victum & veſtitum ſunt neceſſariæ, *Amaya d. l. quoties. num.* 22. *C. ut nemini lic.*
XXIV. *Perez num.* 8. *C. eod.* in quibus omnibus præterea curandum eſt, ne vaferrimis mercatorum artibus corruptæ merces veluti probæ, vel eædem probis mercibus commixtæ populo obtrudantur, vel aliæ fiant fraudolentæ rerum quæ venduntur commixtiones; tunc quippe corruptis mercibus projejectis vel concrematis, aliiſque, ſi ſaluti humanæ nocere nequeant, in pauperes diſtributis, extra ordinem infeſtiſſimi hi
XXV. artifices puniuntur, ut pleriſque enumeratis piſtorum, cauponum, piſcatorum aliorumque hujuſmodi fraudibus docet Avendaño *de exequen. mand. p. p. cap.* 19. *num.* 30. *per tot.* &
XXVI. Ponte *de pot. Proreg. tit.* 2. *num.* 21. illique omnes, ad inſtar publicæ pacis violatorum, plectendi ſunt, ſi ultra præſcripta pretia vendant cibaria penuriæ tempore. *Alberic. in l. qui metu. § miles ff. de re milit. Avendaño d. cap.* 19. *num.* 36. *verſ. item contra vendentes carius*, vel falſis ponderibus utantur, *De-*
XXVII. *cian. tract. Crim. lib.* 7. *cap.* 22. *num.* 20. Et longe omnium certiſſima procurandæ ubertatis ratio ea eſt, ſi vigili cura & acribus pœnis monopolia arceantur: Hæc priſcis Senatuſconſultis vetita fuiſſe obſervat Cujacius *ad tit. Cod. de Mono-*
XXVIII. *pol.* & ubique prohibenda, præter ſcribentes *ibidem*, docent Doctores, qui de eorum incommodis ex profeſſo ſcripſere, quorum octo ſupra viginti enumerat Barboſa *ad d. tit. de Monopol.* imo crimen hoc odioſum adeo fuit Romanis, quorum peculiare munus regere imperio populos, ut illud La-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

tina voce dignati non ſint, ut ideo Tiberius apud Suetonium *in ejus vita cap.* 71. nominaturus Monopolium *prius veniam poſtulaverit, quod ſibi verbo peregrino utendum eſſet:* Eo tamen peſſimus hic vitas hominum licitandi modus proceſſit, quod ubi uni non liceret alios impedire, XXIX. quin idem mercimonium exercerent, is facta cum cæteris conſpiratione, paciſcebatur, ne minoris quam inter ſe ſtatuiſſent, fieret venditio, aliaſque hujuſmodi illicitas pactiones inibat: hinc Zeno auream, quæ ſequitur, edidit Conſtitutionem, quam Iuſtinianæo Codici inſertam *in l. unica C. de Monopol.* curent Præſides obſervari: ille ſcilicet ita ſcripſit ad Conſtantinum PP. *Iubemus, ne quis cujuſcunque veſtis vel piſcis, vel pectinum, aut echini, vel cujuslibet alterius ad victum, vel ad quemcunque uſum pertinentis ſpeciei, vel cujuslibet materiæ, pro ſua authoritate, vel ſacro jam elicito, aut impoſterum eliciendo reſcripto, aut pragmatica ſanctione, vel ſacra noſtræ pietatis adnotatione, Monopolium audeat exercere: neve quis illicitis habitis conventionibus conjuret, aut paciſcatur, ut ſpecies diverſorum corporum negotiationis non minoris quam inter ſe ſtatuerint, venumdentur. Ædificiorum quoque artifices, vel ergo labi, aliorumque diverſorum operum profeſſores, & balneatores penitus arceantur pacta inter ſe componere, ut ne quis, quod alteri commiſſum ſit, opus impleat, aut injunctam alteri ſollicitudinem alter intercipiat; data licentia unicuique ab altero inchoatum, & derelictum opus per alterum ſine aliquo timore diſpendii implere, omniaque hujuſmodi facinora denunciandi ſine ulla formidine, & ſine judiciariis ſumptibus. Si quis autem Monopolium auſus fuerit exercere, bonis propriis expoliatus perpetuitate damnetur exilii. Cæterarum præterea profeſſionum primates, ſi impoſterum aut ſuper taxandis rerum pretiis, aut ſuper quibuslibet illicitis placitis auſi fuerint convenientes hujuſmodi ſeſe pactis conſtringere, quadraginta librarum auri ſolutione percelli decernimus: officio tuæ ſedis quinqua-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

quaginta librarum auri condemnatione multando, ſi in prohibitis Monopoliis, & interdictis corporum actionibus commiſſas forte, ſi hoc evenerit, ſaluberrimæ noſtræ diſpoſitionis condemnationes, venalitate interdum, aut diſſimulatione, vel quolibet
XXX. *vitio minus fuerit exequutum.* Et animadvertens inde Iuſtinianus, lucri cupiditati nimis deditos artifices duplicia triplicia que pretia ac mercedes præter veterem conſuetudinem aliquando requirere, ſub gravibus pœnis edixit, *ne quis cujuſcunque diſciplinæ aut artis magiſter, qualiſcunque etiam negotiationis negotiator, qualiſcunque demum agricolturæ agricola, quam vetus conſuetudo ferat plus pretii mercedisve nomine exigat:* ita pariter *ædificiorum & colendæ terræ aliorumque operum menſores nihil amplius operariis imputent, & illis antiquam conſuetudinem conſervent,* quod ſane obſervare tenentur & *qui qualiacunque opera demandant, & qui aliqua redimunt: ſiquidem nec ipſis amplius, quam more conſtitutum ſit,*
XXXI. *dare* permittitur. *Novel.* 122. § *p.* Et ita publicæ utilitati damnoſus eſt Monopoliorum uſus, quod inter articulos obligationis per electum Romanorum regem & Imperatorem præſtandæ Principibus Electoribus 16. *artic.* Imperatori injungitur, *Quomodo mercatorum Monopolia, valde perniicioſa Germaniæ, coerceri debeant, rationem ineat cum Electoribus, ac rem ſæpe deliberatam ad exitum perducat.* Nec exiſtimet Præſes vetita artificibus Monopolia permitti Nobilibus: ab his enim, veluti potentioribus, cum majore populorum incommodo exercerentur: ideoque etiam his per Zenonis conſtitutionem generice loquentem cenſentur prohibita, eoque magis, quod inde Nobilitati maculam inuri
XXXII. ſatis innuit Henricus I, cognomento Auceps, dum ſtatuit in legibus haſtiludialibus, ſive de Torneamentis, *cap.* 2. ut quiſquis à ſtirpe Nobilis *negotiaretur augendi patrimonii cauſa, coemptiſque frugibus, vino aut aliis ſpeciebus, rebuſque annonam flagellaret, ludis equeſtribus is prohibeatur, aut ſi decurrere*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

rere aliorum exemplo præſumeret, equo mulctatus ſepta inſcendere compellatur.

Hinc equidem excluduntur Monopolia, quæ privatus quiſpiam publico cum detrimento vellet exercere, hoc enim *turpe lucrum* dixit Iulius Pontifex, *can. quicunque 9. 14. quæſt. 4.* ſed alias Monopolia illa nunquam cenſentur vetita, quibus publica utilitas ſit annexa, qualia ſunt ea quæ à Communitatibus ipſis in publicam utilitatem pleriſque in locis exercentur; dum uni tantum permittunt carnes, panem, oleum, aliudve quidpiam vendere, certa perſoluta penſione annua in publicam utilitatem refuſa: quam conſuetudinem, uti quam maxime rationabilem, poſt Innocentium, Abbatem, & Scribentes communiter *in cap. ſignificante de appellat.* approbat Avendaño *d. cap. 19. n. 35. verſ. & apud nos.* Vel ubi civitates ipſæ mercem aliquam à quibuslibet vili pretio emptam cum maximo inde populi emolumento vendunt, vetita privatis civibus venditione, ut ſic inopi populo ſuccurratur. *Perez. ad tit. Cod. de Monopol. tit. 3.* cujus rei exempla ſuppetunt penes Ariſtotelem *œconom. 2. c. 16. 17. & 36.* Ita pariter privato cuipiam aliquando Princeps, ejuſque juſſu Præſes indulget, ut ſibi ſolis liceat genus aliquod mercium invehere & vendere: & jure, ubi juſta concurrat cauſa, puta quia alias nemo merces illas inveheret ratione impenſæ gravis; vel quod inde Princeps pecuniam bono publico deſtinatam conflaret: tunc enim, certo tamen conſtituto pretio, utile eſſe Monopolium exerceri, cenſuit Leſſius, *de juſt. & jur. lib. 2. cap. 21. dubit. ult. n. 148.* qui tamen addit, certum pretium iis mercibus ſtatuendum, quæ civium victui, ſecus vero his quæ delitiis & luxui tantum inſerviunt, in quibus nulla Principi ſuadet cauſa, ut immodica ſtatui pretia prohibeat: *n. 149.* cum potius honeſtiſſimum vectigalium genus, quod rebus hujuſmodi imponitur, quæ ad corrumpendos civium mores ſpectant, ac Deo gratiſſimum

XXXIII. (margin, beside "Hinc equidem")
XXXIV. (margin, beside "Vel ubi civitates")
XXXV. (margin, beside "Ita pariter")
XXXVI. (margin, beside "tunc enim")
XXXVII. (margin, beside "cum potius")

dixerit Matthæus *de Auction. lib. 2. cap. 12. § ex omnibus.*

XXXVIII. Verum quia ex quo in hoc textu juſſerat Imperator ne Operum publicorum prætextu ſubditorum bona raperentur, facile præſes omnem illorum curam omiſiſſet (qui tamen *ædes ſacras & opera publica circumire inſpiciendi gratia an ſarta tectaque ſint, vel an aliqua refectione indigeant, & ſi quæ cœpta ſunt, ut conſummentur, prout vires ejus Reipublicæ permittunt, curare debet*, juxta placitum Vlpiani *in l. ſi in aliam 7. §p. ff. de Off. Proconſ.*) id circo mandat Iuſtinianus, ut *operum Civitatum diligentiam* habeat *procurans quæ valde*

XXXIX. *neceſſaria ſunt operum facere Patres*, illos ſcilicet cives, qui amplioribus ſuæ quiſque civitatis honoribus uſi ſunt, puta Decurionatu, nulla imminente neceſſitate, ſed ſua ſponte. *l. qui conditioni. 3. C. de his qui ſponte publ. num. ſub.* Nam ex horum numero, qui pro ſuo amore in patriam decoram hoc nomen promeruerunt, eligendi ſunt curatores operum publicorum. *l. ſi in aliam § p. ff. de Off. Proconſ.* qui vias, portus, muros Civitatis, aliaque hujuſmodi opera conſtruant,

XL. vel conſtructa conſervent ex pecuniis civilibus, ex iis ſcilicet reditibus & fructibus, qui in hæc opera deſtinati à Civitatibus percipiuntur, inter quos connumeratur tertia pars redditurum fundorum Reipublicæ, *l. ne ſplendidiſſimæ 11. C. de oper. publ.* Et ne hujuſmodi pecuniæ minus diligenter aut

XLI. fideliter adminiſtrentur, juſſit Iuſtinianus *in l. de his 26. C. de Epiſc. Aud.* in unum convenire quotannis Epiſcopum Civitatis, ac tres cives bonæ exiſtimationis, qui auctoritate ac dignatione cæteris præſtent, qui *ſingulis annis inſpiciant opera facta, & curent ut & metiantur, & rationem conficiant qui ea adminiſtrant, aut qui adminiſtraverunt, & in monumentorum geſtione oſtendant impletionem operum, aut adminiſtrationem ſitonicarum, aut balneariarum pecuniarum, ſive quæ in viis muniendis, & aquæductibus aut aliis rebus conſumuntur:* Eiſque facultatem indulſit inquirendi de aquarum diſtributione, ne quis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

quis videlicet majorem minoremve debita ſibi partem habeat *in d. l. de his. § iidem inquirant* 5. Verum quia contingit XLII.
aliquando civiles illos reditus tot ſumptibus pares non eſſe, tunc Præſidibus injungitur, ut ad Principem referant, ut partim ex civilibus reditibus, partimque ejus liberalitate publica opera reparentur. § 4. *Novel. de Præt. Lycaon.* § 4. *de* XLIII.
Præt. Thraciæ. Quod ſi ne Principis quidem liberalitas adhæc ſe poſſit extendere; præſcriptæ ſunt Præſidi certæ rationes, quibus citra ſubditorum injuriam publicorum operum conſervationi ſuccurratur, hoc onere in eos, ad quos attinet, congrue diſtributo. Siquidem viarum publicarum munitio ita ſpectat ad ſingulos incolas; qui bona poſſideant, quod intra Civitatem debeat unuſquiſque munire ante domum ſuam *l. Ædiles. § conſtruant. ff. de via publica. Bart. in l. reſcripto. § ſciendum. n. 2. ff. de muner. & honor. Cyriac. cap. 125. n. 9.* ſicut & in Civitatis burgis. *Perez ad tit. Cod. de public. muner. n. 3. Cæpol. de ſervit. ruſt. præd. cap. 3. n. 47.* etiam ſi is, XLIV.
qui domum incolit, non ſit dominus, ſed inquilinus, cui tamen tunc competit repetitio, vel compenſatio cum penſione. *d. l. ædiles. § quicunque. ff. de via publ. Sperel. deciſ. 45. n. 18. de Ponte de pot. Proreg. tit. 2. § 6. n. 22.* ad differentiam uſufructuarii, qui de proprio tenetur ſternere viam, ut poſt Vlpianum *in l. ſi pendentes 27. § ſi quid. ff. de uſufr. & quem adm.* Senſerunt Iacobus de Arena *in l. neque ſtipendium 13. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact.* qui aſſerit, & ad hoc onus teneri virum pro rebus dotalibus, Riminaldus Iunior *conſ. 45. n. 66.* & Cyriacus *controv. 125. n. 6. & ſeqq.* ſi vero XLV.
via publica conſtituta ſit extra Civitatem, illius munitio ſpectat ad quoslibet proportionaliter pro quantitate patrimonii *l. per Bythiniam & ibi Gotifred. lit. l. C. de immunit. nem. conced. Corſet. ſingular. V. munitio n. p. Amaya l. 2. C. de immunit. nem. conced. n. 5.* eademque ratio viget in purgatione viarum. *arg. Tex. in l. unica § p. ff. de via publ. & itin. publ. reficien. Bero*

conſ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

conſ. 152. *n.* 10. *vol.*3. quæ ſemper ab omni ſordium genere conſervandæ ſunt prorſus mundæ, adeo ut nemini liceat in iis ſtercora, aliave immunda jacere, *d. l. unica § fin.* vel artes fœtidas exercere, ne pravus odor tranſeuntibus ſit infeſtus.
XLVI. *Avendaño de exequen. Mand. cap.*19. *n.*38. *p. p.* Nec aliquod hominum genus à prædicto onere muniendæ & ſternendæ viæ excuſatur, *l. omnes C. de oper. publ. in Cod. Theodoſiano tot. Tit. de itin. muniend. & in Baſilicis lib.* 56. *Tit.* 15. § 4. *Bero conſ.*152. *n.*10. *vol. p. Amaya d. l.* 2. *n.* 5. cum connumeretur inter munera ſordida, ea ſcilicet, in quibus corporalis labor impenditur, *l. abſit. C. de privil. Dom. Auguſtæ. n.* 2.
XLVII. Adeo quod ab hoc onere nullum liberet privilegium, nulla dignitas, *l. ab his oneribus. ff. de vacat. & excuſat. l. munerum § hujuſmodi. ff. de muner. & honor. Bart. in l. fin. n.* 35. *C. de mulier. & in quo loco. Amaya d. l.*2. *n.*5. *Bero d. conſ.*152. *n.*10.
XLVIII. cum nec etiam Auguſta domus ſit immunis. *l. abſit C. de privil. Dom. Aug. & ibi Perez. n.* 4. *& Lucas de Penna n.* 1. *l. ad inſtructiones C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. emphyteuticarii. C. de*
XLIX. *collat. fund. patrim.* immo nec ipſa Eccleſia. *l. nec ad inſtructionem. C. de ſacroſ. Eccleſiis. § adhæc. Avol. de Eccleſiaſt. tit. Bart. l. fin. § patrimoniorum. n.* 3. *ff. de muner. & honor. Cepol.*
L. *d. n.* 47. *in fine. Bero d. conſ.* 152. *n.* 10. Quæ tamen ad Viarum munitionem coguntur ab Epiſcopo, *Roland. conſ.* 2. *n.* 3. Et jure quidem cuilibet onus prædictum incumbit, cum ſpectet ad publicam utilitatem, *Amaya pleniſſime in l.* 2. *C. de immunit. nem. conced. n.*6. *& obſervationum. lib.* 3. *cap.*4. *n.*42.
LI. cui nunquam per quodlibet privilegium cenſetur derogatum. *Roman. conſ.* 436. *n.* 10. *& ibi Ad. lit. E. Alex. conſ.*218. *n.* 27. *vol.* 2. *Mundius de muner. & honor. cap. p. n.* 265. *Roland. conſ.*76. *n.*8. *&* 9. *vol.*2. *Mynſinger. obſerv.*70. *n.* 2. *&* 3.
LII. *cent.* 4. & hinc ad conſequendam ab hoc onere immunitatem Principis beneficium & privilegium requiritur. *l. ſunt munera* 11. *ff. de vacat. & excuſat. muner.* & quidem tale,
quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

quod ſpecificam ejus oneris præ ſe ferat mentionem. *Bart. in d. l. ſunt munera. & in l. munerum. § patrimoniorum. ff. de muner. & honor. Platea l. p. n. p. C. de collat. fund. patrim. Burſat. conſ. 16. n. 51. Paris. conſ. 68. n. 14. vol. p. Mundius d. cap. p. n. 251.* cum alias potius immunitas genericè conceſſa LIII.
coarctetur, ex quo redundat in publicæ utilitatis diſpendium, *Amaya l. p. de immunit. nem. conced. n. 20. & 21. Pincl. l. 3. de bon. matern. n. 23. Bald. conſ. 112. n. ult. vol. p. Surd. conſ. 140. n. p. 2. & 49. Bero. conſ. 172. n. 67. vol. p. Cephal. d. conſ. 58. n. 4. Bellon. Iun. conſ. 69. n. 18. & 19.* ut ideo omni rejecta interpretatione in his tantum, in quibus nominatim diſponit, locum habeat, etiamſi in majoribus fuerit expreſſa, *ut arg. tex. in l. non tantum 17. § non omnia. cum quo videtur convenire Tex. in l. ſpadonum § qui accepit ff. de excuſat. tut. dixit Lucas de Penna in l. qui immunitatem. n. 2. C. de muner. patrimon.* Et quoad prædicta, par eſt ratio conſtructionis, LIV.
vel reparationis pontium; qui tamen ſint ſuper fluminibus LV.
publicis, qualia cenſentur ea quæ ſunt perennia. *l. p. § fluminum 3. ff. de flumin. Peregr. de Iur. fiſci lib. 8. n. 44. Menoch. de retinen. remed. 6. n. 53.* Quando enim pontes hi non inſerviant pro cuſtodia civitatis, quo caſu ad Principem ſpectat eorum conſervatio, utpote influens in conſervatione dominii. *Cæpol. de ſervit. urb. præd. cap. 70. n. 4.* ad eam tenentur omnes cujuſcunque ſint dignitatis, *Perez ad tit. Cod. de oper. publ. n. 10.* ex univerſa quidem civitate, ſi omnibus de civitate; & ex vicinia tantum, ſi uni viciniæ inſerviant. *Cæpol. d. n. 4. Avendaño de exequ. Mand. cap. 3. n. 8. verſ. ad fabricam, & verſ. ſeq. par. 2.* eandemque rationem obſervandam eſſe in publicis fontibus, & puteis, cenſet Avendaño *d. cap. 8. n. 9.* & quidem ita, quod ad eorum reparationem LVI.
tenetur etiam vicinus ille, qui nunquam iis utitur. *Gail. obſervat. 56. n. 6. lib. 2.* vel renuntiare vellet commoditati imposterum utendi; *Roman. ſingul. 68.* cum in his quæ ſpectant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ad plures, ut univerſos, quod major pars velit, omnes cen-
LVII. ſeantur voluiſſe, *l. quod major* 19. *ff. ad municipal.* Ita pariter cætera opera publica, puta portus, aquæductus, muri civitatis, & alia hujuſmodi, quoties ad id certi reditus non fuerint deſtinati, ab omnibus facta collatione conſervantur, nemine excepto, *l. ad portus* 7. *C. de oper. publ. Perez. ibid. n.* 10. *Avendaño de exeq. Mand. cap.* 13. *par.* 2. *n.* 3. Servata tamen in murorum reparatione forma præſcripta. *in l. omnes* 12. *C. de oper. publ.* Et illis, per quorum finis formarum meatus tranſeunt, onus incumbit ductus à ſordibus mundandi, qui inde hujus oneris intuitu ab extraordinariis oneribus ſunt
LVIII. immunes, *l. p. C. de aquæduct.* Curet tamen provinciæ Præſes, ſi ædificia hæc ſint conſtruenda, ut hujuſce conſtructionis locatio fiat ſub haſta, juxta morem quam à Romanis ſervatum fuiſſe, ex Polybio, Plutarcho, Cicerone & aliis obſer-
LIX. vat Matthæus, *de auction. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 1. *& ſeqq.* & ita, quod artificis opera non conducatur dietim pro certo ſtipendio,
LX. ſed pro integra ædificii conſtructione; alias ad operis conſervationem per annos quindecim, (quam ædificiis publicis indulſit Imperator *l. omnes* 8. *C. de oper. publ.*) is minime teneretur, *Roman. ſingular.* 3. *n.* 1. *Avendaño de exeq. Mand. cap.* 13. *n.* 2. *lib.* 2.

LXI. Ne tamen in dies novorum ædificiorum occaſione populi graventur, & rapinis via ſpecioſa aperiatur, vetuerunt Arcadius & Honorius, inconſulto Principe nova opera inchoari, exceptis horreis, & ſtabulis publicis, ne dum Romæ, & Conſtantinopoli, *l. intra urbem* 5. *C. de oper. publ.* verum
LXII. etiam in provinciis. *l. nemo Iudicum* 13. *C. eod.* Et quando etiam Principis venia acceſſerit, Præſidi non licebit privatorum domos demoliri inchoandæ publicæ fabricæ gratia, ſi quinquaginta librarum argenti pretium excedat æſtimatio.
LXIII. *l. ſi quando* 9. *C. de oper. publ.* quæ & tunc è publico ſolvenda eſt domino, qui ſemper tenetur vendere rem propriam, ubi publica

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

publica utilitas id expoſcat, ut ſentiunt Perez *ad tit. C. de oper. publ. n.* 4. Avendaño *de exequen. Mand. cap.* 19. *n.* 39. Gailius *obſerv.* 56. *n.* 2. *& ſeqq.* qui plenè *ibid.* decernit, an, rebus privatorum ob publicam utilitatem ablatis, teneatur Princeps ad ſolutionem juſti pretii, *à num.* 8. *ad finem.* Et ea LXIV.
tandem quæ ad hujuſmodi onera ſpectant pulcherrimo hoc clauduntur monito per Iuſtinianum, quod Præſes *quicquid omnino eſt Publico & Civitatibus utile, & cogitabit, & faciet, & nunciabit:* ut ſic, ne dum opera, at cogitationes præterea in hanc ſolam curam intendat, & ea, quæ populis profutura arbitratur, Principi repræſentet, adeoque Præſidi cuique injunctum modo videtur id quod apud Claudianum *de quarto Conſ. Honor.* Pater Honorio edicebat:

Tu civem, patremque geras, tu conſule cunctis,
Nec tibi; nec tua te moveant, ſed publica vota.

CAPVT IV. § II.

Præſidum juriſdictioni milites ſubduntur.

HAbebis autem obedientes tibi & qui in provincia ſunt milites, in quibus eorum opus habueris ad miniſterium juſtum. Quod ſi delinquentes inveneris: ſub omni caſtigatione decenti inſuper ex emolumentis eorum ſatisfieri læſis procurabis.

Ἕξεις δὲ ὑπακούοντάς σοι καὶ τοὺς κατὰ τὴν ἐπαρχίαν στρατιώτας, ἐν οἷς ἂν αὐτῶν χρήζοις εἰς ὑπηρεσίαν δικαίαν, οὓς εἰ πλημμελοῦντας εὕροις, ὑποθήσεις σωφρονισμῷ πρέποντι. καὶ πρόσγε ἐκ τῶν σιτήσεων αὐτῶν τὸ ἱκανὸν γενέσθαι τοῖς ἠδικημένοις παρασκευάσεις.

I. *PLura ab Auguſto officia cur inſtituta.*
II. *Præfectorum Prætorii munus, auctoritas, numerus.*
III. *Milites quibus Magiſtratibus olim ſubjecti. & num.* XI.
IV. *Apud Romanos idem Magiſtratus civilis & militaris.*
V. *Civili Magiſtratui ſubjecti Milites. & cur. num.* VII. *Declaratur. num.* VI. *Ampliatur. num.* X.

VIII. *Violentia, etiam in recuperanda re propria, vetita.*
IX. *Qua ratione Magiſtratui permiſſa.*
XII. *Militum delicta quis cognoſcat, & puniat. Declaratur num.* XIII.
XIV. *Miles graviter peccans, militiæ privilegia amittit.*
XV. *Ex militum ſtipendiis reſarcienda damna parti læſæ.*
XVI. *Militarium pœnarum, de quibus remiſſive, leviſſima eſt pecuniaria.*
XVII. *Hoſpitia Militibus qua ratione aſſignentur.*
XVIII. *Inculpabilis exercituum debet eſſe tranſitus.*
XIX. *Inſigne Romanæ diſciplinæ ſub M. Scauro Exemplum.*

I. INter cætera honorum vocabula, & officia, quæ
conſtituendæ Reipublicæ, & remunerandorum
belli ſociorum cauſa Auguſtus excogitavit, præci-
II. pua fuit Præfectura cohortium Prætorianorum, in
duos ex ordine equeſtri initio diviſa, *Dio hiſt. lib.* 55. & pro-
pter diſperſas per Vrbem cohortes non magnæ admodum
dignationis; mox Ælii Sejani apud Tiberium gratia, qui
eam ſolus exercuit, *Dio. hiſt. lib.* 57. *Tacit. annal. lib.* 4. *cap.* 2.
caſtrorumque prætorianorum extra Vrbem ædificatione, vi-
ſuque, & fiducia inter ſe militum, in tantam excrevit magni-
tudinem, ut ipſi Cæſarum faſtigio vix cedere videretur, plu-
rimaque extent exempla Præfectorum hujuſmodi, qui tam
eminentis fortunæ indulgentia adeo corrupti ſunt, ut priva-
tæ conditionis impatientes, poteſtate ſibi ad unam Princi-
pum tutelam tradita, ad eoſdem evertendos, inſidiiſque &
conjurationibus circumveniendos abuterentur, quamvis à
pleriſque Imperatorum infringendæ tantæ auctoritatis cauſa
III. rurſus in plures diviſam eſſe conſtet. Quamobrem Conſtan-
tinus in perpetuum ei incommodo occurſurus, quatuor Præ-
fectos Prætorio in poſterum eſſe voluit, omnemque eis admi-
niſtrationem rei militaris adimendam, inque Magiſtros equi-
tum, peditumque ad id ipſum inſtitutos, transferendam judi-
cavit, teſte Zozimo *hiſtor. lib.* 2. Hinc igitur ſubjecti proprio
Magiſtratui milites non amplius Præſidibus, qui parebant
Præfectis Prætorio, ſubjiciebantur, indeque duplici in pluri-
bus provinciis Magiſtratu deſtinato, neuter ad plenum ſua
ſorte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ſorte contentus erat, & civilis ac militaris Magiſtratus inter ſe ut plurimum rixabantur, unde plurima in populos incommoda redundabant, § 1. *Novel. de Præſ. Piſidiæ.* idcirco conſiderans Iuſtinianus *in Novel.de Præt. Lycaon. in præfat.* quod IV. olim apud Romanos, Magiſtratus ex civili & militari erat *contemperatus, præ ſe ferens, & oſtentans tam in inſtituenda acie robur, quam in ferendis legibus rectum & decentem ordinem:* pluribus provinciis, in quibus & militaris & civilis reſidebat Magiſtratus, utrumque munus conjunxit, ut in Præſide Piſidiæ, § 1. *Novel.de Præſ. Piſid.* in Prætore Lycaoniæ, *Novel.de Præt. Lycaon. in præfat. ad § p.* & in Prætore Thraciæ, *Novel. de Præt. Thrac. in præfat. & § 1.* & in aliis plurimis. imo univerſalem ſancivit legem, per quam ubique ſubjecit Præſidi- V. bus milites in provinciis conſtitutos, his mandans, ut Præſidibus auxilia præberent; quod ſi recuſarent, emolumentis, & militia privati corporea etiam pœna plecterentur, *cap. 12. § 1. Novel. ut jud. ſine quoquo. ſuffr.* Hanc igitur Sanctionem, cum ubique in Mandatis reſpiciat Iuſtinianus, monet Præſides, quod habebunt ſibi *obedientes, qui ſunt in provincia milites, in quibus eorum opus* habuerint, *ad miniſterium juſtum:* ut ſic VI. appareat, ne dum Præſidem, ubi opus fuerit, uti poſſe cohortibus quibuſdam ſibi ſubjectis, ut arbitratur Coteræus *de jur. mil. lib. 2. cap. 6. verſ. habent quoque.* Sed indiſtincte Milites omnes in provincia degentes ejus imperium ſequi debere, in his tamen, quorum miniſterio ipſe indigeat ad procurandam provinciæ quietem & utilitatem; & ſane par eſt Prin- VII. cipem, adeoque Præſidem, qui ejus vices in provincia gerit, aliqua militari manu ſuffultum eſſe, qua turbantes Rempublicam coercere, obedientes, ſi opus ſit, melius ab aliorum inſidiis & violentiis tutari, & neceſſarium publicæ ſecuritati obſequium vel ab invitis extorqueri poſſit. *Quis enim ita* Præſidem *non revereatur, ſimul in unum leges & arma coire ſpectans, & indidem conditione propoſita, ut aut legibus obtem-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

peret, ſi bono eſſe animo, & ſervari velit, aut vel primo ſtatim intuitu pereat, armis in proximo leges corroborantibus. § 1. *de Præſ.*
VIII. *Piſid. in fin.* Violentia ſiquidem, quæ homini privato adeo vetita eſt, ut ne pro recuperandis quidem rebus propriis ea uti poſſimus; ſoli Principi ejuſque vicem obtinenti Præſidi,
IX. tanquam legum cuſtodibus permittitur; in quibus propterea ſolis reſidere dicitur ea vis, quæ coactiva à Scholaſticis appellatur, ut ſubditos à malo cohibere poſſint, & in bonum dirigere. *Soto de Iuſt. & jur. lib.* 5. *q.* 3. *art.* 5. § 2. *& ſeqq.* adeoque æquum eſt, ut media his ſuppetant, quibus illam poſſint exercere ea ſemper ratione, quam juris forma præſcribit. *Ita enim* (ut § 1. *de Præſ. Piſid.* dicitur) *dignitate plenus erit; ita latrocinia exercentibus terribilis, ita injuſtis inevitabilis, ſi majore cum poteſtate omnia conficiat:* Et propterea *per copias militum vehemens, & robuſtus, per legem lenis & manſuetus ſit: & per hanc cauſam maleficis quidem vehementiorem, probioribus vero civi-*
X. *liorem ſe & moderatiorem exhibeat.* § 1. *de Præt. Lycaon.* Ne vero milites dicto Præſidis audientes non ſint, ſancitur hic, quod *ſi delinquentes illos invenerit, caſtigationi decenti* eoſdem ſubjiciat. Alias quippe Militaribus Magiſtratibus ſicuti omnis adempta eſt poteſtas in provinciales, ita indulta eſt in milites, *l.* 1. *C. de Off. Magiſtr. milit.* ut ſcilicet Magiſtro Officiorum
XI. (de quo Pancirolus *in not. Imp. Orient. cap.* 62. *& in not. Imp. Occid. cap.* 30.) onus incumberet, quotannis Imperatori ſignificare quomodo ſe haberet militum numerus, caſtrorumque ac clauſurarum (ſeu potius cluſuriarum, ut monuit Cujacius *obſ.* 24. *lib.* 3.) cura. *l. curæ* 4. *C. de off. magiſtr. offic.* & Duces exercitus, tam civiles quam criminales militum cauſas cognoſcerent, juxta Conſtitutionem Anaſtaſii *in l. fin. C. de re milit.* cum qua conſentiunt textus *in l.* 1. *&* 2. *C. de off. magiſtr. mil. & in l. magiſteriæ* 6. *C. de juriſd. omn. jud.* & plene Vegetii relato teſtimonio, & hiſtoriarum auctoritatibus comprobat Coteræus *de jur. mil. lib.* 2. *cap.* 6. Cum igitur hinc

militum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

militum delicta Præſides non cognoſcerent, poſſent tamen XII.
eos ſub cuſtodia conſtituere, ſi in eorum provincia delinquerent, *l. nemo.* 13. *§ fin. C. de re mil. l.* 1. *C. de exhib. reis.* & inde ad Magiſtrum militum referre, & eos remittere. *l. de militibus.* 9. *ff. de cuſtod. & exhib. reor. d. l.* 1. *C. de exhib. reis.* hic ideo forte Iuſtinianus non juſſit Præſidibus delinquentes milites punire, ſed *caſtigationi decenti ſubjicere:* ut ſcilicet, juxta prædictas leges, eos ſub cuſtodia conſtituerent, ſi iis indulta non fuiſſet auctoritas imperandi militibus, quam ſuperius Præſidi Lycaoniæ & Piſidiæ conceſſam animadvertimus: *numero.* 9. vel omnino punirent, quando iis utraque hæc facultas fuiſſet indulta. Ne tamen provinciæ Præſes in admi- XIII.
niſtratione turbetur, inter ipſum & Iudicem militarem ea videtur ſervanda moderatio, quam innuit gloſſa *in l. magiſteriæ. V. etiam civilium quæſtionum. C. de juriſdict. omn. jud.* adeo ut in militaribus delictis, quæ enumerantur per Modeſtinum *in l. deſertorem.* 7. *ff. de re milit.* & explicantur per Decianum *tractat. Crimin. lib.* 7. *cap.* 15. ſolus Iudex militaris cognitionem habeat, & coercitionem; ſi vero miles crimen non militare commiſerit, & id ſit mediocre, cognitionem habeat Præſes, coercitionem Magiſter militum: & ſi XIV.
grave ſit delictum, tunc, quia inde militiæ privilegia miles amittit, *arg. tex. in l. Iudices.* 12. *C. de dignit.* Præſidi cognitio competit & coercitio: & ſententiam gloſſæ ſequitur Perez, *ad tit. C. de re mil. num.* 52. qui addit, deſertionis crimen à Præſide cognoſci, & à Magiſtro militum puniri: & pluribus relatis auctoribus Bobadilla *politic. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 67. *&* 68. qui monet ita ſervandum, niſi aliter peculiaribus Conſtitutionibus caveretur, quod idem animadvertit Maſtrillus, *de Magiſtrat. lib.* 5. *cap.* 15. *num.* 19.

Verum quia prædicta *decens caſtigatio* militis perſonam re- XV.
ſpicit, indeque nullum læſis provincialibus emergit emolumentum, quibus longe utilius foret impunito milite reſarciri

damna,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

damna, quæ ob licentiam militarem ſunt perpeſſi: Et huic malo conſulit omnibus intentus legumlatoris animus, & jubet, ex militum, qui damna inferre ſunt auſi, *emolumentis ſatisfieri læſis:* optimo ſane præcepto, quod ſi obſervetur, militarem cohibebit licentiam; nec illud pigeat obſervare; eſt
XVI. enim leviſſima pœnarum, quæ militi infliguntur, pecuniaria, ſi eas libeat animadvertere, quas recenſet Modeſtinus *in d. l. deſertorem 3. § 1. ff. de re milit.* & fuſe examinat Cote-
XVII. ræus *de jure militum lib. 3. à cap. 13. ad 19.* Et videmus Arcadium & Honorium graviori pœna mulctaſſe illos milites, qui majorem partem hoſpitii, quam par eſſet, occupaſſent; cum enim decreviſſent domum quamlibet hoſpitiis deſtinatam in tres partes dividi, quarum primam Dominus domus ſibi eligeret, alteram vero miles, poſtrema eidem Domino relicta; & ſi illuſtribus militibus in dignitate conſtitutis hoſpitium deſtinaretur, non quidem tertia domus pars, ſed dimidia aſſignaretur, hac tamen conditione, quod alter eligat, alter æquis partibus dividat: *l. 2. C. de Metat. & Epidemet.* Statuerunt, *ibidem*, quod ſi quis illuſtriorum majorem partem occupaviſſet, quam par foret, triginta librarum auri pœna mul-
XVIII. ctaretur, cæteri vero militia privarentur: Eaque fuit Iuſtiniani cura, ne à militibus, qui ad tuendas civitates & provincias conſcribuntur, aliquod damnum ſubditis inferretur; quod *primum, & maximum ſtatum eſſe Reipublicæ, ut inculpabiliter exercitus in itineribus converſetur, & innoxietas, atque indemnitas collatoribus cuſtodiatur* arbitratus fuerit; ideoque ad ſingula damna, quæ provinciis tranſitus militum conſueverunt inferre, prorſus evitanda, certas leges prudentiſſime ſtatuerit: *ead. Novel. § 1. & ſeqq.* de qua re pertractabimus
XIX. inferius *cap. 10. num. 22. & ſeqq.* Nec militarem licentiam quis jactet legibus his fruſtra cohiberi, quaſi leges armorum ſtrepitu deterritæ inter arma ſileant; ſed meminerit *pomiferam arborem, quam in pede caſtrorum fuerat complexa metatio,*

poſtero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

poſtero die abeunte exercitu intactis fructibus relictam, dum hic ſub M. Scauro mereret, apud Frontinum *Stratagemat. lib. 4. cap. 3. & 12.*

CAPVT QVINTVM.

Crimina puniri jubet.

Non permittas privilegiis aliquibus uti nocentes: ſed illud ſolum eis in auxilium obſervabis, ut undique puri horum quæ eis inferuntur, & innoxii videantur. Homicidia autem, & adulteria, virginumque direptiones, & invaſiones, & oppreſſiones, ita cum vehementia corrige, puniens delinquentes ſecundum noſtras leges, ut paulatim ſupplicium alios omnes faciat ſalvos.

Οὐ συγχωρήσεις δὲ προνομίοις τισὶ χρῆσθαι τοὺς ἀδικοῦντας. ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον αὐτοῖς εἰς βοήθειαν φυλάξεις, τὸ πανταχόθεν καθαροὺς τῶν ἐπαγομένων καὶ ἀνευθύνους φανῆναι. Φόνους δὲ καὶ μοιχείας καὶ παρθένων ἁρπαγὰς καὶ ἐφόδους καὶ ἀδικίας οὕτω μετὰ σφοδρότητος μετελεύσῃ, κολάζων τοὺς ἁμαρτάνοντας, κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους, ὡς τῇ καθ' ὀλίγον τιμωρίᾳ τοὺς ἄλλους ἅπαντας σώζειν.

I. *Pupilli & viduæ habent electionem fori.*
II. *Miſerabiles perſonæ quæ, remiſſive.*
III. *Certos judices habent in civilibus coloni Cæſaris & Collegia.*
IV. *In criminalibus, Patritii, aliique Principis & Auguſtæ officiales à ſolo Principe judicantur.*
V. *Studioſi conveniuntur coram Magiſtro vel Epiſcopo. Declaratur. num.* VI.
VII. *Milites à quibus judicentur.*
VIII. *Clericus non poteſt renunciare privilegio fori: ampliatur num.* IX.
XI. *Fori privilegia ablata nocentibus. limitatur num.* XII.
XIII. *In ſola innocentia ſit reorum fiducia.*
XIV. *Quæ delicta ſevere punienda. & numer.* XVI.
XV. *Delicta circa injuſtitiam verſantur, & hujus gradus, & num.* XL. XLI.
XVII. *Cujus finis gratia delicta puniantur.*
XVIII. *An poſſit Præſes pœnas à lege ſtatutas augere vel moderari.*
XIX. *Dicta Rhetorum & Poëtarum allegare permittitur Iuriſconſulto.*
XX. *Delicta puniri publice intereſt.*
XXI. *Quibus pœnis ſubjiciatur judex, qui à legum præſcripto recedit.*
XXII. *Iudex poteſt ex cauſa recedere à pœna per leges præſcripta. Ampliatur num.* XXIII. *Limitatur num.* LI. *Declaratur num.* XXIV. XXV. XXVI. XXVII. XLIX. & L. *Et quænam ſint hæ cauſæ. latiſſime. num.* XXVIII. XXX. XXXII. XXXIV. XXXVII. XXXIX. XLII. & XLIV.

XXIX. *Delinquentes cur aliquando puniantur iis in locis, in quibus deliquerunt. & num.* XXXI.
XXXIII. *Qui ex feritate peccat nulla venia dignus eſt.*
XXXV. *Invitus nec juſte, nec injuſte operatur.*
XXXVI. *Qui agit ex affectu non eſt injuſtus.*
XXXVIII. *Ob cogitationem ſolam nemo punitur.*
XLIII. *Ex temperiei diverſitate affectuum diverſitas.*
XLV. *Geometrica proportio in puniendis delictis ſervanda.*
XLVI. *Varia pœnarum genera,*
XLVII. *Minima pœna ſemper eſt infligenda. Declaratur. num.* XLVIII.
LI. *Princeps in imponendis pœnis an teneatur ſequi leges.*
LII. *Vulgus natum eſt ut metui obſequatur.*
LIII. *Ante legem editam eſt aliquando pœnæ locus. Declaratur num.* LIV.

I. INnocentiæ profeſſio eſt, ut ait Caſſiodorus *var. lib.4. epiſt.9. Principis elegiſſe præſentiam, ubi nec violentiæ locus datur, nec avaritiæ vitia formidantur.* Hinc Præſidum aliorumque Magiſtratuum forum in civilibus cauſis declinare, & Principem adire pupillis, viduis, cæteriſque miſerabilibus perſonis (quas enume-
II. rant Novarius *in tract. de privileg. miſerab. perſonar.* Barboſa *ad l. unicam. num.6. & ſeqq. C. quando Imperat.* Menochius *de arbitrar. caſu. 66.* Carlevalius *de judic. lib. p. tit. p. diſp. 2. à num. 529. ad 576.* & Paſchalis *de vir. patr. poteſt. lib.2. cap.2. num.91. & ſeqq.*) à Conſtantino permiſſum; *in l. unica C. quando Imper. inter pup. & vid.* quaſi principis, eodem Caſſiodoro teſte *d. epiſt.9. lib.4.* illi *mereantur præſidium, à quibus ſe*
III. *calliditas non abſtinet improborum.* Non diſſimilia privilegia, quod ſcilicet coram certis tantummodo judicibus poſſent conveniri, ſunt tranſlata ad colonos, inquilinos, & ſervos domorum Imperatoris: *l. ſi quis.6. l. dominicis.7. & l. fin. C. ubi cauſæ fiſcales.* & ad collegia: *l. fin. C. de juriſd. omn. judic.*
IV. eademque ratio videtur in criminalibus cauſis uſurpata, quod ſcilicet in his plerique à juriſdictione Præſidum ſubtraherentur; nam patritii, expatritii, conſulares viri, & alii officio prætoris quæſtorisve functi, aut ſacro cubiculo Principis, vel theſauris, aut privatæ rei, vel etiam Auguſtæ præpoſiti, à ſolo Principe, vel ab eo, cui is per ſacros apices injunxiſſet judica-

judicabantur: *l. fin. C. ubi Senat. vel Clariſſ. Matthæus de judiciis. diſput.4. num.* 36. Agentes quoque in rebus peculiares judices ut plurimum ſortiebantur: *l. unica. C. in quib. cauſ. milit.* Et pari ratione ſcholares coram magiſtro ſuo tantum, V.
aut Epiſcopo loci, prout ipſi hunc vel illum eligerent, conveniebantur, ex Conſtitutione Friderici *in Auth. habita. C. ne fil. pro patre:* ſi tamen vere ſtudioſi eſſent, non vero deſidioſi: VI.
ut obſervaverunt Matthæus *de judic. d. diſput.* 4. *n.* 44. & Gailius *obſerv.* 118. *lib.* 2. *num.* 8. Horum inſtar, privilegium VII.
hoc armatæ militiæ milites potiſſimum ſibi vindicabant, quod ſicuti olim auctoritate Præfecti legionis judicabantur; *Vegetius. lib.* 2. *cap.* 9. ita inde cogi non poſſent reſpondere in judicio civili aut criminali coram alio judice, quam Magiſtro militum, ut dictum eſt præcedenti capite, § 2. *num.* 12. niſi forte proprio privilegio renunciaviſſent. *l. ſi quis.* 29. *C. de pact.* (ad differentiam clericorum, qui nec VIII.
voluntarie poſſunt ſe ſubdere ſæcularis judicis juriſdictioni. *cap. ſi diligenti.* 12. *& ibi gloſ. V. pacto privatorum. de foro compet. Ponte de poteſt. proreg. tit.* 7. § 7. *num.* 16. *Borcholt. de feud. cap.* 10. *num.* 23. *Craſſus, qui plene materiam pertractat de effect. cleric. tract. p. num.* 43. *& ſeqq. Barboſa in cap. decernimus.* 2. *num.* 4. *ubi id procedere etiamſi Epiſcopus id permitteret.* IX.
de judic. Rota deciſ. 44. *num.* 12. *p.* 7. *recent.)* Vel per deſertionem X.
ſe indignos eo privilegio reddidiſſent. *Perez ad tit. Cod. in quib. cauſ. milit. num.* 2. Verum quia per hujuſmodi privilegia delictis via aperiebatur; *plurimorum namque alii quidem litteras ſacras, alii privilegia, alii pragmaticas formas, alii præcepta judicum, quidam alias ex aliis adinvenientes occaſiones ſibi peragunt peccandi.* ut animadvertit Imperator, *Novel. ut omnes obed. judic. in præfat.* huic morbo ut occurreret Iuſtinianus, in Conſtitutione illa, ad quam relative concepta ſunt Mandata, *in novella, ſcilicet, ut jud. ſine quoquo ſuffrag.* § 6. ſancivit *omnibus judicibus provinciarum omnes ſub-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

di; privatos quidem, ſecundum quod cinguli proprium præmium eſt in omnibus cauſis, & univerſis pecuniariis & criminalibus occaſionibus; qui vero in militiis conſtituti ſunt, & propriis judicibus deputati, etiam iſtos nihilominus occaſione fiſcalium, & criminalium ſubdi omnibus eis modis: indeque perpendens quantæ utilitatis futura foret hujuſmodi determinatio, quaſi metuens, ne ſatis aperte per præcedentia verba fuiſſet expreſſa, ut magis omnibus fieret clara, *ibid.* § 12. ſubdidit: *ſancimus, clariſſimos ſubjectarum provinciarum adminiſtratores citra omne factos pecuniarum ſuffragium, & ab his dati jusjurandi memores habere, & hanc à nobis licentiam, ut nulla ſit ulli apud eos penitus fori præſcriptio, neque in iis quæ committuntur ab aliquibus violentis, neque in criminibus, & quæ hinc oriuntur læſionibus, neque in ſeditionibus publicis, neque in publicorum tributorum exactionibus, ſed omnes ſimiliter ſubjacere horum juriſdictioni, non expectantium neque præcepta ſuſcipere à judici-

XI. *bus quibus ſubjecti ſunt, neque nunciare ad eos.* Huic igitur Conſtitutioni nunc inhærendo, provinciarum Præſidibus injungit, ne permittant *privilegiis aliquibus uti nocentes*, idemque alias decrevit *in Novella ut omn. obed. judic. provinc. per totam. ex qua deprompta eſt celebris Authentica Quæ in provincia. C. ubi de crim. agi oport.* Quod ſanè in iis tantum procedit caſibus, qui per Imperatorem *in d. Novel. ut judices.* § 6. & 12. fuerunt expreſſi: hic enim conſtituens Proconſulem Paleſtinæ, diſtinctum à ſpectabili ejuſdem loci Duce, qui ibi limitaneis fœderatis, & armatæ militiæ imperaret, *in Novel. de proconſ. Palæſt. cap.* 3. *§ p.* ait, *certe publicorum tributorum nomine, aut per cauſam motæ in populo ſeditionis, nemo prorſus à*

XII. *ſpectabilis proconſulis jurisdictione eximetur.* Submotis igitur privilegiis declinationis fori, (cujus aliqua, quæ his temporibus occurrunt exempla recenſent Iulius Clarus *ſenten. lib.* 5. *§ fin. q.* 35. Rudolfinus *in prax. judic. p. p. cap.* 7. *num.* 35. *& ſeqq.* Gratianus *cap.* 340. *n. p. & ſeqq.* & Iordanus *elucubrat. diverſ.*

diverſ. volum. 3. lib. 13. tit. 8. de foro compet. per tot.) in ſola innocentia à reis ſpem eſſe collocandam determinat Imperator: optime ſcilicet populorum quieti ſecuritatique con- XIII.
ſultum erit, ſi, qui de peccando deliberant, nihil in emendicatis hiſce confugiis, nihil in judicantium ſordibus ſibi præſidii poſitum eſſe intelligant, ſed unicum hoc noverint ſibi ſupereſſe auxilium, ſi *undique puri horum, quæ eis inferuntur, & innoxii videantur:* tunc quippe improbus à delictis abſtinebit, cum *eo ſolo ſe ipſum* certo ſciet *noxa* liberandum, *& ſupplicio,* ſi non delinquat. *cap. 3. §. p. in fine de Proconſ. Palæſt.* Id- XIV.
circo jubet corrigi *homicidia, adulteria, virginumque direptiones, & invaſiones, & oppreſſiones,* quibus certe, *ſi quid ejuſmodi delictorum eſt, oportet adnectere,* ut dicitur *in § adulteria. 12. in princ. Novel. de Cappadoc.* Et ita Imperator tria XV.
complectitur capita injuſtitiæ, circa quam omnia verſantur delicta: & quidem ordinatè, dum injuſtitia illa cenſetur maxima, quæ vitam; proxima, quæ familiam; ac poſtrema, quæ res proximi ſpectat, ut ex ſerie præceptorum Decalogi evincitur. Hæc autem delicta mandat *cum vehementia* puniri, adeo quod plectantur *delinquentes ſecundum leges, ut paulatim ſupplicium alios omnes faciat ſalvos.* Quam vehementiam XVI.
in puniendis cæteris haud expetit, ſed potius vult, quod Præſes *cæteros maleficos, ſiquidem incurabili morbo laborant, citra exceptionem puniat; ſi vero mediocriter, ad meliorem frugem tranſponat.* nullo diſcrimine caſtigans *improbe agentium* quemlibet, *etſi dives, etſi majore aliqua dignitate præditus* ſit. *cap. 2. § 2. Novel. de Præt. Lycaon. & § curæ autem. 3. Novel. de Præt. Thrac.* Quod ſi textus hos cum præcedentis capitis poſterioribus verbis placeat conjungere, in quibus jubebat Imperator conſuli parti læſæ ex ſtipendiis militum lædentium, utique veri illi fines, quorum gratia pœnas irrogari volunt legumlatores, Præſidi ante oculos objiciuntur: cum enim punitio delictorum utilitatis alicujus gratia fuerit inſti- XVII.
tuta;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

tuta; illius ſcilicet, qui peccavit; vel ejus in quem peccatum eſt; vel univerſi populi: *Tholoſanus ſyntagm. univ. jur. lib. 30. cap. 2. num. 8. & ſeqq. Leſſ. de juſt. & jure lib. 2. cap. 47. dub. 4. num. 21.* peccantis correctionem præ oculis habuit certe Iuſtinianus, dum ad *meliorem frugem* tranſponi reos deſideravit: *d. § 2. de Præt. Lycaon.* utilitatem pariter illius qui læſus fuit *in calce præced. cap.* conſideravit, dum illi damna illata voluit reparari; & in hoc textu tandem perfectiſſimum finem pœnalis ſanctionis innuit, dum pœnas voluit exerceri, ut exemplo populus à ſceleribus deterreatur: quos fines duo nobis philoſophiæ lumina jamdiu oſtenderant, dum Ariſtoteles *rhetor. primo.* pœnam aliam ſtatuit *ejus gratia qui patitur*, ut ſcilicet corrigatur, aliam vero *ejus qui facit* (hoc eſt qui eam expetit, ut *d. cap. 2. num. 8.* animadvertit Tholoſanus) *ut impleatur.* & Plato præterea *in Gorgia* utilitatem, quæ derivatur ab exemplo, conſideravit, dicens, *convenit omnem, qui ab aliquo recte punitur, vel ipſum fieri meliorem, utilitatemque percipere, vel cæteris exempla dare, ut illi pœnas aſpicientes meliores efficiantur.*

XVIII. Verum quia non ſimpliciter delicta puniri jubet Imperator; ſed *ſecundum noſtras leges*; eritne Præſes adeo alligatus legibus, ut ab iis præſcriptas pœnas umquam poſſit augere vel temperare? Contrarium ſanè innuit Tiraquellus, qui doctiſſimum opus conſcripſit *de pœnis temperandis aut remittendis:* innuit pariter Claudius Saturninus, dum ſive facta, ſive dicta, ſive ſcripta, ſive conſilia forent, punienda, voluit conſiderari cauſam, perſonam, locum, tempus, qualitatem, quantitatem, aut eventum. *l. aut facta. 16. ff. de pœn.* eaque
XIX. ſingula §§ *ſeqq.* proſequitur, & propria dicta Demoſthenis & Homeri teſtimoniis confirmat. *§ qualitatem. 6. & § eventu. 8.* ut nos certe ita excuſet, ſi extra Iuriſconſultorum caſtra præſidia aliquando noſtræ quærimus interpretationi.

Non

Non remitti pœnam facilè, publicè intereſt, ne temere ad maleficia quiſquam proſiliat. *l. ſi operis.* 14. *C. de pœn. l. ita vulneratus.* 51. *ff. ad l. Aquil. Thoming. deciſ.* 39. *num.* 6. ideoque à legum præſcripto recedens judex in decernendis pœnis, conſcius criminis præſumitur, indeque infamis declaratur, ac eadem pœna punitur, qua reus ipſe puniendus fuiſſet. *Farinac. prax. Crim. q.* 17. *num.* 6. *Menoch. de arbitr. lib. p. quæſt.* 96. *num.* 10. 11. *&* 12. *Tiraquel. de temper. pœn. in præfat. num.* 9. *& ſeqq.* Verum ubi quæpiam legitima accedat cauſa, tunc, quaſi deficiat ratio, quæ legislatorem movit ad hanc potius quam aliam pœnam ſtatuendam, judicis arbitrio permiſſum eſt recedere à pœna per leges impoſita: *Clarus ſentent. lib.* 5. *§ fin. quæſt.* 85. *num.* 10. *qui de communi. Bobadil. polit. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 62. *in fine. Tiraquel. d. præfat. num.* 16. *Menoch. de arbitr. lib. p. q.* 96. *num.* 14. *& ſeqq. Farinac. d. q.* 17. *num.* 7. *ubi innumeros recenſet auctores, & de communi teſtatur. & ſeqq.* ſive illa à jure communi, ſive à ſtatutis, ſive à conſuetudine fuerit definita. *Menoch. d. quæſt.* 96. *num.* 16. *Farinac. d. q.* 17. *num.* 11. *& ſeqq. Clarus qui de communi & magis communi. d. q.* 85. *num.* 10. Si tamen judex ſit ex ordinariis majoribus, quales ſunt Præſides & Prætores, vel ex delegatis à principe, aut ſupremo Magiſtratu. *Menoch. d. quæſt.* 96. *num.* 14. *& à num.* 18. *ad finem. Farinac. d. q.* 18. *num.* 66. *&* 67. Cauſam ex qua movetur ad pœnam imminuendam in ſententia ſaltem genericè exprimat. *Tiraquel. d. præfat. num.* 53. *& ſeqq. Farin. d. quæſt.* 17. *n.* 64. *&* 65. *Clarus prax. Crim. lib.* 5. *q.* 85. *num.* 10. *verſ. prætereaque debet judex.* Neque agatur de pœna, quæ damnum paſſo, vel alteri cuipiam, cui ex delicto jus quæſitum ſit, veniat applicanda. *Avendan. de exequ. mand. lib. p. cap.* 7. *num.* 7. *Bobadil. polit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 99. *qui hoc idem in Baronibus ſtatuit. Menoch. d. q.* 96. *in princ. Farinac. d. q.* 17. *num.* 71. *Suarez de legib. lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 6. & tandem pœna immutetur in

XX. XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII.

actu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

actu ferendæ ſententiæ, non verò poſt eam latam; tunc quippe, niſi Principis beneficium accedat, omnis Præſidi minuendæ pœnæ facultas adempta eſt. *l. divi.* 27. *ff. de pœn. l. pœnam.* 15. *C. eod. Clarus. d. q.* 85. *num.* 10. *verſ. ſcies etiam.* Et parem vigere rationem in augendis pœnis, poſt gloſſam *in can. ſi quem* 8. *v. volunt.* 2. *q.* 4. & Archidiaconum *in can. qui bona. col.* 6. *verſ. & hæc vera.* 17. *q. p.* monuit Tiraquellus *de pœn. temp. in præfat. n.* 18. & Suarez *de legibus. lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 5. *in princ.*

XXVIII. Quæ tamen ſint hæ cauſæ, ex quibus judices majores jure pœnam remittant, mutent, vel minuant, dubitatur, & Doctores duodecim materiam pertractantes enumerat Farinacius: *d. q.* 17. *num.* 10. Ad ſeptem capita materiam hanc revocat Claudius Saturninus, cauſam ſcilicet, perſonam, locum, tempus, qualitatem, quantitatem, & eventum. *l. aut facta.* 16. *ff. de pœn.* Quatuor tantum conſideranda in pœnarum auctione & diminutione ſenſit Gloſſa *in can. ſi quem.* 8. *§ notandum. v. voluntati.* 2. *q.* 4. cauſam ſcilicet, perſonam, ætatem, & rationem ſcandali: Et latiſſimè ſe effundens Tiraquellus, cauſas quatuor ſupra ſexaginta recenſet: *in tract. de pœn. temp. aut remit.* Et plures pariter aſſignat Clarus *ſentent. lib.* 5. *q.* 60. *& ibi* Giacharius, & Bajardus: *in addit. pariter. q.* 60. *per tot.* Et plurimos caſus individuos recenſet Felinus. *ad cap. p. num.* 49. *de Conſtit.* Ea tamen ſingula, quæ Doctores prædicti, & communiter ſcribentes præſertim ad titulos Digeſtorum & Codicis *de pœnis*, in hac materia edocent, ingenioſa ſane methodo recentioris cujuſdam Iuriſconſulti monitu ad certa quædam capita revocantur, quæ, ſi cum legalis, moraliſque ſapientiæ principiis mecum placeat conferre, apparebunt quam maximè congrua, & indicantis animum intra juſtitiæ terminos haud difficile continebunt. Si igitur cauſa liberandi à pœna legis inquiratur, hæc in intrinſecam diſtinguitur & extrinſecam: illa eſt, quando ſi non inju-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

injuſta, dura tamen pœna eſt, ad factum comparata: extrinſeca deſumitur ex ſpe magnæ in poſterum utilitatis, *l. ad beſtias. 31. ff. de pæn. Bajard. ad Clar. q. 60. num. 97.* vel ex merito aliquo, vel quapiam alia re commendante, qualis eſt anteactæ vitæ innocentia, *Tiraquel. de pæn. temp. cauſa 51. Bajard. d. q. 60. num. 97.* Natalium dignitas, juncta præſertim inſignibus erga Rempublicam meritis ipſius delinquentis, vel ejus majorum: *Bajard. d. q. 60. num. 99. Tiraquel. de pæn. cauſa. 31. & 49. per tot.* & prædictæ cauſæ tunc potiſſimum idoneæ cenſentur, quando ratio legis ſaltem peculiariter ceſſat in facto de quo agitur; tunc enim lex facilius & minore cum damno ſolvitur. *Tiraquel. in tract. ceſſ. cauſa à num. 130. ad num. 179.* quod idem maxime uſuvenit in iis delictis, quæ perpetrantur ex ignorantia, quamvis omni culpa non carente. *l. quicumque 4. C. de ſerv. fugitiv. Baiard. ad Clar. q. 60. num. 44. & 46. Gabriel. de reg. jur. Concl. 6. num. p. & 2. Suarez de leg. lib. 5. cap. 12. per tot.* vel ex animi infirmitate, ſuperabili forte, ſed difficulter: ut de temulento qui Principi maledixit reſcripſerunt Imperatores, *l. unica. C. ſi quis Imp. maled.* & de his plene inferius *num.* 34. Et hæ ſunt cauſæ juſtæ ſolvendæ leges, & tollendæ pœnæ.

Sin vero de pœnarum commutatione tractatur, ſpectanda potiſſimum eſt cauſa propter quam irrogantur, culpa videlicet delinquentis, item finis ad quem irrogatio hujuſmodi ordinatur, publica ſcilicet utilitas, quæ ex pœna accedit, de qua modo *num.* 17. Et quoad hanc, judici permittitur pœnas moderari vel augere, quando id conducat utilitati ejus qui peccavit, vel ejus cujus intererat peccatum non eſſe, vel populi. Et hinc, inſpecta peccantis utilitate, is, quem ſtatim pœnituit, mitius punitur, *Tiraquel. de pæn. temp. cauſa 28. & 60.* & ex oppoſito atrocius ille, qui alias correctus in eadem temeritate propoſiti perſeveravit: *l. capitalium 28. § ſolent. 3. ff. de pæn.* Sic habito reſpectu ad eum qui læſus fuit puniuntur latrones XXIX.

 famo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

famoſi, *d. l. capitalium. § famoſos.* 15. & quidem in locis ubi graſſati ſunt, ut *ſolatio ſit cognatis & adfinibus interemptorum,*
XXX. *eodem loco pœna reddita, in quo homicidia feciſſent:* aliæque ut plurimum à legibus & ſtatuentibus adjiciuntur pœnæ, per quas certo aliquo emolumento damnum læſæ partis rependatur, quod tollere vetitum eſt judici, ut dicebatur *num.* 26. imo etiam Principi, ſi audire placeat Menochium. *de arbitr. lib. p. quæſt.* 96. *num. p.* Publica pariter utilitas pœnas imminui aliquando expoſcit. *arg. text. in l. ad beſtias* 31. *ff. de pœn. Lucas de Penna l. p. column.* 13. *verſ. verum eſt tamen. C. de deſertor. Tiraquel. de pœn. cauſa.* 50. *num.* 1. *in fine.* & ex oppoſito pœnarum rigorem intendi quandoque exigit, ut exemplari punitione delictorum frequentia cohibeatur: ita ſcilicet videmus *in l. p. ff. de abigeis* puniri abigeos *duriſſime non*
XXXI. *ubique, ſed ubi frequentius eſt id genus maleficii*, & famoſos latrones *in d. § famoſos.* 15. *l. capitalium. ff. de pœn.* eo loco puniri, in quo graſſati ſint, *ut conſpectu deterreantur alii ab iiſdem facinoribus:* & juxta placitum Saturnini *in l. aut facta.* 16. *§ fin. ff. de pœn.* ſemper evenit ut *maleficiorum ſupplicia exacerbentur, quoties nimium multis perſonis graſſantibus exemplo opus ſit.*

XXXII. Quo verò ad merita ejus qui deliquit; cum neminem ultra merita puniri par ſit, hæc ſedulo examinanda ſunt, & juxta facti circumſtantias ad juris trutinam revocanda: *d. l. aut facta. ff. de pœn.* quod præſtare cum nequeat lex ipſa, juſti judicis partes erunt, huc aciem mentis omni affectu ſecluſo dirigere, quam ob cauſam forte judex ab Ariſtotele *Ethic.* 5. *cap.* 4. dicitur *jus quoddam animatum.* Et ſane in meritis conſiderantur cauſa quæ impulit, cauſa quæ retrahere debuit; & perſonæ idoneitas ad utrumque hoc cauſarum genus.

XXXIII. Quod autem ſpectat ad cauſam impellentem, omiſſa diſputatione de illo peccantium genere, quos peccata ipſa ſua ſponte delectant, quique ab Ariſtotele *magn. mor. lib.* 2.

cap. 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

cap. 6. cenſentur *ultra modum humanum proceſſiſſe, ut ipſos non homines ſed feras eſſe dicamus, ſicut & vitium ipſum feritatem.* quorum facta, ut dicitur *Eth. 5. cap. 9. in fine*, cum prodeant XXXIV.
ex affectu neque naturali, neque humano, venia digna minime ſunt. Pars hominum multo maxima ad vitia, impetu quodam corruptæ & in malum ſuo ſe ferentis pondere naturæ, duci ſolet, id quod unico verbo appetitum vocamus, quatenus niſum etiam quemdam naturæ complectitur, quo ad declinanda impellimur ea, quæ noxia nobis futura putamus, quem motum naturæ omnium validiſſimum eſſe conſtat; & hinc prima occaſio judici ſeſe offert honeſte recedendi à pœnis per leges præſcriptis, diligenter tamen examinata appetitus conditione, cujus cæco impetu ad peccandum quis fuit impulſus: hinc ſcilicet excuſatione non carent ea quæ contra leges fiunt, mortis, doloris, carceris, ſummæ egeſtatis, cujuſve alterius magni mali evitandi cauſa. *Bajard. ad Clar. quæſt. 60. n. 57. Tholoſan. ſyntagm. jur. univerſ. lib. 30. cap. 5. n. 4. & 5. Tiraquel. de pœn. cauſ. 33.* ad inſtar eorum, quæ fiunt ab invitis & coactis. *l. 1. § removet. 6. ff. de poſtul. Tiraquel. de pœnis. cauſa. 35. & 36.* quibus adnecti poſſunt ea ſingula, ad quæ nativi affectus vehementia peccantem urget, ſive ille ſit amor, *Tiraquel. cauſa. 4. num. 3. Bajard. d. q. 60. num. 37.* ſive iracundia, *l. ſi non convicii. 5. C. de injur. Tiraquel. de pœn. cauſa p. Bajard. d. q. 60. num. 36.* ſive alia ſimilis affectus ſpecies ex iis, quas recenſet Ariſtoteles. *Eth. 2. cap. 5.* licet enim, apud XXXV.
eumdem *Ethic. 5. cap. 8.* is qui *invitus facit, neque injuſte, neque juſte agere cenſendus eſt*, & qui naturali quopiam affectu ductus delinquit, injuſte agat, non tamen ille ab Ariſtotele *d. cap. 8.* cenſetur injuſtus, *cum cognoſcens quidem, ſed ſine ta-* XXXVI.
men præconſultatione agit quiſpiam, injuſte factum eſt, ut ſunt quæ ex ira fiunt aliiſque affectibus, qui neceſſarii naturaleſque hominibus accidunt; qui in his enim lædunt & peccant, injuſtè quidem agunt, ſuntque hæc injuſte facta, nondum tamen injuſti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ob hæc neque pravi ipſi homines habentur, quippe cum læſio ipſa ex pravitate minime evenerit, nam cum ex electione læſerit quiſpiam, tunc demum injuſtus ac pravus eſt.

XXXVII Quod attinet ad cauſas, quæ delinquentem debuiſſent retrahere; omnium potiſſima eſt injuſtitia, quæ pœnam mere-
XXXVIII. tur congruam damno, quod alteri infertur: ideoque cogitationis pœnam, quia inde nemo læditur, nemo patitur. *l. cogi-*
XXXIX. *tationis.* 18. *ff. de pœnis.* Sed tantum delicti conſummati, vel ſaltem intentati, & ita, quod priorem obtineant conſummata delicta, poſteriorem ea quæ ad actus aliquos, non vero ad ultimum proceſſerunt, quæ eo gravius puniuntur, quo ulterius quis proceſſit. *l. p. § fin. ff. de extraordin. Crim. l. aut facta. § eventus.* 8. *ff. de pœn. Tiraquel. de pœn. cauſa.* 37. 38. 39. *&* 40.
XL. & in utroque genere ea eminet injuſtitia, quæ communem ordinem perturbat, & proinde plurimis nocet, ut in hac ideo vel ſola conſilia puniantur; *l. p. l. cujuſque* 4. *ff. ad l. Iul. Majeſt.* & ob metum publici periculi ac ſcandali legis liceat, imo oporteat, tranſgredi. *gloſ. in can. ſi quem.* 8. *V. voluntati.* 2. *q.* 4. *Felin. cap. canonum ſtatuta. num.* 49. *in princ. de conſtitut.*
XLI. *Mynſing. obſerv.* 54. *num.* 3. *cent.* 2. Ea inde injuſtitia proxime ſequitur, quæ ſingulos tangit, primo quo ad vitam, inde quo ad familiam, & poſtremo quo ad res, ut dictum eſt ſuperius *num.* 15. & cum mali habitus ſint deteriores actibus, in his major apparet pravitas, ſi quis ſæpius deliquit: *l. p. ff. de abigeis. d. l. capitalium.* §. 8. *ff. de pœn. Farinac. prax. Crimin. quæſt.* 23. *num.* 1. *& ſeqq. Tholoſan. d. lib.* 31. *cap.* 2. *num.* 11. & cauſis quæ retrahere deberent à delictis adnumerari poteſt locus, cujus intuitu eidem delicto diverſa pœna imponitur, ut pluribus conſideratis rationibus oſtendit Ariſtoteles *ſect.* 29. *problem.* 14. & quidem adeo diverſa, quod idem furtum capite luendum ſit, vel minore ſupplicio ex loci diverſa conditione. *d. l. aut facta.* 16. *§ locus.* 4. *ff. de pœn. quam eleganter examinat Cujacius obſerv.* 19. *lib.* 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Perſonæ tandem aptitudo ad conſiderandas cauſas aver- XLII.
tentes, vel ſuſcipiendos affectus incitantes, perpendi conſuevit in corporis habitu, ſexu, educatione, aliiſque actus circumſtantiis ex ſententia Claudii Saturnini & Gloſſæ, de qua ſuperius *num.* 28. Nam ex diverſa corporis temperie magis XLIII.
proclives ad diverſos affectus homines conſtituuntur. *Ariſt. phyſiognom. cap. p.* liciti & illiciti diſcrimina minus habent cognita pueri. *l. aut facta.* 16. *§ perſona.* 3. *ff. de pœn. l. auxilium.* 37. *§ in delictis ff. de min. l. infans.* 12. *ff. ad l. Cornel. de ſicar. Tiraquel. de pœn. cauſa* 7. Mulieres. *l. ſacrilegii.* 6. *ff. ad l. Iul. pecul. Tiraquel. de pœn. cauſa* 9. craſſi ingenii homines, ac male educati, & alias ignari. *Tiraquel. cauſa* 10. 11. 13. 14. *&* 43. & hi in quibus bilis prævalet, iracundi ſunt; in quibus ſanguis, ad Venerem proni; tum vero illi propendet ſenectus, huic juventus, ut liquet ex ſenum & juvenum moribus eleganter deſcriptis per Ariſtotelem *Rhetor.* 2. *cap.* 12. *&* 13. Et ſenectus etiam à gravi delictorum pœna aliquando XLIV.
liberat. *l. ſi quis.* 3. *§ ignoſcitur.* 7. *ff. ad S. C. Syllan. Tiraquel. de pœn. cauſa* 8. Metum excitat mali imminentis cogitatio, & iracundiam recens ac nedum ſedatus dolor, ita ut rationem audiri vix ſinant, unde excuſandi occaſio, & quidem adeo vehemens, quod minuatur pœna, etiamſi delictum quis committat, ut conſulat amico, affini, vel etiam vicino. *Tiraquel. de pœn. cauſa* 20. 21. 22. *&* 23. ſuntque delicta ex iis affectibus derivata minus odioſa, quam ea quæ ex voluptatis naſcuntur deſiderio, quod & minus efficaciter movet, & differri, aliamque ſibi materiam ſine injuria quærere facilius poteſt. *Ariſtotel. ethic. lib.* 7. *cap.* 6. ac proinde illa magis excitant ad temperandas pœnas, nam quo magis animi eligentis judicium, & quo magis naturalibus cauſis impeditur, ſemper id quod delinquitur, minoris cenſetur. *l. perſpiciendum.* 11. *§ delinquitur.* 2. *ff. de pœn. l. abſentem. § fin. ff. eod.* adeoque ſemper ubi aliqua ex recenſitis cauſis occurrat, illa diligenter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

XLV. per judicem eſt ponderanda, & inde æſtimandum eſt meritum intra quod pœna conſiſtat, ut pro diverſa delicti ratione, geometrica quadam proportione, ut dicetur *num. ſeq.* puniantur delinquentes; quibus ſi aliquando ob imparia peccata par pœna, mortis ſcilicet, infligitur; id contingit, quia nihil morte gravius eſt, & hinc intra eam neceſſario, etiam
XLVI. in maximis delictis, conſiſtitur: adduntur tamen interdum pro merito cruciatus, indeque diverſa mortis genera irrogantur. *l. pœna. 9. ff. ad l. Pompej. de parricid. l. aut damnum. 8. § p. & 2. ff. de pœn.* cadaverum ſepultura denegatur. *Gotifred. ad l. p. littera D. ff. de cadaver. punit. Felin. d. cap. canonum. num. 49. verſ. unde dicit gloſſa. de conſtit.* & crimen aliquando morte non extinguitur: *l. fin. ff. ad l. Iul. Majeſt.* imo ut pœnæ delictis congrue adæquentur, impari genere pœnarum, (quas ſingulas enumerat Iurisconſultus *in l. ſi quis. 6. § fin. l. aut damnum. 8. § p. & ſeqq. l. moris eſt. 9. l. capitalium. 28. ff. de pœn.* & exemplis illuſtrat Tholoſanus *ſyntagm. jur. univerſ. lib. 31. à cap. 5. ad finem.*) paria delicta puniuntur, ut pœnæ magnitudo non tantum nude ſpectetur, ſed cum reſpectu ad patientem. *l. ſacrilegii. 6. ff. ad l. Iul. pecul. Tholoſan. lib. 30. cap. 5. num. 2.* nam mulcta, quæ pauperem onerat, divitem non onerabit; & homini vili ignominia leve erit malum, & honeſto grave: ideoque diverſa puniuntur ratione pauper ac dives, *l. p. § fin. ff. de pœn. Tiraquel. de pœn. cauſa 32.* liber homo ac ſervus. *l. in ſervorum. 10. l. capita-*
XLVII. *lium. 28. § fin. ff. de pœn.* Sed intra conceſſum modum ſemper ad minimum ducit ejus charitas, qui punitur, *l. interpre-*
XLVIII. *tatione. 42. ff. de pœn.* niſi plurium juſtior charitas aliud ſuadeat ob cauſam extrinſecam, quæ interdum eſt ingens periculum ab eo qui deliquit, (ut in ſeditioſis contingit ex traditis ſuperius *cap. 2. num. 6. & ſeqq.*) & plerumque eſt neceſſitas exempli *hoc eod. cap. num. 17.* Et extrinſeca hæc cauſa naſci ſolet ut plurimum ex generalibus invitamentis ad peccandum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

candum, inter quæ præcipua ſunt, facilitas peccandi, & conſuetudo, quæ acribus remediis eſt reprimenda, nam *idem ſæpius peccare permagnum* eſt. *Ariſt. Rhetor. p. cap.* 14. Numquam tamen recedat Præſes à pœnis per leges ſtatutis, niſi prius *adhibita diligenti conſideratione,* quemadmodum in neceſſaria canonum diſpenſatione monebat Pontifex: *in can. neceſſaria.6. p. q.7.* Et quando legitima cauſa ſuadeat, ut pœnas per leges ſtatutas adaugeat vel moderetur, *perſpiciendum eſt judicanti, ne quid aut durius aut remiſſius conſtituatur, quam cauſa depoſcit; nec enim aut ſeveritatis, aut clementiæ gloria affectanda eſt, ſed perpenſo judicio prout quæque res expoſtulat, ſtatuendum eſt. Plane in levioribus cauſis proniores ad levitatem judices eſſe debent, in gravioribus pœnis ſeveritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi.* ut monuit Marcianus *in l. perſpiciendum.* 11. *ff. de pœn.* Tutius eſt tamen, quod ubi pœnas moderari ſuadet æquitas, tunc Principi facti circumſtantias referat Præſes, ut is perpenſis omnibus jubeat an æquitati vel potius legi ſit parendum, Symmachi Vrbis Præf. exemplo; cum enim nemini permiſſum eſſet temere in alieni capitis diſcrimen irruere, niſi ſe idem prius pœnæ ſponſione vinciret, & tamen Africanus quidam Hygino violentiæ crimen objectum nullo pacto probaviſſet, foretque ideo condemnandus: ille militia pariter atque incauta Africani adoleſcentia ad leniendas pœnas excitatus, Valentinianum, Theodoſium & Arcadium *epiſt.*70. *lib.*10. facti enarrata ſerie voluit conſulere, eam ob cauſam, quod ſit *alia conditio Magiſtratuum, quorum corruptæ videntur eſſe ſententiæ, ſi ſint legibus mitiores: alia Dominorum Principum poteſtas, quos decet acrimoniam ſeveri juris inflectere.* Dicta ſint tamen de Præſidibus ea ſingula quæ de temperandis vel augendis pœnis dicebamus, non vero de Principibus, iis enim nullum pœnales leges vinculum injiciunt, & adhuc omnes pœnæ ſunt arbitrariæ. *Bald. l. cunctos populos. C. de ſum. Trin. num.*48.

XLIX. (margin, beside "Numquam")

L. (margin, beside "Tutius")

LI. (margin, beside "Dicta ſint")

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Boer. dec. 254. *n.* 2. *Tholoſan. ſynt. jur. univ. lib.* 36. *cap.* 21. *n.* 5. *Bobadil. polit. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 99. *Avendan. de exeq. Mand. p. p. cap.* 7. *num.* 10. præſertim ubi concurrant cauſæ conſideratæ per Suarez *de leg. lib.*5. *cap.*11. *num.*9. aliamque ideo Themiſtius *orat.* 5. monebat *Regis ac judicis virtutem eſſe: huic ſequendas leges, illi interdum etiam corrigendas, earumque ſeveritatem ac duritatem eſſe declarandam, utpote qui viva ſpiransque lex ſit, non in fixis atque immobilibus litteris poſita. hæc enim cauſa videtur eſſe ob quam regia poteſtas à Deo in terris è cælo tranſmiſſa ſit, ut ab immota conſtantique lege ad ſpirantem atque vivam hominibus eſſet perfugium conſtitutum.* Sciant autem tam Præſides, quam ipſi Principes, graviſſimo lethalis noxæ vinculo ſe obſtringi, quoties ad hujuſmodi pœnarum relaxationem vel immutationem ſine rationabili cauſa deſcendunt, ex ſententia doctiſſimi Cardinalis Cajetani: En, *in ſumma, V. judex*, illius verba: *Quartum quaſi extrajudiciale eſt injuſta remiſſio pœnæ; quando ſcilicet Iudex, etiamſi Princeps fuerit, relaxat pœnam homicidii, mutilationis, latrocinii, & hujuſmodi in damnum Reipublicæ aut partis. Magnum ſiquidem Reipublicæ nocumentum communiter infertur, cum mali impune evadant, quia creſcunt mali, & qui ſunt mali aut ad malum proni audent perturbare, vulnerare, occidere, &c. Nec excuſat commutatio pœnæ in pecuniariam, nec pax à parte habita, quoniam Princeps eſt cuſtos juſti, ita quod abſque rationabili cauſa utens hujuſmodi vocatis clementiis peccatum mortaliſſimum incurrit, imo reus eſt homicidiorum, &c. conſequentium.* Sic ille; Si ad quos ſpectat ejus ſententiam examinent, pro qua plurima congerit teſtimonia Maſtrillus *de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 7. *n.*6. *& ſeqq.* ego nec laudo nec vitupero: ſolum dictum Ariſto-
LII. telis *ethic.* 10. *cap.* 9. recenſebo: quod ſcilicet vulgus *non ita natum eſt, ut pudori obſequatur, ſed ut metui; nec ut abſtineat à pravis ob turpitudinem, ſed ob ſupplicia & pœnam.*

LIII. Ante legem pœnalem conſtitutam, eſt etiam aliquando

pœnæ

pœnæ locus, quia naturaliter qui deliquit in eo ſtatu eſt ut puniri licite poſſit, cum à juſto aberraverit, quod apud Ariſtotelem *Rhetor. p. cap.* 13. etiam in plurimis *eſt, præter legem ſcriptam, idque accidit partim volentibus, partim invitis legislatoribus: invitis quidem, cum ſe effugêre: volentibus autem & cum nequeant determinare, ſed neceſſe ſit univerſaliter dicere, & cum determinatio propter infinitatem facilis non ſit.* idque nobis eleganter ſane innuit Cicero, *lib.* 2. *de legib.* dum ait: *nec ſi regnante L. Tarquinio nulla erat Romæ ſcripta lex de ſtupris, idcirco non contra illam legem ſempiternam Sextus Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit: erat enim ratio profecta à rerum natura, & ad recte faciendum impellens, & à delicto avocans, quæ non tunc incipit lex eſſe, cum ſcripta eſt, ſed tunc cum orta eſt; orta eſt autem ſimul cum mente divina.* Et LIV.
juxta ea quæ mox decernebantur in pœna legali, ſervata quadam proportione eſt procedendum; benigniori tamen ſemper adhibita interpretatione, cum longe minores ſufficiant cauſæ ante latam legem, quia tunc legis auctoritas, quam ſervari publice intereſt, ad cauſas puniendi non acceſſit.

CAPVT V. § I.

Officiales cohibeat Præſes, ne ſubditos deprædentur.

PRæcipue vero officiales tuos retinebis, non permittens eis ſubjectos noſtros deprædari: neque ut illi officiales videantur quidem ſubjecti tibi, pro veritate autem tuæ præſint voluntati.

Μάλιστα δὲ τῶν πραξεωτῶν τῶν σαυτοῦ κρατήσεις, οὐκ ἐφιεὶς αὐτοῖς τοὺς ὑπηκόους τοὺς ἡμετέρους λεηλατεῖν, οὐδὲ δοκεῖν μὲν ἄρχεσθαι παρὰ σοῦ, τῇ ἀληθείαις δὲ σῆς ἄρχειν γνώμης.

I. *Prima præcepta cujuſque Reipublicæ bene gerendæ, quæ.*
II. *In Conſiliarios, & Adſeſſores eligendi viri probi. & num.* x.
III. *Officialium crimina ſevere punienda.*
IV. *Pœna non egreditur proprios auctores, & num.* XIV.
V. *Præſes tenetur ex delicto officialium, & familiarium: & cur, num.*XI. *Ampliatur numer.* VI. *&* XV. *Limitatur. num.* XII. *&* XIII. *Declaratur. num.* VII. *&* VIII.
IX. *Officialis quando dicatur delinquere ratione officii.*
XVI. *An pro delicto nominati teneatur is, qui nominavit.*
XVII. *An officialis teneatur ex delicto ſubſtituti remiſſive.*
XVIII. *Et an Princeps ex delicto officialis.*
XIX. *An ad reſtitutionem teneantur qui Magiſtratus viris dignis non conferunt.*
XX. *Accuſatoribus temere non eſt credendum.*
XXI. *Calumnioſi Delatores puniendi. & num.* XXIII.
XXII. *Regnante Tiberio præmia delatoribus tributa.*
XXIV. *Delatores audiendi ſunt à Magiſtratibus: Declaratur. num.* XXV.
XXVI. *Pœna delatoribus debita. & quando. num.* XXVII. *& ſeqq.*
XXVIII. *Delator quibus caſibus non incurrat infamiam.*
XXIX. *Chriſtiano homini quibus caſibus permittatur Chriſtianum accuſare.*
XXX. *Delator quinam laudem mereatur.*

I. EA eſſe omnis bene inſtitutæ civitatis prima veluti elementa, docebat Iſocrates in Oratione, quam ad Nicoclem Salaminium *de boni Principis officio* conſcripſit, ſi *optimi quidem dignitates conſequantur, cæteri vero nulla injuria afficiantur.* Sapienter interpretatus, nihil ad perpetuam humanæ ſocietatis felicitatem defuturum, ubi ſuus virtuti honos, ſua prave factis ſupplicia deeſſe non ſoleant: Iure igitur optimo Iuſtinianus, poſtquam § *ſuperiore*, diverſorum criminum pœnas eſt perſequutus, quibus mali à peccatis deterrentur, orationem convertit ad honores ac Magiſtratus, quorum cupiditas ad retinendum in officio optimi cujuſque animum efficaciſſima eſt; præcipien-
II. do Rectoribus provinciarum, ut in aſſumendis Conſiliariis, & officialibus, non gratia, ſed hominum meritis ducantur, eoſque à rapinis, & damnis ſubditorum cohibeant, nec ſociorum fortunas quæſtui, & prædæ habere permittant: circumſpiciendum enim diligenter eſſe, ſcribebat Cicero Q. Fratri *epiſt. p.* ut *in hac cuſtodia provinciæ non te unum, ſed omnes miniſtros Imperii, ſociis Civibus, & Reipublicæ præſtare videare:* ſine horum enim integritate, ipſorum Præſidum conti-

continentia Reipublicæ inutilis eſt; nec facile civibus imperaret, qui domeſticos habere in poteſtate neſcit. His igitur ex cauſis Præſes non quidem Chinenſium inſtar domeſticos domo publico ſigillo clauſa, ne largitiones procurent, coerceat, *Trigaut. de Regn. Chinenſi cap. 6.* ſed officialium, & familiarium crimina diligenter inquirat; & ſi quos invenerit reos, acriter ipſe puniat, &, ut *reliqui exemplo deterriti minus delinquant,* ſucceſſori non ſervet. *l. ſi quis. 6. § 1. ff. de pœnis.* & hac ratione ab illis ita ſe vindicet calumniis, quibus ex familiæ geſtis ſubjicitur; ut enim Auguſtum monebat apud Dionem *hiſt. lib. 52.* Mæcenas, *nulli amicorum, aut officialium tuorum nimia indulgenda eſt potentia; ſed ita iis moderandum, ut ne te in culpam aut repræhenſionem conjiciant: quidquid enim recte vel ſequius egerint, id vero tibi adſcribetur, talemque te cuncti cenſebunt, qualia eos facta exercere permiſeris.* III.

Quod ſi quem à nimia erga familiares indulgentia, virorum, quos diximus, auctoritas non deterret, ſaltem pœnis, quæ adverſus eam comparatæ ſunt, moneatur: quamvis IV.
enim ita pœna proprios teneat auctores, *l. crimen. 26. ff. de pœnis.* uti *propinquos, notos, familiares* procul ab omni calumnia ſubmoverint Imperatores, *in l. ſancimus. 22. C. de pœnis.* & ab omni præſumptione delicti liberaverit Menochius *præſumpt. 27. per totam, lib. 5.* ubi tamen agitur de iis, qui V.
publicas res adminiſtrant, in puniendo non ſolum propriæ cujuſque culpæ, verum etiam domeſticorum habenda eſt ratio; ne dum, quando hi repetundarum, *l. 1. C. ad leg. Iul. repetund.* verum etiam ſi aliorum criminum rei conſtituantur. *Felin. cap. Petrus. 17. num. 8. de homicid. Menoch. de arbitr. caſ. 345. num. 4. Farinac. prax. Crim. quæſt. 24. num. 53. Conrad. templ. Iud. lib. 1. cap. 1. § 3. V. pro Officialibus. num. 2. Sbrozz. de Vicar. Epiſc. lib. 3. q. 30. num. 1. & ſeqq. Serafin. deciſ. 527. num. 1.* adeo ut ad reſtitutionem damnorum Præ- VI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ſes teneatur; *Farinac. d. q. 24. num. 53. in fine. Rota deciſ. 6.*
VII. *num. 1. de Off. Vicarii, in antiq. & nov.* Si tamen Officiales illos ipſe elegerit, non vero à Principe acceperit, *Felin. d. cap.*
VIII. *Petrus. num. 11. V. declara.* & hi ratione officii deliquerint, *Roman. conſ. 11. num. 3. Sbrozz. d. quæſt. 30. num. 4. Roland. conſ. 95. num. 12. vol. 2. Cephal. conſ. 372. n. 27. Farinac. conſ. 5. num. 1. & d. q. 24 num. 56. Rota deciſ. 379. num. 1.*
IX. *part. 4. diverſ.* quod tunc dicuntur præſtare, quando favore, prætextu, contemplatione, vel calore officii delinquunt, ut reprobata ſententia Franciſci Marci, qui *deciſ. 425. num. 7. p. 1.* credidit Cubicularium, & quemlibet alium familiarem recipientem pecunias, ut rogaret Dominum, non peccare ratione officii; ſenſerunt Caravita *ſuper ritibus magnæ Curiæ. rit. 49. colum. fin. V. unum tamen adverte.* Farinacius *d. q. 24. num. 58. & 59.* & Rota *in Romana Notariatus apud Farinac. conſ. 5. num. 11. vol. 1. & deciſ. 233. num. 6. coram Gregor.* &
X. jure quidem, tam dura conditio Præſidibus imponitur, quia debent viros probos ad miniſterium eligere, *l. cum. ſi. 3. ff. de publican. & vectig. l. fin. § hac autem 4. ff. naut. caupon. &*
XI. *ſtabul.* quos ſi elegiſſent, & quidem ex communi opinione integerrimos, nequaquam ex eorum delictis tenerentur. *Felin. d. cap. Petrus. num. 11. Sbrozz. de Off. Vic. lib. 3. q. 29. num. 7. Seraphin. deciſ. 527. n. 1. ubi additio marginalis concordantes allegat. lit. A. Greg. deciſ. 233. num. 5.* Nec carere ſcrupulo ſocietatis occultæ eum, qui manifeſto facinori non deſinit obviare, cenſuit Rota. *deciſ. 6. de Off. Vic. in antiqu. num. 3.* ut enim egregius Philomuſus *in Pompejo actu primo, ſcen. 2.* canebat:

——— qui haud prohibet ſcelus
Mandat patrari. ————————

XII. Si tamen Præſes ſtatim purgaret delictum Officialis, vel ipſum exhiberet, ac pœna foret immunis. *Felin. d. cap. Petrus. de homicid. num. 9. & 12. Gregor. deciſ. 233. num. 4. Seraphin. deciſ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

deciſ. 527. *num.* 2. Prout etiam, ſi criminaliter ageretur ad XIII.
pœnam corporis contra officialem: tunc enim quia pœna XIV.
corporalis pro alio nequit ſolvi, *Roman. conſ.* 15. *num.* 2. *Mandoſ. ad Roman. conſ.* 487. *num.* 1. actio non competit contra Præſidem. *Felin. d. cap. Petrus. num.* 13. *Roman. conſ.* 11. *n.* 3. *& conſ.* 15. *num.* 1. *& ibi Addens. lit. B.* imo neque ſi expreſſe ad ſolvendam pro familia omnem pœnam civilem, & criminalem ſe obligaſſet: *Cancer. var. p.* 3. *cap.* 12. *num.* 137.
Sciantque Præſides ſe ipſos teneri, etiam ſi Officiales, qui XV.
deliquerint, fuerint electi à Principe, cum tamen prius ab iis
fuiſſent nominati, *l. exactores.* 8. *C. de ſuſceptor.* Quamvis enim XVI.
juxta Baldi ſententiam *in l. quoniam C. de conveniend. fiſci debitor.* non teneatur is, qui nominavit, quando ex neceſſitate officii nominat, & ejus nominationem ſequi non tenetur is, qui eligit; tamen quia Princeps Præſidum nominationi ut plurimum adhæret, ne eorum judicium videatur damnare, jure hi pro delicto nominati condemnantur, ut ratiocinabatur Ioh. Franciſcus de Ponte *de poteſt. Proreg. tit.* 3. § 5.
num. 17. *&* 18. An vero de defectibus ſubſtituti à ſe nomi- XVII.
nati teneatur Officialis, qui illum miniſterio præpoſuit; & an is ſatisfaciat parti læſæ, ſubſtitutum exhibendo, fuſè diſſerit Carlevalius, qui alios materiam pertractantes refert *in Apologia poſt. tom.* 2. *de Iudic. ad deciſ.* 79. *num.* 1. *& ſeqq.*

Cenſuit præterea Principes quoſlibet, imò ipſum etiam XVIII.
Imperatorem teneri de delictis per Officiales à ſe conſtitutos commiſſis, Conradus *in templ. Iud. lib.* 1. *cap. de Imperatore.* § *pro Officialibus. num.* 1. Crediderim tamen Principi multa indulgeri, quæ Præſidibus denegantur, cum ipſe ad inſtar horum non uni civitati, vel provinciæ, ſed univerſæ Reipublicæ præſideat: imo etiam plura cum finitimis Principibus ſibi incumbant negocia, ut ideo venia dignus ſit, ſi Officialium, quos eligit, conditiones adeò exacte non calleat:
putavit tamen Soto *de juſt. & jur. lib.* 3. *q.* 6. ubicumque vi- XIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ris dignis honores, & ſtipendia non demandentur ab eo, qui præeſt Reipublicæ; acceptionis perſonarum crimen committi, & inde vinculum reſtitutionis oriri, quæ facienda ſit non quidem dignioribus, qui ea munera conſequi debuiſſent, ſed populo, qui damnum & incommoda ex parum idonea illa electione accepit: cum ſola populi neceſſitate, non vero ratione perſonarum, quibus deferuntur, inſtituti ſint honores, & decreta ſtipendia, quæ his obveniant: & hoc idem ſentiunt Maſtrillus, qui de communi Theologorum opinione teſtatur, *de Magiſtrat. lib.* 2. *cap.*1. *num.* 71. *& ſeqq.* & Ponte *de poteſt. Proreg. tit.* 3. § 5. qui monet in electionibus his iniquum eſſe gratificare perſonas, attendere preces,
XX. vel aliorum interceſſiones, *num.*6. *& ſeqq.* Hinc igitur ad punienda officialium & familiarium delicta excitentur Præſides, caute tamen procedant, nec de facili credant accuſationibus, quando Magiſtratus etiam optimi ac integerrimi immunes non ſunt ab iniquorum calumniis, ut fuſe hiſtoricorum
XXI. teſtimoniis comprobat Larea *alleg. fiſcal.* 101. qui ideo calumnioſas adverſus Magiſtratus delationes acerrimis pœnis puniendas docet, *alleg.* 102. Quod idem & aliis quibuslibet caſibus præſtandum eſt, dum Conſtantinus *in l. omnes.* 5. *C. de delator.* indulſerit *omnibus licentiam, qui ſe læſos exiſtimant contra delatores, ſeveritatem Iudicum implorare ferro di-*
XXII. *ſtrictam:* Quod ſane vel ipſa veterum Imperatorum ſuadent inſtituta, quandoquidem, etſi ſub Tiberii principatu fuerint *decreta accuſatoribus præcipua præmia, nonnumquam & teſtibus, nemini delatorum fides abrogata*, teſte Suetonio *cap.* 61. quo tempore auctor eſt 3. *de Benef. cap.*26. Seneca, quod *fuit accuſandi frequens & penè publica rabies, quæ omni civili bello gravius togatam civitatem confecit, accipiebatur ebriorum ſermo, ſimplicitas jocantium, nihil erat tutum, omnis ſæviendi placebat occaſio, nec jam reorum expectabatur eventus, cum eſſet*
XXIII. *unus:* mitiori tamen ſæculo, cum optimus Princeps Trajanus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

nus Rempublicam habebat, hæ humanæ generis peſtes *vel-ut piaculares publicæ ſollicitudinis victimæ ſupra ſanguinem in-noxium ad lenta ſupplicia gravioreſque pœnas ducebantur.* teſte Plinio *in panegyr.* & Antoninum Pium adeo immani odio delatores habuiſſe, *in ejus vita* refert Capitolinus, *quod ſi non probarent objecta crimina, capite eos mulctabat; ſi probarent, oblato præmio infames dimittebat.* Audiendi quidem ſunt illi XXIV. à Præſide, nam ut ajebat *Inſtitut. orat. lib.* 12. *cap.* 7. Quinti- XXV. lianus, *ſi pœnas ſcelerum expetere fas non eſt, prope eſt ut ſcelera ipſa permiſſa ſint, & licentiam malis dari certe contra bonos eſt.* Sed ſi aliquos vel præmiorum, vel odii ſolo impulſu agita-tos quempiam videat accuſare, calumniam timeat, Theodo- XXVI. rici Regis cautus exemplo, qui *in edicto cap.* 35. ſtatuit, ut *is, qui quaſi ſub ſpecie utilitatis publicæ, ut ſic neceſſarie faciat delator exiſtit; tamen ſi ea, quæ ad aures detulerit, inter acta conſtitutus non potuerit adprobare, flammis debet abſumi.* & *cap.* 50. addidit, *occultis ſecretiſque delationibus nihil credi de-bet, ſed eum qui aliquid defert ad judicium venire convenit, ut, ſi quod detulit non potuerit adprobare, capitali ſubjaceat ultio-ni.* Quod idem fere ſtatuiſſe videtur Fridericus Secundus, *Conſtit. Neapol. lib.* 1. *tit.* 50. *cap.* 4. nec omnino diſſentit Mar-tianus, qui delatorem puniri, ſi delictum non comprobave-rit, voluit, *in l. non tantum.* 24. *ff. de jure fiſci.* Verum quia *ut* XXVII. *accuſatoriam vitam vivere, & ad deferendos reos præmio duci proximum latrocinio eſt, ita peſtem inteſtinam propulſare, cum propugnatoribus patriæ comparandum*, juxta Quintiliani ſen-tentiam: *d. cap.* 7. *lib.* 12. Ab infamia aliiſque pœnis delato- XXVIII. ribus impoſitis immunis eſt ille, qui ad ſui tutelam, & inju-riam propulſandam alios deferat; puta ſi communem cauſam ſibi cum fiſco proſequitur, *l. deferre.* 18. *§ ſed communem.* 7. *l. fiſcus.* 38. *§. fin. l. delator.* 44. *ff. de jur. fiſci.* vel non tam de-ferendi animo, quam delationem contra ſe factam repellen-di. *l. nulla macula.* 3. *C. de delator.* vel ſuam injuriam exequi-

tur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

tur, vel tuorum, *l. ii tamen. ff. de accuſ.* quorum appellatione etiam amicos contineri, ſenſit cum Baldo *in l.* 1. *C. qui accuſ. non poſ. num.* 33. Decianus *tract. Crim. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 13.

XXIX. Chriſtiano quidem homini Chriſtianum accuſare non licere, cenſuerunt aliqui; & eorum ſententiæ favere videtur Canon 73. Concilii Eleberitani, in quo definitur, quod *delator ſi quis extiterit, fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proſcriptus vel interfectus, placuit eum nec* (legit ibidem in margine *nonniſi* Binius, *Concil. general. tom.* 1.) *in fine accipere communionem: ſi levior cauſa fuerit intra quinquennium accipere poterit communionem; ſi Catechumenus fuerit, poſt quinquennii tempora admittatur ad baptiſmum.* quem in capitularibus Caroli, & Ludovici Impp. inſeruit Anſegiſus *lib.* 6. *cap.* 244. & Decretorum volumini Gratianus *Can. delator.* 5. *quæſt.* 6. Verum quia ultionem non correctionem proximi ſacra excludunt eloquia, tunc ſententiam hanc procedere eſt aſſerendum, quando quis accuſat pro damno irreparabili, ad accuſandum inſurgit odii vel lucri cauſa, nec ad vindictam publicam communemque Reipublicæ utilitatem ſuum dirigit Officium: ut plene tradidit Decianus *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 2.

XXX. *& ſeqq.* alias quippe, ut dicebat Quintilianus *Inſtit. orat. lib.* 12. *d. cap.* 7. laudabitur is, qui *non pœnæ nocentium cupidus, ſed emendandi vitia corrigendique mores* dabit, veterum Romanorum inſtar, *obſidem Reipublicæ malorum civium accuſationem.* verum de hac re fuſius agemus in reliquis noſtris de jure publico commentariis. *ad tit. C. de delator.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

CAPVT V. § II.

Viri probi, & docti à Præſidibus in Adſeſſores & Conſiliarios aſſumendi ſunt.

FEſtinabis etiam Conſiliarium & quicunque fuerit circa te, aſſumere virum optimum, & purum undique, & contentum iis quæ à fiſco dantur. & ſi quid præter ſpem acceſſerit, & non inveneris eum cuſtodientem tibi fidem juſtam; illum quidem expelles: alio vero utêris Conſiliario, legem & juſtitiam cum puris ſervante manibus.

Σπεύσεις δὲ καὶ πάρεδρον καὶ εἴτις ἐστὶ τῶν περί σε, λαμβάνειν ἄνδρα χρηστὸν, καὶ καθαρεύοντα πανταχόθεν, καὶ ἀρκούμενον τοῖς παρὰ τοῦ δημοσίου. καὶ εἴ γέ τις παρ᾽ ἐλπίδας γένοιτο, καὶ οὐχ εὕροις αὐτὸν φυλάττοντά σοι πίστιν δικαίαν, τὸν μὲν ἀπελάσεις, ἑτέρῳ δὲ χρήσῃ παρέδρῳ, τὸν νόμον καὶ τὸ δίκαιον μετὰ καθαρῶν φυλάττοντι τῶν χειρῶν.

I. *MAgiſtratus civiles plerumque viris militaribus, & legum ignaris demandantur.*
II. *Adſeſſores qui.*
III. *Eorum munus. & num.* XIV. XV. XVII. XVIII. XIX. XX. *&* XXI.
IV. *Præſes non poteſt ſine conſilio Adſeſſoris ſententiam ferre, alias tenetur ad damna. Limitatur à num.* V. *ad* X.
XI. *Adſeſſor debet aſſumi vir probus, & contentus ſuis annonis. num.* XIII.
XII. *Certa ſtipendia Adſeſſoribus aſſignata.*
XVI. *Iudex non poteſt exercere officium advocati.*
XXII. *Adſeſſor tenetur ex facto Præſidis male judicantis.*
XXIII. *Præſes tenetur ex facto Adſeſſoris. fallit num.* XXIV. XXVII. *&* XXVIII. *Declaratur. num.* XXVI. *&* XXIX.
XXV. *Fabri ſententia reprobatur.*

COmmuni ſane noſtri priſcique ſæculi vitio fieri I.
ſolet, ut ſola bellica laude contenti, rudes plerumque pacis artium, ad publicas res adminiſtrandas provinciarum rectores accedant, *Cujac. ad Novel.* 82. *in princ. Roman. ad l.* 1. *de adſeſſor. num.* 1. *&* 14. quaſi difficili tam diſſimilium inter ſe virtutum in unum animum confluxu boni Imperatoris gloria potior habeatur, quæ

 ſi mi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ſi minus integram populo felicitatem, certe huic ipſi, quæ per otium aliter felicitati, ſecuritatem incolumitatemque parit: Hoc autem incommodum tolerabile prorſus videretur, ſi Præſides præſtandis provinciæ ſuæ pacis bonis (quæ plerumque in exercendis recta cum ratione judiciis ſita ſunt) poſtquam proprio ingenio uti nequeunt, recte alienis monitis, qui proximus ſapientiæ gradus eſt, uterentur: namque ut veriſſime canebat Heſiodus:

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ,
Φρασσάμενος τὰ κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω.
Ἐσθλὸς δ' οὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὅς δὲ κε μήθ' αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὅδ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

Et ille quidem optimus eſt, qui ſibi ipſi per omnia ſapit,
Cogitans quæcumque dein & ad finem uſque ſint meliora:
Sed & ille bonus eſt qui bene moneri paruerit.
Qui vero nec ſibi ſapit, neque alium audiens
Id in animum admittit, ille contra homo inutilis eſt.

Quapropter laudanda omnino eſt vetus conſuetudo, quæ Magiſtratus hujuſmodi una cum reliquo imperii comitatu
II. Iurisconſultos quoque, prout res ferebat, unum aut plures in provinciam ſecum ducebant ex primoribus Advocatorum aſſumptos, *Bullenger. de Imp. Rom. lib. 3. cap. 3. § ipſi etiam.* quorum conſilio controverſias definirent, prout juris ratio poſtularet. *l. 1. C. de adſeſſ. Pancirol. Not. Imp. Orient. cap. 8. Tholoſan. ſyntagm. jur. univ. p. 3. lib. 47. cap. 10. num. 12.* Hi *adſeſſores* paſſim, & *conſiliarii* aliquando; *Grotius ſparſ. flor. ad jus Iuſtin. ad tit. C. de adſeſſ. & ibidem. Perez. num. 1.* imo & *juris ſtudioſi* dicebantur: *Pancirol. d. cap. 8.* Et *ea quæ legum*
III. *ſunt inexplicantes, & occupationes adimplentes* Præſidum juridica tractabant. *Novel. de Iudic. in præfat.* adeo ut *quæ regit Provincias faſcibus, regeretur præfectura conſilio* Adſeſſorum. *Caſſiodor. lib. 8. epiſt. 10.* In his præterea ſummam doctrinam

pari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

pari vitæ integritate conjunctam, quemadmodum antiquitus requiſitam ſcimus, ita nunc potiſſimum requiri non dubium eſt; non enim licet Præſidi alias legum ignaro, citra vitium IV.
nullitatis, & abſque obligatione reſtituendi id quod intereſt partis injuriam paſſæ, inconſulto Adſeſſore ſententiam ferre, niſi forte contrarium jure municipali foret ſtatutum; vel ſti- V.
pendii tenuitas Conſiliarium accerſere non permitteret, *Bo-* VI.
badilla, qui plene diſputat articulum. politic. lib. 1. *cap.* 12. *à n.*6. *ad* 16. vel ſententia foret interloquutoria, ageretur ve de re VII.
minimi præjudicii, *Bald. l.*1. *C. ut nem. lic. tertio provoc. Paris* VIII.
de Put. de ſynd. V. conſilium. cap. 4. *num.* 2. adeo ve clara, & IX.
manifeſta, quod ſola facti cognitione indigeret. *Bald. in l. placet. C. de ſacroſ. Eccl. Chaſſan. ad conſuet. Burgund. Rubr.* 4. § 7. *verſ. ſi ce n'eſt du conſentement. num.* 31. vel Præſes ſen- X.
tentiam forte fortuna legum diſpoſitioni conſonam protuliſſet. *Bart. l. ille, aut ille. § cum in verbis. ff. de leg.* 3. *& in l. incivile. C. de furtis. Puteus. d. V. conſilium. num.* 2. *Bobadilla d. cap.*12. *num.*13. *& cap.* 6. *num.* 30. Iure igitur hic Iuſtinia- XI.
nus Præſidibus injungit, ut Adſeſſorem aſſumant *virum optimum, & purum undique*; additque præterea *& contentum iis quæ à fiſco dantur:* quia certa ſtipendia Adſeſſoribus à Prin- XII.
cipe aſſignabantur in particularibus delegationibus, *l. unic. C. de annon. & capitat. adminiſtr. & eor. Adſeſſor.* in iis ſcilicet notitiis, quæ ſingulis adminiſtratoribus, & eorum officiis delegantur, quibus annonæ eis debitæ taxantur, & capita, & pretia eorum quæ ſumunt, vel ex tributis, vel ex publicis horreis, *Gotifred. ibid. V. delegationibus. & Perez § fin.* quarum ſuppetunt exempla in Novellis. *Novel.*25. *& ſeqq. & in l.* 2. *§ & hæc notitia.* 19. & in Codice *tit. de off. Præf. Præt. Afr.* ubi Adſeſſori Prætorii Africæ ea aſſignantur ſtipendia, quæ efficiunt ferme ſummam noſtrorum aureorum 2200. ut ſenſit Pancirolus *in not. Imp. Orient. cap.*8. *ad fin.* & ultra hæc ſtipendia quidpiam accipere iis vetitum eſſe, fuſe probatum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

XIII. eſt ſuperius *cap.* 1. *num.* 43. *& ſeqq.* Immo Adſeſſores, qui illicitis lucris inhiarent, ſtatim expellendos eſſe monet Iuſtinianus, & eligendum novum conſiliarium, qui *legem, & ju-*
XIV. *ſtitiam cum puris manibus* ſervet. Incumbit autem Adſeſſoribus leges & juſtitiam obſervare, quia officium quo funguntur, teſte Paulo *in l.* 1. *ff. de off. Adſeſſ.* conſtat *in cognitionibus,*
XV. *poſtulationibus, libellis, edictis, decretis, epiſtolis.* Ad hos ſcilicet ſpectabant *cognitiones* quatenus Præſidem docebant, qua ratione in unaquaque juris quæſtione cognoſcendum foret: nam *inter peregrinos aut urbanos Prætor adeuntibus Adſeſſoris verba pronunciat*; ut ait Seneca *de tranquil. cap.* 3. Spectabant præterea *poſtulationes*, hoc eſt Advocatorum pro litigantibus patrocinia, quorum oratione multo facilius inſtruuntur Iudices & ad veritatem in cauſis penetrandam adjuvantur, quam ſi ipſi per ſe orarent principales intereſſe haben-
XVI. tes: illud tamen in primis cavebatur, ne id munus Adſeſſores ipſi in auditorio Præſidis agere cernerentur; abſurdum enim omnino, & indecorum eſt, perſonas adeo ſibi pugnantes invicem in unum confundere, & omnino vetitum erat Adſeſſori Advocati partes agere in eo auditorio in quo erat Adſeſſor, juxta ſententiam Pauli *in l. conſiliari.* 5. *ff. de off. Adſeſſ.* quam tamen exploſit Iuſtinianus, indiſtincte vetans *in l. fin. C. de Adſeſſ.* cuilibet *uno eodemque tempore tam advocatione uti, quam conſiliarii, cujuſcumque Magiſtratus, quibus Respublica gerenda committitur, curam arripere; cum ſatis abundeque ſufficiat vel per advocationem cauſis perfectiſſime patrocinari, vel Adſeſſoris officio fungi, cum ad utrumque feſtinat, neutrum bene peragat.* quod idem pariter decreverunt Va-
XVII. lens, & Valentinianus. *in l. quiſquis.* 6. *§ fin. C. de poſtul.* Sed eatenus poſtulatio inter Adſeſſoris munera fuit enumerata, quatenus, ubi ea fiebat apud Præſidem, incumbebat Adſeſſori advertere ne quid contra edicta in ea re fieret, &, ſi opus foret, Magiſtratum admonere. *l. nec quidquam.* 9. *§ obſervare.* 4. *ff. de*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ff. de off. Proconſ. & eadem ratione *libellos* munus Adſeſſoris XVIII.
complectebatur, non quod iis ſubſcriberet, hoc enim quoque onus Præſidi incumbebat *l. 2. C. de Adſeſſ.* ſed quia videre debebat, an apte illi fuiſſent concepti. *Perez ad tit. C. de Adſeſſ. num.* 4. & pariter interponendis *decretis*, dum bo- XIX.
norum poſſeſſiones dantur, vel minorum bona alienantur; & componendis *epiſtolis*, quæ mitti debent ad Præſidem alterius provinciæ pro exequendis ſententiis, vel examinandorum teſtium gratia; & proponendis de jure dicundo *edictis* Adſeſſoris opera Magiſtratus utebatur. *gloſſ. ad d. l. 1. V. decretis, & V. epiſtolis ff. de Adſeſſ. & Perez ibid. num. 6.* imo XX.
in edendis de quacumque re bannimentis. *Roman. ad l. 1. num. 7. ff. de Adſeſſ. Iaſ. ibid. num.* 13. Et ea denique ſingula, XXI.
quæ à Præſide negociis impedito explicari nequibant, ab Aſſeſſoribus expediebantur. *Novel. de Iudic. in præf.* dum multi Præſides *detenti curis* judiciorum complebant *partem per ſuorum præſentiam Adſeſſorum.* Et ad hos ita ſingula per XXII.
Præſidem de jure decreta referuntur, quod ſi is quidpiam contra jus decerneret, tunc Adſeſſor, *niſi ei pertinaciter reſtiterit, atque actis contradixerit, & quid jure conſtitutum ſit oſtenderit*, etiam ipſe puniatur, *l. quoniam. 21. C. de Appellat. l. omnes Iudices. 33. C. de Decurion. Roman. l. 2. ff. de off. Adſeſſ. num. 8. & l. 2. num. ult. C. quod quiſque jur. Paris de Put. de ſynd. V. Aſſeſſor. num.* 12. Verum ſi ex Adſeſſoris iniquo XXIII.
conſilio quidpiam decernet Præſes, teneturne ex facto Adſeſſoris, non ſecus ac ex facto Officialis, illum condemnari diximus *hoc eodem cap. § precedev. numero* 5? Ratione munerum, quæ Adſeſſor accipiat, Præſidem teneri ſanciverunt Imperatores *in l. 1. C. ad leg. Iul. repet.* & in his, quæ à ſubditis per Adſeſſorem acciperet, quadrupli pœna puniri voluit Iuſtinianus *§ 1. de Provinc. Præſid.* cujus duplum fiſco, duplum vero damnum paſſis perſolveretur. *Baſilic. lib. 6. tit. 3. § 14. & § 30.* Si tamen *Adſeſſoris imprudentia jus aliter* XXIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

dictum ſit, quam oportuit; non debet hoc Magiſtratui officere, ſed ipſi Adſeſſori, ex ſententia Pauli *in l. hoc edicto. 2. ff. quod quiſque jur.* quam approbant *ibid.* gloſſa *in princ.* Romanus *in princ.* Iaſon, & Caſtrenſis *num.* 1. Matthæus *de Iudic. diſp.* 3. *num.* 32. & Paris de Puteo *de ſynd. V. Adſeſſor. num.* 8. cujus ſane dicti eam optimam reddit rationem Cujacius, quod Adſeſſor ſe pro Iurisperito agit, ideoque juris ſcientiam præſtare debet: Præſes vero ſe pro Iuriſperito non agit, & plerumque Iuriſperitus non eſt, ſed vir militaris ex nobiliori familia quadam, qui arma callet potius, quam leges. *obſerv. ult. lib.* 23.
XXV. ut ſic certe reprobanda ſit Antonii Fabri conjectura, *in Rational. ad d. l. 2. ff. quod quiſq. jur.* qui & Adſeſſorem ex imperitia judicantem voluit liberare ab edicti pœna, quaſi in eo ceſſet dolus: cenſuitque ideo verba *ſed ipſi Adſeſſori* edicto adjecta *in d. l.* 2. non eſſe legis, ſed imperiti interpretis verba. Cum enim Adſeſſor eligatur ſolum ratione peritiæ, is utique, dum ſe eligi patitur, temere videtur ſe veluti peritum venditaſſe, cum tamen non eſſet; ideoque ſaltem ex lata culpa tenebitur ob imperitiam. *gloſſ. d. l. 2. V. Adſeſſoris. & ibidem Alex. in princ. & num. 2. & ſeqq. Caſtrenſ. num.* 5. Et quia Cujacii ratio mox relata *num.* 24. ceſſat in eo Præſide, qui eſſet Iuriſperitus, inde illi officiet Adſeſſoris imperitia, *Alex. qui Bartol. Bald. & Salicet. auctoritatem refert d. l. 2. in*
XXVI. *fin. Paris de Put. de ſynd. V. poteſtas num.* 9. quæ alias, ut dicebatur, Præſidem excuſat, ſi tamen de pœna ſit ſermo; nam quo ad damna, & intereſſe partis læſæ, tenetur etiam Præſes ratione levis culpæ, cujus eſt reus, ex quo imperitum ſibi Adſeſſorem accerſivit, juxta ſententiam gloſſæ *in d. l. 2. ff. quod quiſque jur. in fine*, quam ſequitur *ibidem* Iaſon qui de Communi teſtatur *num.* 4. Caſtrenſis *num. ultim.* Romanus
XXVII. *num.* 3. & Alexander *num.* 8. qui tamen monuit Præſidem ab hac levi culpa excuſari, quando Adſeſſorem elegiſſet, qui in ſimilibus officiis verſatus alias operam ſuam egregie navaſſet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

vaſſet. *ibidem num. 9.* & Cancerius *var. p 2. cap. 2. num. 162. & 170.* Prout pariter excuſatur, quando non ex electione XXVIII.
propria, ſed Principis, Reipublicæ, alteriusve ſuperioris juſſu, Adſeſſorem illum vocaviſſet, *Alex. d. l. 2. num. 8. & conſ. 65. num. 3. vol. 1. Paris de Put. d. V. adſeſſor. num. 1. & 11. Cancer. d. cap. 2. num. 164. & 177.* quod idem in reliquis officialibus, & familiaribus ſervari monuimus *§ præced. num. 1.* ea tamen XXIX.
& in his ſervata ratione, quam Q. Fratri dictabat Cicero *epiſt. 1.* quod ſcilicet horum *ſi quis forte eſſet ſordidior, ferres eatenus,* o Præſes, *quoad per ſe negligeret eas leges, quibus eſt adſtrictus, non ut ea poteſtate, quam ſic ad dignitatem permiſiſſes, ad quæſtum abuteretur: neque enim mihi ſane placet, præſertim cum hi mores tantum jam ad nimiam lenitatem & ambitionem incubuerint, ſcrutari te omnes ſordes, excutere unumquemque eorum, ſed quanta ſit in quoque fides, tantum cuique committere: atque inter hos, eos, quos tibi comites, & adjutores negociorum publicorum dedit ipſa Reſpublica, duntaxat finibus iis præſtabis, quos tibi præſcripſi: Quos vero ex domeſticis convictoribus, aut ex neceſſariis apparitoribus tecum eſſe voluiſti, qui quaſi ex cohorte Prætoris appellari ſolent, horum non modo facta, ſed etiam dicta omnia præſtanda nobis ſunt.* Et ut Ciceroni, Rhetorem Græcum elegantiſſimum adtexam, Iſocratem ſcilicet *orat. 2.* cujus prænobile dictum hoc claudat caput: *Diligenter inquirito,* o Præſes, *in tuos familiares, teque ſcito talem ab iis omnibus qui conſuetudine ſua non utuntur judicatum iri, quales illi fuerint, cum quibus vixeris; ſic alios iis præfice rebus, quas ipſe non geris, ut tibi adſcribendum ſcias quidquid illi fecerint.*

C A-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

CAPUT V. § Fin.

Paternum amorem erga populos exhibeat Præſes.

Talem vero præbebis temetipſum omnibus, & publice, & privatim, ut terribilis quidem ſis delinquentibus, & indevotis circa fiſcalia: manſuetiſſimus autem & mitis omnibus placidis & devotis, & paternam eis exhibens providentiam.

Τοιοῦτον δὲ παρέξεις σαυτὸν ἅπασι δημοσίᾳ τε καὶ ἰδίᾳ, ὥς τε φοβερώτατον μὲν εἶναι τοῖς ἁμαρτάνουσι καὶ τοῖς ἀγνωμονοῦσι πρὸς τὸ δημόσιον, ἡμερώτατον δὲ καὶ πρᾶον ἅπασι τοῖς ἐπιεικεστέροις καὶ εὐγνώμοσι, καὶ πατρικὴν αὐτοῖς εἰσάγειν πρόνοιαν.

I. *Populos Præſes debet moderari veluti Paterfamilias, & num.* III.

II. *Ad hunc finem quæ conducant recenſentur.*

I. Illud omnis politiæ, quæ nihil aliud eſt, quam quædam ars fœlicitatis publicæ procurandæ, caput & fundamentum eſſe docebat Ariſtoteles *Polit.* 5. *cap.* 11. ſi civitatem Rectores curent, ſe *tanquam patres familias eſſe putari ab illis qui ſub eis ſunt, nec pro ſe ca-*
II. *pientes, ſed pro communis utilitatis cautela & cura*: Nec ſane aliter ſentire viſus eſt legislator noſter in iis quæ luculenter hucuſque tradidit; dum de Tributorum exactione *pro communis authoritatis cautela* ita demum laborandum Præſidibus injunxit, ut à rapinis erga provinciales atque injuriis omnino tam ipſi, quam eorum comitatus atque familia temperent. Idemque *in hoc* § plenius ac diſertius profitetur: poſtquam enim Præſidi mandaſſet, ut ſe ipſum *talem* præbeat *omnibus & publice & privatim, ut terribilis quidem ſit delinquentibus & in devotis circa fiſcalia; manſuetiſſimus autem & mitis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

mitis omnibus placidis & devotis : (nam ſicut jubet Imperator, *Audaces & feroces contra inimicos judices & milites eſſe , ſic* vult *eos mites & benevolos circa collatores exiſtere , & nullum damnum nullamque læſionem in eos efficere* , ut ipſe teſtatur *in l.* 2. § *ſicut autem* 11. *C. de Off. Præf. præt. Aphricæ*) nunc orationem eleganti illa coronide abſolvit ; Quod Præſes ſemper III. populis ſit *paternam exhibens providentiam:* Civium ſiquidem efficit *patrem juſtitia* ; ut egregie monebat *orat.* 5. Themiſtius, *iracundia Dominum ; Cauponem avaritia ; ſola divina eſt patris appellatio* (*nam hominum parentem etiam Iovem Poetæ nominant* :) *ex duabus reliquis illa ferarum , hæc mancipiorum eſt propria.*

CAPVT VI.

De fide publica aut ſecuritate non paſſim danda.

SEd neque hæc quæ dicuntur verba , id eſt jusjurandum , prompte dare feſtines , in amplius tempus : ſed & cum examinatione in tempore mediocri, & non tranſcendente triginta dierum inducias, ne ex hoc infinitæ ſint hominibus adinvicem contentiones. Si vero etiam aliquem ſub nuncupato verbo feceris : deinde aliquis adierit adverſus eum : deduces quidem eum , cuſtodiens datum ei verbum : & examinabis negotium, verbo ubique ſervato. & ſi etiam

Ἀλλὰ μηδέ τούτους δεῖ τοὺς καλουμένους λόγους προχείρως διδόναι σπεύδειν ἐπὶ πλείονα χρόνον, ἀλλὰ καὶ μετ᾽ ἐξετάσεως, καὶ ἐν χρόνῳ συμμέτρῳ, καὶ οὐχ ὑπερβαίνοντι τριάκοντα προθεσμίαν ἡμερῶν· ὥστε μὴ ἐντεῦθεν ἀπεράντους εἶναι τοῖς ἀνθρώποις τὰς πρὸς ἑαυτοὺς φιλονεικίας. εἰ δὲ καί τινα ὑπὸ τὸν καλούμενον λόγον ποιήσαιο, εἶτά τις προσέλθοι κατ᾽ αὐτοῦ, ἄξεις μὲν αὐτὸν, φυλάττων τὸν δεδομένον αὐτῷ λόγον. ἐξετάζεις δὲ τὴν ὑπόθεσιν τοῦ λόγου πανταχόσε σωζομένου. καὶ εἴ-

etiam contra eum ſententia neceſſaria ſit, condemnabis eum, & duorum propones electionem, utrum velit dato verbo abſolute abrenunciare, & agere quæ judicata ſunt, an non. Certe, ſi hoc non: ſacris eum terminis reſtitues, & ibi executionem inferes temperate, & cum debita venerabilibus locis reverentia.

περ καὶ ψήφου καὶ αὐτοῦ δεήσειεν, καταδικάσεις αὐτὸν, καὶ δυοῖν αὐτῷ προθήσεις αἵρεσιν, ἢ εἰ βούλεται τῷ δεδομένῳ λόγῳ καθαρῶς ἀπειπεῖν, καὶ πρᾶξαι τὰ κριθέντα. ἢ, εἰ μὴ τοῦτο, τοῖς ἱεροῖς αὐτὸν ὅροις ἀποκαταστήσεις, κἀκεῖσε τὸν ἐκβιβασμὸν ἐπάξεις σωφρόνως, καὶ μετὰ τῆς ὀφειλούσης τοῖς εὐαγέσιν ὅροις αἰδοῦς.

I. *Debitor antiquitus, cum non eſſet ſolvendo, ſervus conſtituebatur creditoris.*
II. *Ab eodem carceribus detinebatur & occidi poterat lege* XII *tabularum.*
III. *Ejus corpus inter creditores poterat dividi.*
IV. *Sexti Cæcilii de ea re judicium.*
V. *Tempus aliquod modicum indulgendum debitori.*
VI. *Quodnam id fuerit olim, & nunc, & quando id denegetur, remiſſive num.* VII.
VIII. *Ad concededam dilationem debitori, requiritur aſſenſus majoris partis Creditorum.*
IX. *Prout etiam ad diminuendum debitum, & quæ cenſeatur major pars.*
X. *Dilatio debitum minuit.*
XI. *Securitates ſeu ſalvi conductus non facile indulgendi, & quæ ſint ſervanda in iis concedendis. num.* XIII.
XII. *Securitatum ſpecies, & denominationes.*
XIII. *In cauſis Civilibus denegandæ ſecuritates: Declaratur num.* XIV. *&* XV. *Ampliatur num.* XVI. XVII. *&* XXI.
XVIII. *In fiſcalibus debitis non dantur ſecuritates. Ampliatur num.* XIX. *Declaratur num.* XX.
XXII. *Nec in cauſis criminalibus: Limitatur num.* XXIII. *Declaratur num.* XXIV.
XXV. *Securitas conceſſa à judice non habente facultatem eſt ſervanda: Ampliatur numer.* XXVI. XXVII. *&* XXVIII.
XXIX. *Fides eſt ſervanda latroni & hoſti publico.*
XXX. *Ciceronis contraria ſententia rejicitur.*
XXXI. *Iniqui ſunt exterminandi, non tamen iniqua via.*
XXXII *Ea ſumenda interpretatio, per quam actus ſuſtineatur.*
XXXIII. *Conceſſa ſecuritate, an ſint audiendi Creditores, & num.* XXXV.
XXXIV. *Ius Pontificium ſervandum in his quæ ſpectant ad reverentiam ſacris locis debitam.*
XXXVI. *Dilatio conceſſa debitori per judicem, non valet niſi præſtita idonea fidejuſſione: Limitatur n.* XXXVII. *&* XXXVIII.
XXXIX. *Fidejuſſio non poteſt per judicem remitti in ſecuritate concedenda.*
XL. *Debitor quilibet confugiens ad Eccleſiam gaudet immunitate.*

I. VEl ab ipſis Vrbis conditæ initiis lege vel more conſtitutum eſt, ut liberi homines, qui pecuniam deberent, cum ſolvendo non eſſent, à creditoribus ad operas in ſervitute præſtandas cogi poſſent;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ſent; ut ex Halicarnaſſæo & Livio teſtatur Sigonius *de antiquo Iure Civium Rom. lib. p. cap. 6. § quartum genus libertatis.*
Immiti inde decreto duodecim tabularum leges ſancivere, II.
quod debitoribus confeſſis triginta dies darentur conquirendæ pecuniæ cauſa, qua æs alienum diſſolveretur; atque hi, quaſi juſtitium quoddam, hoc eſt juris ceſſatio inter creditorem & debitorem eſſent, *juſti* appellabantur: quibus elapſis, niſi debitores ſolviſſent, ad Prætorem vocabantur, & ab eo creditori adjiciebantur, qui eos nervo & compedibus vinciret; & niſi interea ſolviſſent, vel pacti fuiſſent, in vinculis eoſdem dies ſexaginta habebat, quo tempore trinis nundinis continuis ad Prætorem in comitium producebat, quantæque pecuniæ judicati eſſent prædicabat tertiis nundinis; indeque
debitor, quaſi prorſus in ſui creditoris dominium omnino III.
tranſiiſſet, capite puniri, vel trans Tiberim venundari poterat: & ſi plures fuiſſent creditores, in plures partes, atroci ſane & barbaro facinore, illius corpus inter inhumanos creditores poterat dividi; ut ſatis indicat lex ipſa duodecim tabularum, quæ apud Gellium depravate concepta *Noctium Attic. lib.* 20. *cap. p.* & à Cujacio *lib.* 3. *obſerv.* 39. emendata, & utrobique plene explicata per hæc verba legitur: *Æris confeſſi rebuſque jure judicatis* XXX *dies juſti ſunto: Pedeinde manus injectio eſto: in jus ducito. ni judicatum facit, aut quipſendo eo in jure vindicit, ſecum ducito: vincito aut nervo, aut compedibus* XV *pondo, ne majore, aut ſi volet, minore vincito: ſi volet ſuo vivito: ni ſuo vivit, qui eum vinctum habebit libras farris endo dies dato, ſi volet plus dato: Tertiis nundinis partis*
ſecanto: ſi plus minuſve ſecuerint, ſe fraude eſto. Solam prio- IV.
rem legis hujus partem, ut ſcilicet debitores addicti creditoribus in vincula abducerentur, obſervatam fuiſſe aſſerit apud Gellium *d. cap.* 1. Sextus Cæcilius I. C. (quem per Trajani & Hadriani principatus legibus noſcendis ac interpretandis ſcientia, uſu, atque auctoritate illuſtrem fuiſſe memorat Ber-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

nardinus Rutilius, *in Iuriſconſultorum vitis, in vita P. Cæcilii*) & neminem unquam fuiſſe diſſectum: & cur hæc immaniſſima pœna à lege fuiſſet impoſita, veram cauſam per hæc verba afferebat: *omnibus quidem virtutum generibus exercendis colendiſque Populus Romanus è parva origine ad tantæ amplitudinis inſtar emicuit, ſed omnium maxime atque præcipue fidem coluit ſanctamque habuit, tam privatim quam publice: ſic Conſules clariſſimos viros hoſtibus confirmandæ fidei publicæ cauſa dedit: ſic clientem in fidem acceptum cariorem haberi, quam propinquos, tuendumque eſſe contra cognatos cenſuit: Neque pejus ullum facinus æſtimatum eſt, quam ſi cui probaretur clientem deriſui habuiſſe: hanc autem fidem majores noſtri non modo in Officiorum vicibus, ſed in negociorum quoque contractibus ſanxerunt, maximeque in pecuniæ mutuativæ uſu atque commercio: adimi enim putaverunt ſubſidium hoc inopiæ temporariæ, quo communis hominum vita indiget, ſi perfidia debitorum ſine gravi pœna eluderet.* Hanc igitur fidem adeo à Sexto Cæcilio commendatam ſequutæ poſtea leges, laxioribus tamen alligatam vinculis, inviolatam ſervari voluerunt: dixitque

V. ideo Vlpianus *in l.ſi debitori.21. ff. de Iudic.* quod ubi *creditor probaverit, vel debitor confeſſus fuit ſe debere, detur quidem tempus aliquod ad ſolvendum, ſed cum competenti cautela, & modicum:*

VI. additque *modicum* intelligi illud, quod poſt condemnationem reis indultum eſt; quod antiquitus erat bimeſtre, *l.fin. § p. C.de uſur.rei Iud.* & inde ad quadrimeſtres inducias prorogatum fuit, *l.eos qui. & d.l.fin. in princ.* (ut textibus his examinatis, & rejecta Alexandri ſententia, qui potius inducias has judicis arbitrio in illis textibus commiſſas fuiſſe credidit, egregie cenſuit P. Barboſa *ad l. ſi debitori.21. n. 167. & ſeqq. ff.de Iudic.*) & poſtremo tempus illud ad decem dies fuit coarctatum, communi quadam & ferè ubique gentium recepta conſuetudine (excepto in Vrbe tribunali Auditoris Cameræ, in quo ad normam hujuſce textus triginta dies aſſignantur)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

juxta ſententiam gloſſæ *in l. ſi debitori.* 21. *V. Modicum. & V. Indultum. ff. de Iudic.* quam fuſe proſequitur Ridolphinus *in praxi Iudic.p.p. cap.* 14. *à num.* 80. *ad* 103. qui caſus etiam VII.
enumerat, quibus brevis hæc dilatio denegetur, *num.* 86. *& ſeqq.* Adeoque religioſe ſemper debitores ad ſolvendum ur- VIII.
geri omni poſtpoſita dilatione placuit legibus, ut in concurſu plurium creditorum, quorum aliqui longam dilationem debitori mallent indulgere, hancque præferre bonorum ceſſionis infelici remedio,& adeo *in Novel. Ne quis cogatur bon. cedere.* deplorato, minoris partis aſſenſum nequaquam ſatis eſſe declaraverit Iuſtinianus *l. fin. C. qui bon. cedere poſſ.* & ſanciverit, quod vel *ex cumulo debiti, vel ex numero creditorum, cauſa judicetur,* non ſecus ac, uti debitum valide diminuatur ex fa- IX.
cto Prætoris, neceſſe eſt hunc in proprio decreto majoris partis creditorum voluntatem ſequi: *l. juris gentium* 7. *§ hodie* 19. *& l. reſcriptum* 10. *ff. de pact.* majorem partem, non pro numero perſonarum, ſed pro modo debiti, accipiendo. *l. majorem* 8. *ff. de pact. l. ſi plures* 14. *ff. depoſiti.* Quas tamen dilationes juris rigor denegabat, plerumque nimia Præſidum licentia indulgebat, & inde fides illa adeo decantata, *num.* 4. qua ſe creditoribus debitores obſtrinxerant, edebatur: inde- X.
que eiſdem creditoribus haud levia damna inferebantur, cum dilatio conceſſa creditum diminuat, ex quo *intervallum temporis, & interuſurium hujus ſpatii minorem facit quantitatem, l. circa legem* 66. *l. in quantitate* 73. *§ in diem* 4. *ff. ad l. Falcid.* Hinc igitur Iuſtinianus monet in hoc capite Præſi- XI.
des, ne *prompte,* hoc eſt facile & inconſulte, dent *hæc quæ dicuntur verba*; illas videlicet ſecuritates, quæ in civilibus, vel etiam criminalibus controverſiis, ad evitandam exequutionem per judicem reis indulgentur: quas ex Guilielmo de Cuneo & aliis *legitimum præſidium, quod per Officium Iudicis juſte timenti datur* definivit Maglottus, *de ſecuritate & ſalvoconductu in princ. num.* 3. *& ſeqq.* qui illarum quinque ſpecies

 enume-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

enumerat *num.* 8. *& ſeqq.* & nuncupari etiam *fidem publicam, ſalvum conductum, fidantiam*, & *fiduciam* obſervat Mandoſius *de ſignat. gratiæ, in V. Salvoconductu in princ.* Has vero ſecuritates (quas interpres dixit *Verba*, juxta modum loquendi Græcum, per quem λόγοι ἀσυλίας dicuntur à Iuſtiniano *in Edicto Secundo in præfatione §p.*) ſi forte indulgeri juſta quæpiam cauſa urgeat, dandas eſſe, monet Imperator *cum examinatione:* cognita ſcilicet cauſa, & *in tempore mediocri*, hoc eſt, *non tranſcendente triginta dierum inducias*, qua menſura modicum tempus definitur *l.p. § hoc interdicto 2. ff. de itin. actuque priv.* id autem idcirco faciendum eſſe docet, ne alias in infinitum protrahantur *hominibus ad invicem contentiones*, quas brevi terminandas eſſe, ſuperius *cap. 3. num.* 9. dictum
XIII. eſt. Hujuſmodi ſecuritates minime per Præſides comedendas eſſe propter damnum, quod inde ad creditorem pervenire neceſſe eſt, *arg. tex. in l. 2. §. merito 10. ff. ne quid in loco*
XIV. *publ.* quando tamen juſtæ non intercedant cauſæ, quarum aliquas enumerat Saluſtius Tiberius *in praxi. lib.p. cap.28. n.21.*
XV. Et eo caſu illas breves indulgendas eſſe, & quæ modo præfinitum tempus non excedant, ex hoc textu inferunt Magalottus *de ſecurit. p.p. num.* 75. Paris de Puteo *de Synd. V. Salvusconductus num.p.* & Farinacius *prax. Crim. quæſt. 29. num.* 21.
XVI. Quinimo ſi prædictis etiam caſibus modo expreſſis generice dentur, non defendent debitorem in juratis obligationibus, ut reprobata Boerii ſententia aſſerunt Mandoſius *de ſignat. grat. V. Salvoconductu. § verum quia.* Menochius *de arbitr. caſu* 337. *num.* 19. & Magalottus *d.p.p. num.* 48. *& ſeqq.* Fa-
XVII. rinacius *d. quæſt.* 29. *num.* 22. Neque in debitis privilegiatis, qualia ſunt Eccleſiaſtica, pupillaria, dotalia, & contracta ex cauſa locationis. *Trentacinq. Var. reſolut. lib. 3. de ſolut. reſolut. 2. num. 15. & ſeqq. Farinac. d. quæſt. 29. num. 34. & ſeqq.*
XVIII. *Menoch. de arbitr. caſu* 203. *num.* 19. *& ſeqq.* Minuſve in debitis fiſcalibus, *Peregrin. de jure fiſc. lib. 6. tit. 7. num. 22.*

Maga-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Magalot. d.p.p. num. 54. *Menoch. caſu* 337. *num.* 17. *&* 18. *Farinac. d. q.*29. *n.* 24. *Trentacinq. d. reſolut.* 2. *de ſolut. num.* 14. Quando etiam hæc non ratione tributorum aliave quapiam XIX. civili cauſa, ſed ratione delicti, fuiſſent contracta. *Menoch. d. caſu* 337. *n.*16. *Farinac. d. q.* 29. *n.*23. niſi forte cum cognitione cauſæ, & quidem neceſſariæ, ſecuritas fuiſſet conceſſa, juxta diſtinctionem Baldi *conſ.* 400. *n.* 5. *vol.p.* quam ſequitur Magalottus *de ſecurit. p.p. n.* 55. *&* 56. Imo in fiſcalibus de- XX. bitis nec etiam ſpecifice indulta ſecuritas quidquam prodeſt debitori, cum ſoli Principi & Præfectis Prætorio (quibus nunc Cardinales de latere Legatos equiparari diximus ſuperius ad l. p. n. 28.) Iuſtinianus reſervaverit facultatem in fiſci cauſis fidem publicam dandi; *in præfat. Edicti ſub tit. ne Præſid. in fiſcal. cauſ. fidem public. dent*, *&* iis ſolis Præſidibus eorumve miniſtris conceſſerit, quorum periculo fiunt exactiones tributorum, *in ſpeciali Edicto de Alex. & Ægypt. Provinc. cap.* 10. ubi tamen illum excepit caſum, quando *quis in hoc fidem publicam capiat, ut in publico verſetur, & intra certos dies quidquid debet omnino perſolvat, aut ſufficientem tractatoribus ſcriniariisve cautionem præſtet.* Et quamvis amplior Præſidi XXI. indulta fuerit facultas, ubi nulla fiſci cauſa intercedit, ipſe tamen noverit, quod elapſo priori termino, quem in ſecuritate debitori indulſit, nequit amplius eidem novam ſecuritatem citra creditoris aſſenſum concedere: *ex Edicto Iuſtiniani ſub rubr. ne Præſid. in fiſcal. in præfat.*

Nec majorem in Criminalibus, quam in civilibus cauſis XXII. ſibi competere facultatem in danda fide publica his, qui jam condemnati ſunt, Præſes arbitretur: Cum enim & in his cauſis conſideretur præjudicium & contemptus partis læſæ, *Ponte de pot. proreg. tit. p.* § 4. *n.* 56. Soli Principi reſervata eſt facultas à jure, hujuſmodi ſecuritates concedendi, ut poſt Marcianum & Modeſtinum *in l. relegati* 4. *in fine. & l. ad beſtias* 31. *§p. ff. de pæn.* plurimis congeſtis Doctorum auctoritatibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

tatibus, aſſerunt Sperellus *deciſ.* 148. *n.* 48. & Farinacius *d. q.* 29. *n.* 80. qui teſtantur de communi; quod idem in ditione Pontificia cautum eſt per Conſtitutiones, quas recenſet Flaminius Cartharius *de exequut. ſent. capto bannito, cap.*
XXIII. *fin. n.* 315. In his tamen cauſis, Præſidibus licet etiam fidem publicam dare, ſi juſtæ intercedant cauſæ *Mandoſ. de ſignat. gratiæ V. ſalvo conductu Verſ. ex cauſa autem. Sperel. d. deciſ.* 148. *n.* 49. *Farinac. prax. crim. quæſt.* 29. *n.* 81. *Magalot. de ſecurit. p. p. n.* 61. *verſ. fin.* quarum aliquæ recenſentur per Paridem de Puteo *de ſyndic. V. ſalvusconductus n.* 2. & Magalottum *d. p. p. n.* 66. 69. qui in fine increpat judices in concedendis
XXIV. ſecuritatibus his nimium faciles, *&* 71. *& ſeqq.* Et tunc etiam ſecuritates hæ indulgentur ad certum, & quidem breve tempus, & quando reus non fuerit à Principe condemnatus, nec degat in loco ex quo Iudex ipſum poſſit extrahere, *Farinac.*
XXV. *d. quæſt.* 29. *à n.* 88. *ad* 94. *Magalott. d. p. p. n.* 66. Verum quia ex prædictis non permittitur indiſtinctè Præſidibus fidem publicam dare, ſi forte hæc per imperitum Iudicem iis in caſibus præſtaretur, in quibus à jure non eſt permiſſum, eritne ſervanda? Minime ſervandam eſſe *hic* cenſuit gloſſa *in V. neque cuſtodies.* Contrariam tamen ſententiam, eam potiſſimum ob cauſam, ne quem ſub fide publica contingat ledi, contra ſententiam Imperatoris *in l. p. C. de his. qui ven. ætat. impetr.* magis veritati & equitati conſonam eſſe ſenſerunt Albericus *in l. præſenti, n.* 8. *C. de his qui ad Eccleſ. confug.* Boſſius *tract. Var. ſub tit. de remed. ex ſola clem. Princ. num.* 42. Cancerius *Var. par.* 2. *cap.* 2. *n.* 314. Mandoſius *de ſignat. grat. V. ſalvoconductu, verſ. voluerunt aliqui.* Cavalcanus *de brach. reg. part.* 2. *num.* 317. *&* 318. Farinacius *d. q.* 29. *num.* 95. *&* 96. *verſ. prima opinio.* qui teſtatur de communi, & ma-
XXVI. gis communi, & Sperellus *deciſ.* 148. *num.* 50. Adeo quod ſuſtineatur ſecuritas data, quando etiam ſecreto, & abſque ſolemnitatibus fuiſſet conceſſa, *Farinac. d. num.* 96. *in fin. Vul-*

pel.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

pel. reſponſ. 19. *num.* 12. *&* 13. etiamſi adeſſent ſtatuta, & XXVII.
conſtitutiones, à quibus ſecuritates hæ irritarentur, *Peguerra*
latiſſime. deciſ. 39. *à num.* 2. *ad fin.* Imo etiamſi habens ſecu- XXVIII.
ritatem rurſum delinqueret; tunc enim licet is puniendus
ſit, quaſi publica fide abuſus contra eam deliquerit, ut cen-
ſuit Mandoſius *d. V. ſalvoconductu. verſ. limita.* quoad deli-
ctum nuper commiſſum id procedit, nec interea quoad de-
licta antea perpetrata ſecuritatis beneficium amittitur, ut
poſt Roſellum, & Blancum teſtatur Cancerius *Var. cap.* 2.
num. 314. *verſ. & inſuper. part.* 2. Et ex hoc eodem fonte XXIX.
naturalis æquitatis, juxta quam nihil *tam* congruum *eſt fidei*
humanæ, quam ea quæ ſemel placuerunt ſervare, ut monuit
I. C. *in l.* 1. *ff. de pact.* affirmative reſolvendam eſſe quæſtio-
nem illam arbitrarer, per quam dubitatur, an hoſti & latroni
publico jam data fides ſit ſervanda; Ita ſcilicet, præter mox
relatas auctoritates, quibus accedit Gregorii, & Ambroſii *in*
can. innocens. 23. 22. *q.* 4. *& can. noli* 3. 23. *q.* 1. Gloſſæ *in can.*
offerebat. 12. *V. apud Barbaros.* 32. *q.* 7. & Guidonis Papæ aſ-
ſertio *deciſ.* 418. *num.* 5. vehementer ſuadet æquiſſimum il-
lud Cæſaris Auguſti exemplum, cum Crocottæ latroni ſe
ipſum ſiſtenti, pretium illud, quod ejus capiti propoſitum ab
ſe fuerat, perſolvere ſuſtinuit. *Dio. hiſt. lib.* 56. ſuadent præ-
terea pleraque pulcherrima ex politicis auctoribus loca, in
id congeſta per Lipſium *Politic. lib.* 2. *cap.* 14. & maxime om-
nium multa integre conſtanterque à Populo Romano facta,
conſiderata per Sextum Cæcilium I. C. ſuperius hoc eodem
capite *num.* 4. Ad fidem quinimo hoſti ſervandam (ut obſer-
vabat recentior quidam I. C.) impellit communio, quam in-
ter hoſtes in bello introduxit jus gentium; & ad eandem
cum latronibus, aliiſque hujuſmodi perfidis hominibus cu-
ſtodiendam nos urget juris naturalis communio, quam illi
nobiſcum habent, qua homines ſunt; ex quo naſcitur ut ſem-
per pacta ſervanda ſint, *d. l.* 1. *ff. de pactis.* Reluctari quidem XXX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

huic ſententiæ videtur Cicero, qui *off.* 3. ait: *Nulla nobis cum Tyrannis ſocietas, ſed potius ſumma diſtractio eſt: neque eſt contra naturam, ſpoliare eum ſi poſſis, quem honeſtum eſt necare: atque hoc omne genus peſtiferum, atque impium ex hominum communitate exterminandum eſt. Etenim ut membra quædam amputantur, ſi & ipſa ſanguine, & tamquam ſpiritu carere cœperunt, & nocent reliquis partibus corporis: ſic iſta in figura hominis feritas, & immanitas belluæ à communi tamquam humanitate corporis ſegreganda eſt.* ut ideo mortalium ſceleſtiſſimi, in pœnam, privandi videantur eo jure, quod ſibi ex promiſſo eſt quæſitum. Hic Ciceronem tamen falli ſenſit Lipſius *polit.* 2. *cap.* 14. *num.* 19. & 20. eo quia *fides etiam perfidis* ex Am-
XXXI. broſio 2. *de offic. præſtanda eſt.* & ſunt quidem hi prorſus exterminandi, non tamen iniqua, & injuſta via; *Sperel. d. deciſ.* 148. *num.* 12. *& ſeqq.* nec ubi interpoſita fuit fides publica cum iis, qua malefici ſunt; tunc enim cum his, qua malefici ſunt, actum eſt, ſimulque ideo de remittenda quæ ad hanc
XXXII. rem attinet pœna actum eſſe cenſeri debet; cum ſemper ea ſumenda ſit interpretatio, quæ cavet ne actus in vanum recidat *l. quoties.* 12. *l. ubi eſt.* 21. *ff. de reb. dub.* & ſi violandæ fidei ratio à latronis nequitia depromatur, tunc latro non ſecus reſpondebit, ac olim Tito Quintio apud Livium *hiſt. lib.* 32. *cap.* 31. Nabis Lacedæmoniorum Tyrannus reſponderit: *Nomen tyranni & facta me premunt; de nomine hoc reſpondere poſſum; me, qualiscumque ſum, eumdem eſſe qui fui, cum tu ipſe mecum T. Quinti ſocietatem pepigiſti: ſi ego mutaſſem, mihi meæ inconſtantiæ, cum vos mutetis, vobis veſtræ reddenda ratio eſt: jam feceram hæc qualiacumque ſunt, cum ſocietatem mecum pepigiſtis.*

XXXIII. Si tamen forte juſta quapiam ex cauſa debitoribus conceſſæ fuerint ſecuritates, de quibus modo actum eſt, adhuc audiendos eſſe creditores monet Imperator, qui ſua jura velint deducere, *verbo ubique ſervato;* & *ſi etiam ſententia neceſſa-*

neceſſaria ſit condemnandos, & inde his propoſita electione utrum velint *dato verbo abſolute abrenunciare* & agere quæ judicata ſunt; iiſque recuſantibus, hos *ſacris terminis* (de quibus in cap. ſeq. *num.* 3. *&* 4.) eſſe reſtituendos; ibique faciendam exequutionem *temperate & cum debita venerabilibus locis reverentia;* ea ſcilicet, quam præſcripſit Leo *in l. præſent. lege.* 6. *§ ſed ſi quidem.* 1. *& ſeqq. C. de iis, qui ad Eccleſ. conſ.* Hæc vero poſtrema determinatio juxta Iuſtinianæas leges procedit, quæ fuerunt abrogatæ per Ius Pontificium, quod ſervandum eſt, cum immunitas ſpectet ad honorem & reverentiam ſacris locis exhibendam, quorum cura ad ſolos Pontifices ſpectat, ut bene animadvertit Perez *ad d. tit. Cod. de iis qui ad Eccleſ. confug. n.* 6. *in princ.* & nos materiam hanc ibidem plene explicabimus: Neque videatur cuipiam inhumanum, quod poſt ſecuritatem debitori præſtitam concedatur creditori hunc adhuc urgere: Nam dilationem poteſt quidem Magiſtratus, & debet aliquando concedere; quia tamen iniquum eſſet, inde ſumpta occaſione, creditores fraudari; ſi interea doloſe per debitorem bona diſtraherentur; ideo conſultum debitoribus fuit, decernendo quod dilationes ab iis obtentæ non aliter valeant, quam ſi fidejuſſio idonea ſuper debiti ſolutione præſtetur, *l. univerſa* 4. *C. de præc. Imper. offer. Magalot. de ſecurit. par. p. n.* 53. quando tamen illa fuerit petita, *gloſ. in d. l. Vniverſa V. præbeatur. Farinac. d. quæſt.* 29. *n.* 28. *Ridolfin. in prax. Iudic. p. p. cap.* 14. *n.* 82. Niſi forte debitor eſſet valde dives, tunc enim nullum creditori immineret periculum ex dilatione, *Ridolfin. d. cap.* 14. *n.* 84. Vel eſſet adeo pauper, quod fidejuſſores idoneos non poſſet reperire, quo caſu ſuppleri per juratoriam cautionem ſenſerunt Gotifredus *ad d. l. univerſa V. dilationibus C. de præc. Imper. offer.* Ioſeph. Ludovicus *deciſ.* 63. *n.* 9. & Farinacius *d. quæſt.* 29. *n.* 30. Et hic textus forte procedit in caſu in quo prædicta cautio præſtita non

XXXIV. XXXV. XXXVI. XXXVII. XXXVIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

XXXIX. fuiſſet, quam in reſcripto ſecuritatis nunquam remitti poſſe
XL. ſenſit Magalottus *de ſecurit. p. p. n. 53.* Cum tamen hodie indiſtincte debitor ad Eccleſiam confugiens inde extrahi non poſſit, ut plene oſtendit Farinac. *de immunit. cap. 3. per tot.*

CAPVT VII.

Vt termini Sanctorum non proſint homicidis, &c.

Neque autem homicidis, neque adulteris, neque virginum raptoribus delinquentibus terminorum cuſtodies cautelam: ſed etiam inde extrahes, & ſupplicium eis inferes. Non enim talia delinquentibus parcere competit, ſed hoc patientibus: ut non talia à præſumptoribus patiantur. Deinde templorum cautela non nocentibus, ſed læſis datur à lege: & non erit poſſibile, utrumque tueri cautela ſacrorum locorum, & lædentem, & læſum.

Οὔτε γὰρ ἀνδροφόνοις, οὔτε μοιχοῖς, οὔτε παρθένων ἁρπαξιν ἁμαρτάνουσι τὴν ἐκ τῶν ὅρων φυλάξεις ἀσφάλειαν· ἀλλὰ κἀκεῖθεν ἐξελκύσεις, καὶ τιμωρίαν αὐτοῖς ἐπάξεις. οὐ γὰρ τῶν τὰ τοιαῦτα ἁμαρτανόντων φείδεσθαι προσήκει, ἀλλὰ τῶν παθόντων, ἵνα μὴ τοιαῦτα ὑπὸ τῶν τολμηροτέρων πάσχοιεν. ἄλλως τε ἡ ἐκ τῶν ἱερῶν ἀσφάλεια οὐ τοῖς ἀδικοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀδικουμένοις δέδοται παρὰ τοῦ νόμου. καὶ οὐκ ἂν εἴη δυνατὸν ἑκάτερον ἰσχυρίζεσθαι τῇ παρὰ τῶν ἀσύλων τόπων ἀσφαλείᾳ, καὶ τὸν ἀδικοῦντα καὶ τὸν ἀδικούμενον.

I. *Asyli jus antiquitus in quibuſdam ethnicorum templis inviolatum.*
II. *Omnes Eccleſiæ eo jure gaudent. & n.* v.
III. *Atrocia quædam crimina immunitate Eccleſiaſtica gaudere non vult Iuſtinianus. & num.* VII. *& ſeqq. ejus ſententia reprobatur. num.* XI.
IV. *Termini ſacri qui dicantur.*
VI. *Ambitus integer templorum gaudet jure aſyli.*
VIII. *Homicidium inter graviſſima delicta enumeratur.*
IX. *Adulterium pariter.*
X. *Et raptus virginum.*
XI. *Canones, qui de Eccleſiarum immunitate pertractent, recenſentur remiſſive.*
XII. *Conſtitutio Gregorii XIV. de Eccleſiarum immunitate.*
XIII. *Quinam commentaria in illam ediderint.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ASyli beneficium, cujus meminit Vlpianus *in l. ſi quis ſit fugitivus. 17. § apud Labeonem. 12. ff. de ædil. edict.* ab ethnicorum ſuperſtitione templis quibuſdam inſignioribus olim tribui ſolitum, ut congeſtis veterum ſcriptorum teſtimoniis habetur apud Anaſtaſium Germonium *de ſacr. immun. lib. 1. cap. 15.* Petrum Gregorium *ſyntagm. jur. univerſi lib. 33. cap. 21.* Bobadillam *polit. 2. cap. 14. num. 4. & ſeqq.* Gambacurtam *de immunit. Eccleſ. lib. p. cap. 10. & cap. 13.* & Rebuffum *ad Conſtit. Galliæ tom. 2. tract. de immunit. Eccleſ. art. p. gloſſa. p. num. 3. & 4.* I.

Omnibus paſſim ſuæ religionis Eccleſiis in ipſo ſui primordio II.
Chriſtiana pietas indulſit, id quod ex Zozimo & Ammiano oſtendit Grotius *ad tit. de his qui ad Eccl. confug. in ſparſione Florum ad jus Iuſtin.* Hinc una cum cætero earum jure, ea in primis privilegia, quæ confugarum cauſa erant conceſſa, intacta atque illibata ſervari debere ſanxerunt Theodoſius & Valentinianus *in l. ſi qua. 22. § p. C. de Epiſc. & cler.* & ne tam laudabilis inſtituti tranſgreſſus impunis eſſet, adjecere deinde *in l. fideli. 2. C. de his qui ad Eccl. confug.* Honorius & Theodoſius, eum qui *ad ſancroſanctas Eccleſias confugientes abducere tentaret*, *Majeſtatis crimine eſſe retinendum:*

quod quidem auxilium miſerorum inopiæ potius, quàm im- III.
proborum augendæ licentiæ comparatum, atrociorum quoque criminum reis minime prodeſſe oportere ſtatuens Iuſtinianus, mandat hoc loco Præſidibus neque *homicidis*, *neque adulteris*, *neque virginum raptoribus delinquentibus cautelam terminorum* cuſtodiant: accipiendo vocem *terminorum* hic aliter atque accipitur à Bartolo, Menochio, & Farinacio, qui per eam exprimi ſecuritates illas, de quibus in præcedenti capite, *num. 11.* ſunt arbitrati; dum contra Bartoli ſententiam, qui, *in l. is qui reus. num. 12. ff. de publ. judic.* textum hunc loqui ſenſit in ſecuritate conceſſa à parte parti, idem

juris ſtatuendum eſſe in ſecuritate per judicem conceſſa, perpenſa identitate rationis, credidit Menochius *de arbitr. lib p. quæſt.* 87. *num.* 6. & Farinacius *in praxi Crimin. quæſt.* 29. *num.* 20. Nam ſubſequentes dictiones, *ſed etiam inde extrahas,* immediate in hoc eodem textu appoſitæ; necnon habita mentio de *templorum cautela*, potius indicant ea voce loca ſacra exprimi.
IV. Sed quid commune cum Eccleſiis habet Græca vox ὅρος, Latine *terminus & finis?* certe neque apud Lexicographos, neque penes alium quemquam ex Græcis ſcriptoribus, quos quidem ego viderim, ullum hujus ſignificationis veſtigium apparet: verum ſatis ſuperque deſumi poteſt ex mox relato textu, *in l.* 2. *C. de his qui ad Eccl. confug.* ſi tamen Codicis Theodoſiani beneficio *in lib.* 9. *tit.* 45. *l.* 4. integre legatur, qualem inde recentiora Codicis Iuſtinianei exem-
V. plaria nobis exhibent; eſt autem hujuſmodi: *Pateant Summi Dei templa timentibus, nec ſola altaria & oratorium templi circumjectum, quod Eccleſias quadripartito parietum ſeptu concludit ad tuitionem confugientium ſancimus eſſe propoſita: ſed uſque ad extremas fores Eccleſiæ, quas oratum geſtiens populus primas ingreditur, confugientibus aram ſalutis eſſe præcipimus: ut inter templum, quod parietum deſcripſimus cinctu, & poſt loca publica & januas primas Eccleſiæ, quicquid fuerit interjacens, ſive in cellulis, ſive in domibus, hortulis, balneis, areis, atque porticibus, confugas interioris templi vice tueatur: nec in extrahendo eos conetur quiſquam ſacrilegas manus immittere, ne qui hoc auſus ſit, cum diſcrimen ſuum videat, ad expetendam opem ipſi quoque confugiant. hanc autem ſpatii latitudinem ideo indulgemus, ne in ipſo Dei templo & ſacroſanctis altaribus confugientium quemquam mane vel veſpere cubare vel pernoctare liceat, ipſis hoc clericis religionis cauſa vetantibus, ipſis, qui con-*
VI. *fugiunt, pietatis ratione ſervantibus.* Cum igitur ex hujus legis diſpoſitione manifeſtum ſit, non ſolum eam Eccleſiæ partem, quæ ſacrorum celebrationi ſepoſita eſt, verum univerſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ſum ejus ambitum, ipſius Eccleſiæ vel Eccleſiaſticarum perſonarum uſibus quomodolibet deſtinatum, aſyli jure gaudere: factum eſſe locum veriſimile eſt huic modo exprimendi Eccleſiam, per dictionem *termini*; quaſi ad effectum præbendæ confugientibus ſecuritatis Eccleſia laxiore, ut ſupra dictum eſt, quam murorum ambitu definiatur: Nec vero conjecturæ ex aliis deſumptæ juribus non huic eidem interpretationi favere videntur, & præſertim verba Leonis Imperatoris, *in l. præſenti. 6. C. de his qui ad Eccl. confug.* ubi præſcribens de Eccleſia neminem extrahi debere, ait: *ex his ergo locis, eorumque finibus, quos anteriorum legum præſcripta ſanxerunt, nullos expelli, aut ejici aliquando patimur.* Et paulo poſt: *quod ſi in finibus Eccleſiaſticis latitant, religioſus œconomus ſeu defenſor Eccleſiæ, vel certe quem his negotiis commodiorem auctoritas Epiſcopalis elegerit, reconditam latentemque perſonam decenter ſine ullo incommodo monitus intra fines Eccleſiæ, ſi invenitur, præſentet*; & confugas *intra Eccleſiarum terminos* permanere dixit. *ibid. § p.*

Hic igitur confugium in Eccleſia denegat Imperator *homicidis*; inſpecta delicti gravitate, quæ homines vel ipſis deterrimis feris deteriores facit: eſt enim, ut cecinit *Satyra* 15. Iuvenalis VII.

VIII.

——— ſerpentum major concordia. parcit
Cognatis maculis ſimilis fera. quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore umquam
Expiravit aper majoris dentibus apri?
Indica tigris agit rabida cum tigride pacem
Perpetuam: ſævis inter ſe convenit urſis.

quæ gravitas eo major cenſenda eſt in ſententia Farinacii & Doctorum, quos ille ſequitur, *de immunit. cap. 7. num.* 109. intelligentium hunc textum de homicidio in Eccleſia vel prope illam patrato, quod certè delicti genus adeo ab omni ſpe veniæ remotum eſt, ut in illud egregie convenire videa-

tur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

tur celebre oraculi Delphici pronunciatum, quod refert Ælianus *var. hiſt. lib. 3. cap. 43.*

——— θεῶν τίσιν οὐκ ἀλεείνας
Τοῖς δὲ κακῶς ῥέξασι δίκης τέλος οὐχὶ χρονιστόν
Οὐδ' ἀπαραίτητον, οὐδ' εἰ Διὸς ἔγγονοι εἶεν,
Ἀλλ' αὐτῶν κεφαλῇσι καὶ ἐν σφετέροισι τέκεσσιν
Εἰλεῖται, καὶ πῆμα δόμοις ἐπὶ πήματι βαίνει.
Non immortales hoc Dii patientur inultum.
Si quis enim prudens, ſcelerata è mente profectum
Committat facinus, gravis hunc prope pœna ſequetur.
Non exorabit, neque ſi genus ab Iove ſummo
Duceret: ipſe ſuo collo colliſque nepotum
Hoc luet, & generi cumulatim damna ferentur.

IX. Denegat deinde confugium in Eccleſia Iuſtinianus *adulteris*; eadem forte delicti atrocitate motus, quam in homicidio mox conſideraverat, quia ut *conſtitut. 32. de adulter.* animadvertebat Leo, *adulterii ſcelus, ſi quod aliud, gravem horrendamque pœnam exigit, & ut puto homicidii pœna non minorem: homicida enim perſæpe unius tantum ſanguinaria manu vitam evertit, ſceleſtus vero adulterii perpetrator quamplurimos fere de medio tollit, maritum, liberos, cognatos, alioſque; dum uno vul-*
X. *nere dilacerato matrimonio omnes proſternit.* Et tandem jus aſyli denegat *Virginum raptoribus*, dum adulterium & ſtuprum, quod in virginem committitur, lex Iulia promiſcuè conſiderat, & æquali pœna coercet. *l. inter liberas. 6. § lex ſtuprum & adulterium. l. hac verba. 12. ff. ad l. Iul. de adult.* & hinc delictorum hujuſmodi gravitate inſpecta, hujus Mandati, quo delinquentes ab Eccleſiaſtico confugio excluduntur, hanc reddit cauſam Imperator, quod *talia delinquentibus parcere* non deceat, ne deſit exemplum, quo homines à peccando deterreantur; cum tutela templorum auxilium debeat oppreſſorum eſſe potius, quam præſidium ſceleratorum.

XI. Per ſacros tamen canones, (quos enumerat Antonius Auguſtinus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

guſtinus *in juris Pontif. veter. epitome lib.* 13. *tit.* 17. & in Decretalium collectionibus nedum Gregorii & Bonifacii, ſed cæterorum etiam Pontificum, quas ejuſdem Auguſtini nobis exhibuit diligentia, plures exhibent tituli *de immunit. Eccleſ.*) huic textui fuit derogatum, ut obſervat gloſſa *in cap. inter alia.6. V. niſi publicus. de immunit. Eccleſ.* & nunc Eccleſiaſtica gaudent immunitate etiam prædictorum delictorum rei, ut erutis ex graviſſimis ſcriptoribus teſtimoniis oſtendit Farinacius *de immunit. Eccleſ. cap.6. num.*88.89.90. *& cap.7.n.*108. *& ſeqq.* idemque ſtatuendum eſt de quolibet alio genere XII. delictorum, exceptis iis dumtaxat, quos atrocior culpa benignitate Eccleſiaſtica reddidit indignos; & recenſet Gregorii XIV. Conſtitutio ſeptima, quam, inter hæc Mandata, capitis hujus locum ſibi vindicare juri & rationi videtur conſonum; cum ibi per Pontificem ſingulæ excludantur extenſiones, & interpretationes; & ſeptem caſus exprimantur, in quibus delinquentes ab Eccleſiaſticæ immunitatis beneficio, certa tamen præſcripta forma, excluduntur, ita quod ad alios caſus nec ex ſimilitudine, nec ex paritate rationis poſſit extendi. *Cartar. deciſ. crimin.* 95. *num.* 5. *Sperell. deciſ. fori Eccl.* 59. *num.* 12. *&* 13. *Ciarlin. controverſ. Forenſ. tom.* 2. *cap.* 151. *n.* 5. Hi vero delinquentes, quos Eccleſiaſtica immunitate indignos declaravit Gregorius XIV. ſunt I. *Publici latrones, viarumque graſſatores, qui itinera frequentata vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidiis* aggrediuntur. II. *Depopulatores agrorum:* & hos pariter excluſerat alias Innocentius *in cap. inter alia.* 6. *de immun. Eccl.* III. Hi *qui homicidia & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſiis earumve cæmeteriis committere non verentur*, quos etiam immunitate non gaudere Gregorius IX decreverat: *cap. fin. de immun. Eccleſ.* IV. *Qui proditorie proximum ſuum occidunt*, & hi quoque ab hoc beneficio prius excludebantur: *cap. p. de homicid.* V. *Rei aſſaſſinii:* VI. *hæreſeos:* VII. *læſæ Majeſtatis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

in perſonam ipſius Principis: & hos etiam ante editam prædictam Conſtitutionem aſyli jure in Eccleſia nequaquam gaviſos fuiſſe legimus, ut de aſſaſſinis teſtatur *ex cap. p. de homicid. in 6.* Gutierez, qui concordantes refert *practic. lib. 3. quæſt. 7. num. 52.* De hæreticis, Rebuffus *in tract. de immun. Eccl. art. p. gloſ. p. num. 23.* Azorius, aliique plures relati per Farinacium *de immunit. cap. 13. num. 167.* & de læſæ Majeſtatis reis Decianus *tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 23.* & Gigas *de crim. læſæ Majeſt. ſub rubr. de plur. & var. quæſt. q. 3.* prædictos quippe delinquentes Eccleſiaſticam curiam laico judici remittere voluit Summus Pontifex, hæreticis exceptis, (hujus enim criminis ſibi cognitionem reſervavit) ita tamen, quod eos curia ſæcularis nullo pacto abſque judicis Eccleſiaſtici licentia ab Eccleſia extrahat, & neque in extractos inquirat, quouſque Eccleſiaſticus judex cognoverit, an revera prædicta crimina rei perpetraverint, & hos ſibi tradiderit, ut plenius determinatur in prædicta Conſtitutione Gregorii.
XIII. § 3. *& ſeqq.* quæ commentariis illuſtratur per Ambroſinum, Guazzinum, & Gambacurtam *in ſuis de immun. Eccleſ. libris*, & Farinacium *in Appendice de immunit. Eccleſ.*

CAPVT VII. § I.

Publicorum tributorum exactiones ubique faciendæ.

Publicorum vero tributorum exactiones etiam intra templa decenter fieri procurabis: quoniam fiſcalium ratio & militibus, & privatis, ipſiſque templis, & cunctæ reipublicæ utilis &

Τὰς δὲ τῶν δημοσίων φόρων εἰσπράξεις καὶ ἔνδον τῶν ἱερῶν γίνεσθαι μετὰ τοῦ πρέποντος παρασκευάσεις. ἐπειδήπερ ὁ τῶν δημοσίων λόγος καὶ στρατιώταις καὶ ἰδιώταις, καὶ αὐτοῖς τε τοῖς ἱεροῖς καὶ ὅλῃ

& neceſſaria eſt. Auxiliabuntur autem tibi ad hoc etiam Deo amabiles eccleſiarum defenſores, & œconomi: nullum horum qui fiſcalia tributa exiguntur, abripientes exactioni, ſed neque permittentes violentum aut ſeditioſum aliquid pati exactionem inferentes: ſcientes quia ſi quid tale geſſerint, de ſuo ſatisfacere fiſco cogentur.

ὅλῃ τῇ πολιτείᾳ συμφέρων τε καὶ ἀναγκαιότατός ἐστιν. ἐπαμυνοῦσι δὲ σοι πρὸς τοῦτο οἱ θεοφιλέστατοι τῶν ἐκκλησιῶν ἔκδικοι καὶ οἰκονόμοι, οὐδένα τῶν τοὺς δημοσίους φόρους κατὰ χώραν ἀπαιτουμένων ἀφαιρούμενοι τῆς εἰσπράξεως. ἀλλ' οὐδὲ συγχωροῦντες βίαιον ἢ στασιῶδές τι παθεῖν τοὺς τὸν ἐκβιβασμὸν ἐπάγοντας, γινώσκοντας ὡς εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν, οἴκοθεν τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι τῷ δημοσίῳ καταναγκασθήσονται.

I. *Iuſtiniano quæ vitia objecta. & num.* XX.
II. *Publicorum tributorum exactiones is voluit fieri in Eccleſiis. & num.* VII. *Declaratur. num.* IX.
III. *Iuſtiniani hæc conſtitutio per canones Eccleſiaſticos ſublata, & per Conſtitut. Leonis. num.* VIII.
IV. *Debitor non poteſt extrahi ab Eccleſia. & num.* V.
VI. *Et an decoctor fraudulentus, remiſſive.*
X. *Tractantes de criminibus in Eccleſia puniuntur.*
XI. *Debitor bonis ad Eccleſiam in fraudem creditorum delatis ſpoliatur, & qua ratione.*
XII. *Civitas quælibet ſuos defenſores habebat.*
XIII. *Eccleſia pariter Romana ſuos habuit defenſores.*
XIV. *Horum loco ſubrogati Advocati Conſiſtoriales.*
XV. *Mos idem ſervatus ab Eccleſia Conſtantinopolitana, & à reliquis Eccleſiis, indeque patronatuum origo. num.* XVI.
XVII. *Oeconomi Eccleſiæ qui.*
XVIII. *Contra hos Iuſtiniani conſtitutio; quæ damnatur. num.* XIX. *&* XX.
XIX. *Filius non tenetur pro patre.*

QVicumque una cum atrocium criminum reis I.
connumerari hic à Iuſtiniano ſimplicem fiſcalium rationum debitorem animadvertet, eumque tamquam

Minxerit in patrios cineres, aut triſte bidental
Moverit inceſtus,

ab omni Eccleſiaſtici aſyli beneficio ſecludendum ſtatui, omnino vel arcanam Procopii hiſtoriam vulgari malignitatis crimine liberabit, in qua hic Imperator nimiæ habendi cupi-

 dinis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

dinis arguitur, vel cum ſucceſſore ejus Leone *in Conſtitut. prima* exclamabit, Iuſtinianum quidem *animo optimo Conſtitutiones in Romano Imperio, inde ab initio uſque ad noſtram ætatem, diverſis temporibus, velut in artem aliquam* informaviſſe, *quaſique in una juſtitiæ libra, à qua juſtum à diverſo & injuſto diſcerneretur*, collocaviſſe. *Atqui ut conſtat, ubique eſt pulcherrimum, ut ne quid nimis. cum namque in multas partes diviſam legum ſubſtantiam ac materiam in unum corpus tanta cum laude coagmentaſſet, præterea etiam, quæ legalis regiminis ordinem ac convenientiam ſæpenumero labefactarent in concordiam redegiſſet, ita quod ad hæc ſola omnes ſententiæ ferendæ eſſent, in unum conſenſum judices compuliſſet, eoſque ad pacifice judicandum, legalibus capitulis in tranquillo & ab omni contentione libero ſtatu conſtitutis, inter ſe conciliaſſet: his ille non contentus, ſed præſtantius quippiam in Reipublicæ gratiam poſtmodum conficere cogitans, imprudens iis, quæ poſtea ſtatuit, primum opus evertit: neque alterum vituperationi non obnoxium fecit, quum ex poſteriore ipſius inſtituto non paucæ adverſus prius ſuſcitare contradictiones & controverſiæ ſint:* quandoquidem idem antea Iuſtinianus religioſiſſimas illas Honorii & Theodoſii Conſtitutiones ſuo Codici inſerendas curavit, quibus ſuper impietatem erga Deum lege quoque Majeſtatis teneri declaravit eos, qui confugientes ad Eccleſias deprehendantur abducere, *l. 2. C. de his qui ad Eccleſ. confug.* item Valentiniani & Marciani Conſtitutiones, quibus irritantur omnes pragmaticæ ſanctiones, quæ contra canones Eccleſiaſticos latæ ſunt. *l. privilegia 12. § p. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Prout ſibi libuerit cenſeat unuſquiſque, cum eodem Leone certe *ibid.* affirmabit, quod *ad hunc ſane modum ipſe Iuſtinianus à ſe ipſo vitium paſſus eſt:*

II. Hic ſane homicidarum & adulterorum inſtar ab Eccleſiaſtici aſyli beneficio procul arcentur fiſci debitores, & mandatur Præſidibus, ut *publicorum tributorum exactiones etiam intra templa fieri* procurent, adjecta ratione, quod *fiſcalium*

ratio

ratio & militibus, & privatis, ipſiſque templis, & cunctæ reipublicæ utilis & neceſſaria eſt. Verum huic Conſtitutioni derogatum fuit, etiam ante Gregorianam Conſtitutionem, de qua ſuperius *hoc cap. in princ. num.* 12. per Ius Canonicum; ut conſiderando hunc eundem textum obſervarunt Abbas *in cap. inter alia 6. n.24. verſ. item non potuit Imperator de immunit. Eccleſ.* Covaruvias *Var. lib. 2. cap. 20. num. 14. verſ. licet contrarium in Cæſarum Novellis.* Germonius *de ſacr. Immunit. lib. 3. cap. 16. num.* 110. Gratianus *cap. 380. n.* 2. Cohellius *in bul. bon. regimin. cap. 28. num.* 135. Farinacius *de immunit. cap. 3. num.* 61. & ex hac ſententia, imo longe facilius everſum remanet id quod aſſerebat Iaſon *in l. vinum ff. de reb. cred. n.* 5. licere nempe debitorem fugientem ab Eccleſia invitum extrahere: arguendo à ſimili ex eo, quod capi poteſt die feriato, juxta ſententiam gloſſæ *ad l. ult. C. de fer.* quam ſequitur Baldus *in cap. fin. eod. tit.* Et ex eo, quod debitor fugitivus etiam à Iudice incompetenti capi poteſt, *Ancharan. conſ. 192. Socini. & Iaſon. in l. 2. ff. de juriſd. om. judic. col. fin.* Siquidem alicubi ſtatutum non reperitur à legiſlatore facultatem habente, quod in hac ſpecie Eccleſiæ immunitas his non proſit qui ad eas confugiunt: nec licet in hac materia à tempore aliiſve circumſtantiis arguere ad locum: videmus quippe die feriato permiſſum Magiſtratibus homicidas alioſque delictorum reos in vincula conjicere; *l. provinciarum.* 10. *C. de fer.* quos tamen ab Eccleſia nequeunt abducere, ut reprobando Iaſonis ſententiam ratiocinantur Decius *in d. l. vinum. num. 8. ff. de reb. cred.* Purpuratus *ibid. num.* 10. Abbas *d. cap. inter alia. num. 24. de Immunit. Eccleſ.* Covaruvias qui de communi *Var. lib. 2. cap. 20. n.* 14. Germonius *d. cap. 16. à num. 99. ad* 113. Gutierez *pract. quæſt. p. num.* 13. qui teſtatur de communiori & veriori, & à qua in judicando & conſulendo non ſit recedendum, *lib. p.* An vero beneficium hoc immunitatis ſuas vires porrigat ad decoctores fraudulentos diſſe-

III. IV. V. VI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

VII. diſſerit Gratianus *cap.* 380. *num.* 3. *& ſeqq.* Verum qui reliquam horum Mandatorum pietatem reputaverit, non ita facile adduci poterit, ut credat, in hoc textu Iuſtinianum à ſcopo aberraſſe, quin potius conſiderato, quod hic non dicitur ſimpliciter procurandas eſſe *Tributorum exactiones etiam intra templa*, ſed additur dictio μετὰ τοῦ πρέποντος *decenter*, in eam opinionem veniet, ut credat habitum ab eo hic reſpectum ad Conſtitutionem Leonis Imperatoris alias laudatam: hic enim cum *in l. præſenti* 6. *C. de his qui ad Eccleſ. confug.*
VIII. ſtatuiſſet, confugas ab Eccleſiis non abduci, nec ab Epiſcopis, vel Eccleſiarum œconomis, (de quibus ſermo infra *num.* 17.) pro his quæ ab iis debentur, moleſtiam inferri, & *capitali & ultimi ſupplicii animadverſione* plectendos declaraviſſet illos, *qui hoc moliri, facere, aut nuda ſaltem cogitatione atque contractu auſi fuerint tentare:* addidit, quod ſi refugæ appareant publice in Eccleſia, & quærentibus ſeſe offerant conveniendos in locis ſacris, moneantur ſententiis judicum, quibus ſubjacent, ſervata ſacris locis reverentia § *p.* Quod ſi latitent intra fines Eccleſiæ, ab hujus defenſore, œconomo, vel quopiam ſimili miniſtro monito intra eoſdem fines exhibeantur. *ibid.* § 2. Et tunc poſteaquam moniti fuerint, in publico privatoque contractu civili actione per ſe vel procuratorem coram judice reſpondeant: § 3. ſerveturque ſolitus judiciorum ordo, ſi recuſent reſpondere: Et ſi bona immobilia poſſideant, hæc pro modo debiti diſtrahantur; idemque in rebus mobilibus obſervetur quas habeant extra fines Eccleſiæ: ſi vero intra fines Eccleſiæ res ipſæ fuerint abſconditæ, hæ à defenſore vel œconomo perquiſitæ proferantur, ut iis venditis fiſco vel aliis creditoribus conſulatur. *d. l.* 6. § *ſed*
IX. *ſi hoc* 4. Diligenter igitur conſiderata prædicta Leonis Conſtitutione, forte dici poterit, ejus veſtigiis inhærentem Iuſtinianum in exactione tributorum præſcriptam ibi formam ſervari voluiſſe; ut ſcilicet nulla latitanti debitori illata inju-

ria,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ria, res ejus mobiles intra Eccleſiæ fines abſconditæ fiſco tradantur: atque ita ſi minus ab erroris, certe ab impietatis labe liberabitur Iuſtinianus, præſertim ſequentibus verbis ejus obſervatis, *auxiliabuntur autem tibi ad hoc etiam Deo amabiles Eccleſiarum defenſores & œconomi;* in quibus defenſoris & œconomi miniſterium videtur implorare, non ſecus ac alias pu- X.
niendis vel ſolis adulterii ſuſpicionibus intentus, *Novel. ut lic. Matri & Aviæ cap.ult. § p.* per eoſdem defenſores voluit cohiberi eos, *qui ita comperiuntur impii, ut etiam in venerandis domibus præſumant de peccatis tractare, ubi conſueverunt Deum timentes peccatorum veniam poſtulare.* Certum eſt enim, etiam XI.
poſt Conſtitutionem Gregorii XIV., debitorem ad Eccleſiam confugientem,& ſecum bona creditoribus obnoxia deferentem, poſſe iis per Ordinarium ſpoliari, obtenta tamen prius à Sacra Congregatione ſuper controverſiis Iurisdictionalibus licentia, juxta ejuſdem Congregationis decretum, *in una Neritonenſi* 17. *Ianuarii* 1628. quod refert Sperellus, *deciſ.* 49. *num.* 26. *& deciſ.* 128. *num.* 36. qui ait, paſſim ab eadem ſacra Congregatione dari literas Epiſcopis, ut bona à debitoribus in Eccleſiam invecta extrahant, eaque cui de jure debentur tradantur. *d. num.* 36. *in fine.*

Et cum Leo in mox laudata Conſtitutione defenſorum meminerit, eorundem pariter hic habetur mentio per Iuſtinianum, qui ait, *amabiles Eccleſiarum defenſores* nullum præſtituros impedimentum exactioni, neque paſſuros vim exactoribus inferri. Antiquitus autem quælibet civitas ſuos defen- XII.
ſores habere ſolebat, de quibus & eorum muneribus poſt Iuſtinianum *in titt. Cod. & Novellarum de defenſoribus civit.* deſierit Balſamon. *ad Synod. Carthagin. can.* 68. Garſias Loayſa *ad Concil. Toletan.* 8. *V. defenſorum.* Bulengerus *de Imp. Rom. lib.*7. *cap.* 4. *§ defenſores. & § ipſi defenſores. & cap.* 12. *per tot.* Pancirolus *Notit. Imp. Orient. cap.*121. *verſ. in hac ſplendidiſſima.* Petrus Gregorius *Syntagm. Iur. lib.*18. *cap.*18.& de his latius

infra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

XIII. infra *cap.* 10. *num.* 12. *&* 13. Habuiſſe & Eccleſiam Romanam ſuos defenſores, vel uſque ab anno poſt Chriſtum natum 286, obſervat Baronius, *Annal. tom.* 2. *ad illum an.num.* 8. quorum munus & dignitatem, allato Gregorii Magni teſtimonio, plene deſcribit idem Baronius *Annal. Eccleſ. tom.* 8. *an.* 598. *num.* 16. *& ſeqq.* & poſt Baronium Scanarola *de Viſitat. Carcerat. lib. p. cap.* 3. *ſect.* 2. *num.* 4. *& ſeqq.* & Becillus,
XIV. *in Notis ad Acta S. Caji Papæ, num.* 27. qui ingenioſe probant, quod eorum defenſorum munere & loco gaudet Advocatorum Conſiſtorialium (ut verbis Pii II. *in Apologet. ad Martinum Mager.* utar) *Nobilis ordo, conſtans è viris ſelectis de multis in utroque Iure Conſultis*, cui anno 1652. benignitate Innocentii X. fui adſcriptus: & de iis plene in ſyllabo Advocatorum Conſiſtorialium nuper typis edito eruditiſſimus collega Carolus Cartharius, Decanus illius Collegii, qui Advocatorum Conſiſtorialium vitas *ibidem* elegantiſſime conſcripſit, exordio ducto à Benedicto Cajetano, cui ad Pontificatum
XV. evecto nomen fuit Bonifacii VIII. Suos pariter defenſores habuit Conſtantinopolitana Eccleſia, & quidem numero plures, quorum prior dicebatur ὁ πρωτέκδικος *Primus defenſor*, cujus officium & dignitatem deſcribit Codinus, *de offic. Eccleſ. Conſtantinop. in quinario primo, num.* 7. cæteri vero peculiaribus nominibus ac muneribus diſtinguebantur, de quibus Gretſer. ad Codin. *lib. p. cap.* 5. *num.* 2. & Meurſius *Gloſ-*
XVI. *ſar. Græcobarbar. V.* ἔκδικος: Et harum Eccleſiarum exemplum ſequutos fuiſſe cæteras, videntur arguere modo laudatæ Leonis ac Iuſtiniani Conſtitutiones; indeque forſan in Eccleſiis privatorum pietate conſtructis patronatuum emanavit origo, quaſi Eccleſiaſtica benignitas æquum non cenſuerit, alios aſſumi poſtpoſitis fundatoribus, (onus quippe defendendi Eccleſiam patronis incumbere teſtatur Gloſſa. *in Can. piæ mentis.* 16. *quæſt.* 7. *verſ. ſunt autem tria.*) eoſque ideo & *Patronos* & *Advocatos* uſus appellavit; quamvis à patronis quoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

quoque diſtincti nonnunquam conſtituti fuerint defenſores, qui & *Vicedomini* nuncupati, quaſi Domini locum tenentes, & *Caſtaldi*, eorum inſtar qui Domini loco prædium ſervant, *& Cuſtodes ſeu Guardiani*, à Guardia ſic dicti ex vocabulo Germanico *Wart*, quod diligentem corporis cuſtodiam ſignificat, ut relatis Canonum & Auctorum teſtimoniis oſtendit Innocentius Cironius *in paratit. in quinque lib. decret. ad tit. de Iure patr. V. cum patronatus honore*. Hic præterea œconomi XVII.
Eccleſiæ habetur mentio per Iuſtinianum, quia ſicuti in Conſtantinopolitana Eccleſia magnus erat œconomus, qui ſua in poteſtate habebat omnes Eccleſiæ facultates & reditus, & in his tam Patriarchæ quam Eccleſiæ diſpenſator erat: *Codin. de offic. Eccl. Conſtantinop. quinario primo, num.* 2. ita in unaquaque Eccleſia aderat œconomus, qui curam gereret proventuum Eccleſiæ & bonorum ad eam ſpectantium, *Canone* 63. *Concil. Niceni, Alphonſi Piſani lib.* 3. His igitur defenſoribus & œconomis Iuſtinianus injungit onus prædictum, quia iis incumbebat cura Eccleſiæ; cum imo defenſoribus Leo Imperator impoſuerit onus obſervandi *ſingulorum intra Eccleſias confugientium perſonas, cauſaſque inceſſanter* conquirendi. *d. l.* 6. *§ fin. C. de his qui confug. ad Eccl.* Hos quinimo XVIII.
defenſores & œconomos, ſi impedimenta exactioni præſtarent, mandat in hoc textu Iuſtinianus cogi *de ſuo ſatisfacere fiſco:* addiditque præterea (id quod ab omni recta ratione ac etiam pietate eſt alienum) *in edicto* 13. *§ verum, ſi.* ut *ſi œconomi & ſanctiſſimæ Eccleſiæ defenſores divites non fuerint, ex ſanctiſſimæ Eccleſiæ pecuniis & rebus fiſco ſatisfiat:* at ne à filio XIX.
quidem paterni delicti pœna exigitur, quod *unuſquiſque ex ſuo admiſſo ſorte ſubjicitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur*, juxta placitum Caliſtrati *in l. crimen* 26. *ff. de pœn.* nec unquam filius pro patre, nec pater pro filio, vel libertus pro patrono, vel ſervus pro Domino conveniri poteſt, *l. p. & toto tit. C. ne filius pro patre*. Tam manifeſtæ iniquitatis edictum XX.

Iuſtiniani attentius conſideranti mihi vix quicquam in mentem venit, quo illum liberem à ſummæ cujuſdam avaritiæ nota, quando, ut Iuvenalis verbis *in Satyra p.* utar, inficiari non poteſt, quin ei fuerit

——— ſanctiſſima divitiarum
Majeſtas: etſi funeſta pecunia templo
Nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras,
Vt colitur Pax atque Fides, Victoria, Virtus,
Quæque ſalutato crepitat Concordia nido.

CAPVT VIII.

Vt cogant exactores tributorum in apochis ſuis exprimere quantitatem Zygocephalorum.

Coges autem publicos exactores in ſuis de ſuſceptis manifeſta facere omnia in quibus ea dederunt, nempe quantitatem zygocephalorum, aut jugorum, aut jugalium, aut quolibet modo per regiones nuncupantur: & pro quibus hæc & quælibet prædiis exiguntur, & datorum quantitatem, ſive in ſpeciebus, ſive in auro. Et interminaberis eis & magnum damnum, & manus amputationem, ſi hoc quod præcipitur quidem ſemper, uſque nunc autem non cuſtoditum eſt, non deinceps omnibus modis ſervent. Si vero (ut aſſolet) declinationem inveniant

Ἀναγκάσεις δὲ τοὺς δημοσίους πράκτορας, ἤτοι τοὺς ἀπαιτητὰς ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἀποχαῖς φανερὰ ποιεῖν ἅπαντα ἐφ᾽ οἷς αὐτάς διδόασι. τουτέστι τό τε ποσὸν τῶν ζυγοκεφάλων, ἢ ἰούγων, ἢ ἰουγαλίων, ἢ ὁπωσδήποτε ἂν αὐτὰ κατὰ χώραν καλοῖεν. καὶ ὑπὲρ τίνων αὐτὰ καὶ ποίων χωρίων ἀπαιτοῦσι, καὶ τὸ τῶν δεδομένων ποσὸν, εἴτε ἐν εἴδεσιν, εἴτε ἐν χρυσίῳ, ἀπειλῶν αὐτοῖς καὶ ζημίαν μεγάλην, καὶ χειρὸς ἀφαίρεσιν, εἰ τὸ παραγγελλόμενον μὲν ἀεὶ, μέχρι δὲ νῦν μὴ φυλαχθὲν, μὴ τοῦ λοιποῦ γοῦν πᾶσι φυλάξαιεν τρόποις. εἰ δὲ, ὡς εἰκὸς, ἀποφυγὴν ἐξεύροιέν τινα, λέγοντες μὴ δύνασθαι τὴν τῶν ἰούγων ἐνθεῖναι ποσότητα,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

veniant aliquam, dicentes non poſſe jugorum poni quantitatem: maxime quidem eos malignari putamus: ſed tamen nihil hinc lædatur fiſcus, nec collatores. fiſcus enim ſine præjudicio omnia ſua percipiat, & ſolenniter celebrata ſuſcepta percipiat: iis qui hæc exolverint, nihil exigendis amplius. Cauſa vero in nullo lædatur, & ſecundum conſuetudinem quidem tributa ſolvantur ab eis, & inferantur fiſco. Nuncietur autem ad glorioſiſſimos noſtros Præfectos de iſtis primitus cogendis cenſualibus nuncupatas expoſitiones ſubtiliter dare, ut ex hoc fiat cauſæ dijudicatio: & ſic interim ſecundum conſuetudinem quidem datis fiſcalibus inculpabiliter inferendis, quicquid in iis quæ dubitantur, glorioſiſſimi noſtri Præfecti judicaverint, in iis quæ controverſa ſunt, hoc valere: neceſſitatem habentibus exactoribus poſt cognitam veritatem ſuper his quæſtionibus, & in illis de cætero quantitatem zygocephalorum & aliorum omnium deſcribere, ſecundum quod à nobis jam ordinatum eſt.

σότητα, μάλιστα μὲν κακουργεῖν αὐτοὺς νομίζομεν, πλὴν ἀλλὰ μηδὲν ἐντεῦθεν βλαπτέσθω μηδὲ τὸ δημόσιον, μηδὲ οἱ συντελεῖς. τὸ μὲν γὰρ δημόσιον ἀποκείτως ἅπαντα τὰ οἰκεῖα λαβέτω, καὶ τὰς ἐξ ἔθους γινομένας ἀποδείξεις λαμβανέτωσαν οἱ ταῦτα καταβληθέντες, μηδὲν ἀπαιτούμενοι πλεῖον. πρᾶγμα δὲ μηδὲ ὁπωσοῦν καταβλαπτέσθω. καὶ ἡ μὲν κατὰ τὸ συνήθες συντέλεια, καταβαλλέσθω παρ' αὐτῶν, καὶ εἰσφερέσθω τῷ δημοσίῳ. μηνυέσθω δὲ εἰς τοὺς ἐνδοξοτάτους ἡμῶν ὑπάρχους τὰ περὶ τούτων, πρότερον ἀναγκαζομένων τῶν κηνσιτόρων τὰς καλουμένας ἐκθέσεις ἀκριβεῖς διδόναι, ὥς τε ἐκεῖθεν γίνεσθαι τὴν τοῦ πράγματος διάκρισιν· οὕτω τέως τῶν κατὰ συνήθειαν δεδομένων δημοσίων, ἀμέμπτως εἰσκομιζομένων ὅπερ ἂν (ἐπὶ τοῖς ἀμφισβητουμένοις) οἱ ἐνδοξότατοι ἡμῶν ὕπαρχοι κρίνοιεν ἐπὶ τοῖς στασιαζομένοις, τοῦτο κρατεῖν· ἀνάγκην ἐχόντων τῶν πρακτόρων, μετὰ τὸ γνωσθῆναι τὴν ἀλήθειαν τὴν ἐπὶ τοῖς ζητουμένοις, καὶ ἐπ' ἐκείνοις τοῦ λοιποῦ τὸ ποσὸν τῶν ὄντων ζυγοκεφάλων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, κατὰ τὸ παρ' ἡμῶν ἤδη διατεταγμένον, τὴν ἀπόδειξιν ἐντάττειν.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

I. *Tributa Romæ primo in capita, inde ex cenſu indicta.*
II. *Indictionis modus.*
III. *Eorum exactio, qua ratione fieret.*
IV. *Modus à Iuſtiniano præſcriptus: &* IX.
V. *Tributorum exactores præſumuntur fraudes adhibere.*
VI. *In exigendis tributis attenditur conſuetudo: Declaratur num.* VII.
VIII. *Cenſuales qui.*
X. *Cenſualis formula apud Romanos quæ.*
XI. *Diminutis redditibus, quando diminueretur tributum.*
XII. *Dominus fundi ſuccidens oleam vel vitem, punitur.*
XIII. *Libris publicorum Officialium fides præſtatur, licet non ſint publicæ perſonæ: ampliatur num.* XIV. XV. XVI. *&* XIX. *Declaratur num.* XVII. *&* XVIII.
XX. *Liber æſtimi, contra quos probet.*
XXI. *Exactiones Tributorum qua ratione fiant in Statu Eccleſiaſtico, & Regno Neapolitano.*

I. VEtuſtiſſimi Quirites tributorum onera ſingulis populi capitibus æqualiter impoſita ferre ſolebant, nullo virium patrimonii facultatumque reſpectu: Primus Servius Tullius inſtituta per cenſum bonorum ſingulorum civium æſtimatione, pro modo rei cujuſque familiaris conferenda præcepit; rurſus veterem per capita pendendi rationem ſucceſſor ejus Tarquinius Superbus reduxit, donec exactor Superbi Valerius Publicola afflictam intolerabili hujuſmodi onere plebem levaret, reſtituto ſervi more conferendi ad menſuram cujuſque facultatum tributi, *Halicarnaſ. hiſt. lib.* 4. quin adeo primo illo inſtitutæ libertatis impetu pauperum civium anguſtiis parcendum Senatus exiſtimavit, ut *portoriis ac tributo plebe liberata* decretum fuerit *apud Livi. lib.* 2. ut *divites conferrent qui ferendo oneri eſſent; pauperes ſatis ſtipendii pendere, ſi liberos educarent.*
II. Cæterum collatio pro ratione cenſuum ſequentibus ſæculis perſeveravit: Indicebatur ſcilicet menſe Iulio vel Auguſto ea pecuniæ quantitas, quæ pro unoquoque jugo, aut villis, aut centuriis, aliave qualibet re, foret à poſſeſſoribus ſolvenda tam in ſpecie, quam in auro, *Novel. de Collator.* §*p. l. fin. C. de indict.* Et ut melius collatoribus proſpiceretur, ne ſcilicet pauperes plus inferre cogerentur quam eorum facultates ferrent, quemadmodum ſæpiſſime fieri conſuevit; *l. p. C. de cenſ. & cenſitor.* priuſquam perſolvendi tributi portio

tio unicuique provincialium deſtinaretur, fieri conſueverat uniuscujuſque bonorum & facultatum taxatio quædam & æſtimatio, ad cujus normam unuſquiſque ad tributi ſolutionem compellebatur, quæ tamen ad evitandas fraudes prius apud acta provinciarum Rectoribus debebat inſinuari, & ab his recipi. *l. p. C. de apoc. public.* his inde æſtimationibus pro- III.
portionatæ fiebant tributorum exactiones, poſt quas ſuſceptor apochas conficiebat, quæ & *ſecuritates* dicebantur *l. ne cave* 2. *C. de diſcuſſ.* (quia ut ait Caſſiodorus *lib.* 11. *ep.* 7. per illas debitoris *ſubſtantia communitur*) in quibus, ſive particulares forent, ſive plenariæ inſerebantur dies, Conſul, & menſis, ſimulque ſubditorum, & ſpecierum qualitates, ac jugorum ſive villarum, ſeu centuriarum quantitates, unaque nomina poſſeſſionum exprimebantur, pro quibus tributa perſolverentur. *§ pro fiſcal. Novel. de Collat.* & hac ratione provincialibus conſulebatur, ne amplius moleſtias ſuſtinerent, *l.* 2. 3. *&* 4. *C. de apoch.* & plene ſuperius *capite* 4. *num.* 7. *& ſeqq.* Collatiſque hiſce apochis, cum brevibus quæ ad Præfecti Prætorio officium, dirigebantur, omnes ceſſabant fraudes, quas exactores in perniciem inopum potuiſſent tentare. *d. l. p. C. de apoch.* cum & ad eas excludendas oportuna fuiſſent excogitata remedia, ne ſubditi damna paterentur ex iniquis æſtimationibus prædiorum *l. qui gravatos* 5. *C. de cenſ. & cenſitor. l. fin. C. de annon. & tribut.* hunc igitur morem reſpiciens Impe- IV.
rator, in hoc capite Præſidibus injungit, ut cogant *publicos exactores in ſuis* libris *ſuſceptorum* exprimere *quantitatem zygocephalorum, aut jugorum, aut jugalium, aut quolibet alio modo per regiones nuncupentur*, pro quibus tributum perſolvitur, *ſive in ſpeciebus, ſive in auro*, ut ſic diſtincte cognoſci poſſit quod perſolutum fuerit, à quo, in quam cauſam, & pro quo tempore, *Peregrin. de Iur. fiſci lib.* 6. *tit.* 3. *n.* 2. & evitentur V.
exactorum fraudes & malæ artes, quas in exactionibus ſibi commiſſis præſumuntur adhibere. *Cohel. in bull. bon. Regim.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

cap. 18. *n.* 29. Quod ſi à præſcripta hac methodo aberraverint, maximam minatur pœnam manus amputationis, quam etiam inde adauxit, dum eos *in § pro fiſcalibus* 3. *Novel. de Collator.* libras decem auri perſolvere, & tormentis ſubdi mandavit; eadem librarum decem auri pœna impoſita Præſidi, qui à ſubditis interpellatus, exactores non compulerit ad apochas & ſecuritates juxta prædictam rationem conficien-
VI. das: Et quia contingere poteſt, quod exactores aſſererent aliquando certam notitiam non adeſſe numeri jugorum, commentitiam hanc aſſertionem credendam eſſe definivit Imperator: Ne tamen hac occaſione differatur tributorum exactio, ſtatuit quod tunc *ſecundum conſuetudinem tributa ſolvantur & inferantur fiſco*: Et jure quidem, quia in exigendis tributis ſemper ſervatur conſuetudo, *Iaſ. l.p. n.* 32. *C. de Iur. Emphyt. Paris. conſ.*25. *n.*55. *& ſeqq. Cohel. ad bull. de bon. Regim. cap.*50. *n.* 252. *Avendan. de exeq. Mand. par.*2. *cap.*14. *n.* 20. quæ bene educitur ab exactionibus per annos præcedentes factis à publicis officialibus, *Rota in Bononienſ. Gabellæ* 4 *Decembris* 1648. *§ quo etiam, & duobus ſeqq. coram Card. Ot-*
VII. *thobono*: Et ne hæc conſuetudo forte ſit fiſco vel ipſis etiam provincialibus præjudicialis, debebit Præſes interea monere
VIII. Præfectos prætorio, ut cenſuales hoc eſt τῶ δημοσίων ἀπογραφῶν φύλακας, ut monent Gotifredus *in hoc §*, & Weteranus *in Lexic. Iur. V. Cenſuales §* 2. illos ſcilicet municipales, qui ſuſcipiendis cenſualibus profeſſionibus deſtinantur, *l. fin.*
IX. *§ pari.*16. *ff. de mun. & honor.* cogant edere tabulas ipſas cenſus, & inde dijudicent, quænam vere ſit quantitas; & poſtmodum exactores ipſos cogant Zygocephalorum & aliorum quantitatem deſcribere, juxta formam hic præſcriptam: Et
X. ſane congrua omnino erat hæc praxis, inſpecta cenſuali formula, cujus veſtigia habentur apud Ciceronem *in orat. pro L. Flacco.* & Briſſon. *de formul. lib.* 6. in hac enim cavebatur, Vlpiano teſte, *in l. forma* 4. *ff. de cenſ.* & dum agri ſic in cenſum refer-

referrentur, quod deſcriberetur *Nomen fundi cujuſque, & in qua civitate, & in quo pago ſit, & quos duos vicinos proximos habeat, & id arvum quod in decem annos proximos ſatum erat, quot jugerum ſit: vineæ quot vites habeant: olivæ quot jugerum & quot arbores habeant: pratum, quod intra decem annos proximos ſectum erit, quot jugerum: paſcua quot jugerum eſſe videantur: item ſylvæ ceduæ. omnia ipſe qui defert, æſtimet.* Et in ſervis deferendis obſervabatur, ut *& nationes eorum, & ætates, & officia, & artificia ſpecialiter* exprimerentur, *d. l.* 4. *§ in ſervis* 5. *ff. de cenſ.* Nec quiſquam miretur tam exactam deſcriptionis obſervationem, quando ipſæ quoque oleæ & vites enumerari ſolerent: cum enim habita ſola cenſus veri ratione tributa perſolvi æquitas expoſceret, eademque dicta- XI.
ret hæc diminui, quoties delatis in publicis tabulis fructibus quis nequeat amplius frui ex veris & certis cauſis, *d. l.* 4. *§ illam æquitatem, ff. de cenſ.* voluit Romana providentia occurrere fraudibus uniuscujuſque, qui *vitem ſucciderit, aut fera-* XII.
cium ramorum fœtus vitaverit, quo declinet fidem cenſuum, & mentiatur callidæ paupertatis ingenium, quem puniri juſſerunt Imperatores *in l. quiſquis C. de cenſib. & cenſitor.* ubi tamen à pœna redditur immunis qui detegitur laboraſſe pro copia, & pro reparandis agrorum fœtibus, non ſterilitatem aut inopiam procuraſſe.

Maxima autem his cenſualium libris præſtatur fides, dum inde illi etiam errores corrigantur, quos longa foveat conſuetudo, quam in exigendis tributis maximi æſtimari mox dicebamus *numero* 6. Id tamen jure factum eſt, quia libri XIII.
Officialium qui de publico ad ſcribendum fuerint electi, plene probant, quamvis illi forte non eſſent perſonæ publicæ, *Bart. in l. quædam § numularios, in fin. & ibi Iaſon num.* 2. *ff. de edendo. Peregrin. conſ.* 92. *num.* 1. *vol.* 2. *Gratian. cap.* 727. *num.* 16. *Rota deciſ.* 562. *num.* 2. *par.* 5. *deciſ.* 13. *n.* 4. *par.* 6. *recent. & deciſ.* 220. *&* 230. *num.* 2. *coram Penia.* Idque licet XIV.
forte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

forte contrarium probaretur per teſtes, *Genua de ſcript. privat. lib. 4. cap. de libris rationum Officialis, à num. 25. ad 29.*
XV. vel probanda foret negativa, *Merlin. deciſ. 754. num. 5. Rota*
XVI. *deciſ. 149. num. 5. par. 5. recent.* Imo etiam ſi adeſſet ſtatutum, quo caveretur, ne quid probetur etiam per inſtrumentum, *Genua d. cap. de libris rationum Officialis num. 16. Maſcard. concluſ. 976. num. 37. Scaccia de judiciis lib. 2. cap. 11. n. 122.*
XVII. Quando tamen quæſtio ſit de re ſpectante ad officium illius qui librum retinet, *Peregrin. conſ. 92. num. 3. vol. 2. Gratian. cap. 727. num. 17. Scaccia d. cap. 11. num. 123. & 124. Seraphin. deciſ. 1390. num. 2.* vel ſaltem neceſſarium quendam nexum cum ejus officio præ ſe ferat, *Genua ubi ſupra num. 37.*
XVIII. *Scaccia d. cap. 11. num. 125.* Et tunc fidem facit tantummodo contra eos qui fuerint præſentes, *Cravet. de antiquitate Tempor. p. p. verſ. Quarto limitatur. num. 73. & 74. Gratian. cap. 727.*
XIX. *num. 18.* cum tamen alias etiam contra tertium probent facti ſeriem, *Seraphin. deciſ. 431. num. 6.* vel ſaltem ejus adeo validam faciant præſumptionem, quod transferant in illud
XX. onus probandi, ut contingit in libris æſtimi, quos alias probare tantum quoad perſonas qui illius deſcriptioni conſenſerunt, bene monuit Scaccia poſt Iaſonem & Cravettam *de Iudiciis lib. 2. d. cap. 11. num. 119. & 121.*
XXI. Qua vero ratione in ſtatu Eccleſiaſtico & in Neapolitano regno fiant exactiones, diſſerunt Cohellius *in Bullam bon. Regim. cap. 18. num. 26. & cap. 35. num. 165. & ſeqq.* Maſtrillus *de Magiſtratibus lib. 5. cap. 9. num. 11. & 12.* & plene Ioh. Franciſcus de Ponte *de Offic. & Poteſt. Proreg. tit. 14. § 2.*

C A-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

CAPVT VIII. § I.

Ne præſides permittant in fraudem fiſci vendita prædia in emptores non transferri.

Non permittas autem curialibus, aut cenſualibus, dum vendita ſunt prædia eorum aut in alias perſonas mutatur poſſeſſio, tergiverſationibus uti quibuſdam, & non transferri à venditoribus ad emptores prædia: ſed coges eos omnino facere mutationes ſine damno. Si vero dixerint minus idoneos eſſe emptores, & propterea non fieri migrationem; hoc ipſum examinabis ſine quolibet damno: & ſi quidem idonei fuerint emptores, coges fiſcalium præſules omnibus modis & ſine quolibet damno celebrare tranſpoſitionem. Si vero pro veritate eos inveneris non ſatis idoneos, coges venditores hoc ipſum profiteri ad geſta, quia periculo eorum tranſpoſitio fit fiſcalium tributorum in eos qui ab ipſis emunt: hoc quod etiam in Oriente novimus in multis fieri gentibus. Sic enim neque fiſcus nocebitur, & fiſcalia tributa à poſſeſ-

Οὐ συγχωρήσεις δὲ ἢ βουλευταῖς, ἢ κηνσουαλίοις, ἡνίκα πράσεις γίνονται χωρίων, ἢ ἄλλως διανεμήσεις, καὶ εἰς ἕτερα πρόσωπα μεθίστανται κλήσεις, διαστροφαῖς χρῆσθαί τισι, καὶ μὴ μετατεθῆναι παρὰ τῶν πωλησάντων εἰς τοὺς ἀγοραστὰς τὰ χωρία. ἀλλ' ἀναγκάσεις αὐτοὺς ἐκ τρόπου παντὸς ποιεῖσθαι τὰς μεταθέσεις, ζημίας χωρίς. εἰ δὲ φήσαιεν ἀπόρους εἶναι τοὺς ἀγοραστὰς, καὶ διὰ τοῦτο μὴ ποιεῖν τὴν μετάθεσιν, αὐτὸ τοῦτο ἐξετάσεις χωρὶς τῆς οιασοῦν ζημίας. καὶ εἰ μὲν εὐποροῖεν οἱ ἀγορασταὶ, ἀναγκάσεις τοὺς τῶν δημοσίων προεστῶτας πᾶσι τρόποις καὶ χωρὶς τῆς οιασοῦν ζημίας ποιήσασθαι τὴν μετάθεσιν. εἰ δὲ τῇ ἀληθείαις αὐτοὺς εὕροις οὐ σφόδρα εὐπόρους, ἀναγκάσεις τοὺς πράτας αὐτὸ τοῦτο ὁμολογῆσαι ἐν ὑπομνήμασιν, ὅτι κινδύνῳ αὐτῶν ἡ μετάθεσις γίνεται τῶν δημοσίων φόρων εἰς τοὺς παρ' αὐτῶν ἐωνημένους (τοῦτο ὅπερ ἐπὶ τῆς ἑῴας ἴσμεν ἐν πολλοῖς γινόμενον ἔθνεσιν) οὕτω γὰρ οὔτε

poſſeſſoribus inferentur, ut non alii quidem ſint poſſeſſores, alii vero collatores. Oportet enim maxime contra poſſeſſores fieri collationes: ſed non contra non detinentes neque poſſidentes terras.

οὔτε τὸ δημόσιον βλαβήσεται, καὶ οἱ δημόσιοι φόροι παρὰ τῶν νεμομένων εἰσκομισθήσονται, ὅπως ἂν μὴ ἕτεροι μὲν εἶεν οἱ νεμόμενοι· ἕτεροι δὲ οἱ συντελοῦντες. δεῖ γὰρ μάλιστα κατὰ τῶν νεμομένων φέρεσθαι τὰς συντελείας, ἀλλ' οὐχὶ κατὰ τῶν μὴ κατεχόντων, μήτε νεμομένων τὰ γήδια.

I. *Tributa perſolvenda à poſſeſſoribus, & pro ratione bonorum. & num.* IX. *Ampliatur num.* II. X. *&* XII.
III. *Decurionum ordo conſtituitur ex Curialibus.*
IV. *Decurionibus vetitum alienare propria bona. Declaratur. num.* V.
VI. *Cenſuales qui, & num.* VIII.
VII. *In exactionibus onerum realium & mixtorum habetur ſolum ratio bonorum.*
XI. *In præjudicium fiſci bona nequeunt transferri in civem minus idoneum.*
XIII. *Hæres ſolvit vectigal præteritum prædii legati.*
XIV. *Penſionis ſolutio dividitur inter anteceſſorem & ſucceſſorem pro rata.*

I. A Deo diligens apud Romanos cura fuit, neminem, ſupra modum virium, oneribus tributi gravandi, ut inter cætera Cenſitoris officia, illud quoque fuiſſe tradatur à Iuriſconſulto *in l. forma.* 4. *§. p. ff. de cenſ.* eum *relevare, qui in publicis tabulis delato modo frui certis ex cauſis non poſſit*; tondenda ſiquidem à paſtoribus, non deglubenda pecora, prudentiſſime monebat Tiberius apud
II. Suetonium *in ejus vita cap.* 32. Hac ex cauſa Iuſtinianus monet in hoc textu Præſides, ut poſſeſſores prædiorum, pro tributis, quæ horum ratione debentur, conveniant, nulla habita ratione pactionum, quæ forte inter privatos in præjudicium juſſionis hujuſce fuiſſent conventæ: *ſua quemque damna reſpiciant* (*apud Caſſiodorum* Var. lib. 4. epiſt. 14. ſcripſit Theodoricus) *& is ſolvat tributum, qui poſſeſſionis noſcitur habere compendium.* Dum vero inter Mandata ſanctionem hanc collocat Iuſtinianus, *Curialium* meminit, forte quia præſumuntur
III. ditiores cæteris civibus, cum Decurionum, & Principum civita-

civitatis ordinem conſtituant. *l. ſi quis Curiales.* 12. *C. de Epiſc. & cler. l. Curiales* 21. 25. *&* 47. *C. de Decurionibus.* qui enim Rempublicam olim diſpoſuerunt, oportunum cenſuere, ad inſtar Vrbis *adunare in unaquaque civitate Nobiles Viros, & unicuique Senatus dare curiam, per quam debuiſſent agi quæ publica ſunt, atque omnia fieri ſecundum ordinem. Novella de Decurionibus in princ.* Et quamvis Imperator, ut conſuleret dis- IV.
tractionibus, quæ conſulto fiebant à Decurionibus, ut ſe à Curiæ muneribus ſubtraherent, eas prohibuiſſet. *Novel. de* V.
Decurionibus. § 1. 2. *&* 5. non tamen prorſus vetita erat his bonorum propriorum alienatio, ſed tantum ſine Iudicis decreto & cauſa: *l.* 1. *& toto tit. C. de Prædiis Decurionum, & ibidem Amaya l.* 1. *n.* 32. *& ſeqq.* Meminit præterea *Cenſua-* VI.
lium, eorum ſcilicet, qui cenſum & tributa perſolvunt, etiamſi non ſint ex numero Decurionum; quia in exactionibus onerum realium, vel mixtorum, quæ perſonis impo- VII.
nuntur ratione rerum, nullum viget diſcrimen inter nobiles & ignobiles, ſed habetur tantum ratio rerum quæ poſſidentur, *Gloſſ. in l. p. V. inopes. C. apoch. publ. Petr. Gregor. Syntagm. jur. univ. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 2. *Cohel. ad bull. bon. regim. cap.* 35. *num. p.* Et quamvis hoc eodem nomine *in § præced. num.* 8. VIII.
eos ſignificari obſervaverim, qui tabulas cenſuum cuſtodiunt, non eadem tamen interpretatio hic eſt adhibenda, cum ibi de exigendo cenſu eſſet ſermo, hic vero de eodem perſolvendo, & hic textus Græcus adhibeat vocem κηνσουαλίοις, qui tamen ſuperius adhibuit vocem κηνσιτόρων, per quam Cenſitores exprimuntur, quos inter tributorum exigendorum miniſtros enumerat Imperator *in Rubrica de Cenſ. & cenſitor.* Mandat igitur Iuſtinianus Præſidibus, ne permittant *Cu-* IX.
rialibus, aut cenſualibus prædictis, dum vendita ſunt prædia eorum, aut in alias perſonas mutatur poſſeſſio, tergiverſationibus uti quibuſdam, & non transferri à venditoribus ad emptores prædia. Siquidem inoleverat mos, ut plures captantes momen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

taneas neceſſitates, horum, qui prædia poſſidebant, ab his fundos compararent, ea inita conventione, quod ipſi eorum ratione nihil fiſco perſolverent, ſed immunes poſſiderent, & ita apud hos prædia, & apud priores Dominos tributorum
X. onera permanebant; Conſtituit ideo Conſtantinus, ut qui prædia aliena hac conditione mercaretur, tam pro conſuetis cenſibus fundi comparati, quam etiam pro præteritis tributis fiſco eſſet obnoxius, *l. rei 2. C. ſine cenſu, vel reliq. fund. comp. non poſſe.* ut ſemper publicas penſitationes is debeat agnoſcere, qui agros poſſidet, quando etiam contrariæ pactiones interceſſiſſent. *l. inter debitorem* 42. *ff. de pact. l. fin. C. ſine cenſu, vel reliq.* Harum igitur legum exemplo præceptum hoc Mandatis ſuis inſeruit Iuſtinianus, ut ſic facilior, & cer-
XI. tior fieret tributorum exactio; Et quia forte potuiſſet venditor bona jam in tabulas publicas deſcripta in emptorem minus idoneum transferre, qui ſolvendis tributis foret impar, quo caſu prior dominus tenetur ad tributa, quouſque emptor fiat idoneus, quaſi is non potuerit ſua alienando jus fiſci diminuere, *Bart. l. incola* 34. *num.* 2. *& ibi add. ff. ad municip. Perez. ad tit. C. de ann. & trib. n. ult. Clocxius de collect. c.* 17. *num.* 29. hoc caſu jubet Imperator rem ipſam examinari, etſi pro veritate inventi fuerint emptores, *non ſatis idonei;* cogendos eſſe *venditores, hoc ipſum profiteri ad geſta, quia periculo eorum tranſpoſitio fit fiſcalium tributorum in eos, qui ab ipſis emunt.* & ita plene conſuletur utilitati fiſci, & *fiſca-*
XII. *lia tributa à poſſeſſoribus inferentur;* nam juxta reſcriptum Antonini, & Veri *in l. Imperatores* 7. *ff. de public. & vectigal.* æquum eſt *in vectigalibus ipſa prædia, non perſonas conveniri,*
XIII. *& ideo poſſeſſores etiam præteriti temporis vectigal ſolvere.* neque repugnat ſententia Vlpiani, qui in *l. cum ſervus.* 39. *§ hæres.* 5. *ff. de leg. pr.* voluit hæredem ſolvere vectigal præteritum legati prædii; quia & ipſe fructus præſenti temporis ex re legata una cum hereditate percepit, & ſic ſolvit

ratio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ratione poſſeſſionis, ut obſervat Gotifredus *ibidem V. hæres.* eo fere pacto, quo in Eccleſiaſticis penſionibus ſolutio divi- XIV.
ditur inter anteceſſorem & ſucceſſorem, in beneficio pro rata fructuum perceptorum, & ſic ratione temporis, quo quilibet poſſedit. *Duran. deciſ.* 448. *num.* 32. *Penia deciſ.* 703. *num.* 4.

CAPVT IX.

De profectionibus Præſidum, ne provinciales angariis, &c. vexent.

Illud tamen te volumus noſſe, quia ſi quando præceperimus ad alias forte proficiſci te provincias: competens eſt contentum te iis quæ de fiſco largiuntur, non gratis expendere: neque noſtros ſubjectos atterere: ſed ex quibus in provincia conſiſtens expendebas, ex his ipſis & ad alias proficiſcentem regiones facere expenſas: neque angariis collatores affligentem, neque te, neque obediens tibi officium: ſed propriis quidem ſubjugalibus propriaque expenſa agere iter: hoc ipſo cuſtodiendo vel ſi non ultra terminos properes provinciæ: ſed propter quandam occaſionem neceſſariam circumeas civitates.

Ἐκεῖνο μέντοι σὲ βουλόμεθα γινώσκειν, ὡς εἴποτε προστάξαιμεν εἰς ἑτέρας ἴσως παραγίνεσθαι σὲ χώρας, προσῆκόν ἐστιν ἀρκούμενόν σε τοῖς ἀπὸ τοῦ δημοσίου φιλοτιμηθεῖσι, μὴ προῖκα δαπανᾶν, μηδὲ τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους ἐπιτρίβειν, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐπὶ τῆς ἐπαρχίας ὢν ἐδαπάνας, ἐξ αὐτῶν καὶ εἰς ἑτέρας γινόμενον χώρας ποιεῖσθαι τὰς δαπάνας. μηδὲ ἀγγαρείαις τοὺς συντελεστὰς ἐπιτρίβοντα, μηδέ σε, μηδὲ τὴν πειθομένην σοὶ τάξιν, ἀλλ' οἰκείοις μὲν ὑποζυγίοις, οἰκείᾳ δὲ δαπάνῃ ποιεῖσθαι τὴν πορείαν. αὐτοῦ τούτου φυλαττομένου, κἂν εἰ μὴ ὑπερόριος γένοιο, ἀλλὰ τὰς τῆς ἐπαρχίας, διά τινα πρόφασιν ἀναγκαίαν, περινοστοίης πόλεις.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

I. ONerum, quibus civitates ſubjiciuntur ex cauſa itinerum Præſidum prima origo.
II. Leges per quas ea ſunt ſublata, remiſſive.
III. Soli Principi iter facienti debentur Angariæ, & Parangariæ.
IV. Hæ inter regalia enumerantur.
V. Magiſtratibus non conceduntur extra provinciam proficiſcentibus, nec etiam eam viſitantibus, num. XI. nec eorum officialibus, vel familiaribus, num. X. Nec Legatis, vel Prolegatis Civitatis Bononienſis. XXII. vel aliis Status Eccleſiaſtici Gubernatoribus, XXIII.
VI. Præſidi non licet provinciæ fines egredi, Limitatur num. VII.
VIII. Præſes, ſtatim ac electus eſt, nulla interjecta mora debet adire provinciam.
IX. Stipendia debentur prædeceſſori uſque in adventum ſucceſſoris.
XII. Angaria quid, & unde dicta, & numer. XIV. XV. XVIII. XIX. & XXI.
XV. Parangaria quid, & num. XVIII.
XVI. Angariæ inter munera patrimonialia recenſentur.
XX. Fodrum, Albergaria, regium quid, remiſſive.
XXIV. Prohibitis muneribus, prohibentur & Angariæ.

I. IRatus Præneſtinis Poſtumius Conſul, priuſquam Roma proficiſceretur, illis mandavit, ut locum publice pararent, ubi diverteret, cumque jumentis exeunti ſibi præſto eſſent: hinc ortum duxere onera illa, quibus aſſidue populos à Magiſtratibus iter facientibus premi nunquam in poſterum deſiere: ut enim *Hiſtoriarum lib.* 42. *cap.p.* ait Livius, *ante hunc Conſulem, nemo unquam ſociis in ulla re oneri, aut ſumptui fuit; ideo Magiſtratus mulis, tabernaculiſque, & omni alio inſtrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent ſociis: privata hoſpitia habebant, ea benigne comiterque colebant, domuſque eorum Romæ hoſpitibus patebant, apud quos ipſis diverti mos eſſet: Legati, qui repente aliquo mitterentur ſingula jumenta per oppida, iter qua faciendum erat, imperabant: aliam impenſam ſocii in Magiſtratus*
II. *Romanos non faciebant:* crebreſcentibus deinde hujus generis injuriis, plura remedia adverſus avaritiam ſuperbiamque Magiſtratuum comparata ſunt per leges, quas enumerat Si-
III. gonius *de antiq. jure Provinc. lib.* 2. *cap.* 5. relicto uni duntaxat Principi jure hujuſmodi commoditatis itinerum à populis exigendæ, ita ut nemini ulla immunitas remaneret, *l. ne-*
IV. *minem.* 11. *C. de ſacroſ. Eccleſ. l. nullus* 21. *C. de curſu publ.* Vnde angariæ, & parangariæ inter regalia enumerantur *in Conſtit.*

ſtit. Friderici, feud. lib. 5. *tit.* 8. & Magiſtratui cuilibet jam ſemel provinciam ſuam ingreſſo, *in l. nemo* 20. *C. de curſu publ. & angar.* prohibuerunt Arcadius & Honorius, ne in itineribus faciendis curſu atque angariis ipſe ſive ſuum utatur officium, ſed expeditionem militarem jumentis propriis exequatur. Hinc igitur Imperator, ut ſubditos liberet ab iis V.
oneribus, quæ hac occaſione in dies ſibi à Magiſtratibus inferrentur, jubet Præſidibus, quod ſi aliquando Princeps ad alias provincias Præſidem *proficiſci juſſerit*, oportet eum *contentum iis, quæ de fiſco largiuntur* (annonis videlicet publice datis,) non gratis expendere, atque ita *ſubjectos atterere*, ſed ex quibus in provincia conſiſtens expendebat, *ex his ipſis ad alias proficiſcentem regiones facere expenſas:* Principalis vero juſſionis hic expreſſe meminit Imperator, dum Præſidem è Provincia exeuntem conſideraſſet, quia Præſidi è Provincia VI.
pedem efferre, aut ullo pacto committere, ut ea ſine ſuo Magiſtratu remaneret, non licebat; excepta voti ſolvendi cauſa, VII.
ac ne tunc quidem pernoctare niſi intra provinciam fas erat. *l.illud* 45. *ff.de off.Præſid.* adjecta contra hanc legem committentibus Majeſtatis, ac ultimi ſupplicii pœna. *cap. p. §. ſi quis. Novel. de adminiſtrat.* Et adeo exacte religioſam hanc intra provinciæ terminos commorationem Præſidibus injunxit Imperator, quod *in ead. Novel.* § 2. Succeſſores jam electos, VIII.
vetuerit eos,qui præſentes eſſent in provincia, *Præſides removere, ipſos autem aut moroſe iter agere*, aut in curia Principis *degere, aut ad aliquas alias prius ire provincias patriam viſuros, & quæcumque fortuitis, & blandientibus hominibus conſueta ſunt.* Sed expreſſe juſſerit illos, ſtatim ac electi ſunt, *velociter ad adminiſtrationem ire, cujus regimina ſuſceperunt, ut non alii quidem removeantur; alii vero non ſint, & provincia ſine Iudice maneat: ſed ante duos ſolum dies quam ad provinciam accedant, in qua, qui cingulum habet, eſt, mittere ad eum amicabilem Epiſtolam, volentem Officium deſtinari ad occurſio-* IX.

nem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

nem ejus; & uſque tunc annonas accipere in cingulo exiſtentem, & gubernantem eum; & non ex codicillis cinguli judicare tempus, ſed ex quo in provinciam ipſam acceſſerint, illius accipere Reipublicæ emolumenta; uſque tunc eum, qui in rebus exiſtit, ea percipere, & alium omnium nullum: Non enim portabile eſt, omnino ſine judice relinqui provinciam, ſtatuto quaſi aliquo ab eo qui à nobis ordinatus eſt, ut ejus impleat locum, homine forſan verum non habente experimentum: illo vero, qui in ipſis operibus eſt, & diſcedente de provincia, antequam adveniat tempus, & fraudando emolumentis, quæ eum accipere oportet, donec deponat cingulum: Deponet autem id, dum ſucceſſor acceſſerit in provinciam ante duos ſolum dies, quam provinciam ille ingrediatur.

X. Verum quia non ſatis foret, Præſides ab injuria hac provincialibus inferenda abſtinere, niſi & idem Officiales omnes, eorumque miniſtri obſervarent, hoc idem his injungit, & mandat, nedum Præſidem, verum etiam illi *obediens Officium*, prædicta obſervare, & propria expenſa iter agere, & quidem cum *propriis ſubjugalibus*, hoc eſt jumentis, *ut hic* interpretatur Gothofredus, *& cap. ſane.7. § tituli.2. Novel.de Proconſule Cappad.* & innuit vox Græca ὑποζυγίοις, per quam proprie jumenta exprimuntur, qualia plerumque ſunt quæ ad trahendos currus junguntur; Adeoque præceptum hoc, quod repetitum legitur in Baſilicis, *l. 6. tit.* 3. *§* 15. neceſſarium credidit Iuſtinianus, ut illud injungeres; Moderatori Helenoponti partem *noſtrorum Mandatorum* nuncupaverit. *§ Inſuper* 4. *Novel. de Moderat. Helenop.* Imo ne forte Præſides,

XI. provinciam propriam obeuntes, ſubditos hoſpitiis, vehiculis, aliiſve hujuſmodi oneribus vexarent, monet hoc idem ſervandum eſſe, etiam ſi non progrediantur *ultra terminos provinciæ, ſed propter quamdam occaſionem neceſſariam circumeunt civitates*; quod idem ſtatuit *in § ad hoc jubemus* 22. *Novel. de collator.* mandans *provinciarum Iudices, & Officia eorum, ſi quando de civitate ad civitatem veniunt, neque angariis, neque deſcri-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

deſcriptionibus, aut aliis expenſis collatores gravare, ſed ex Deputatis ſibi de fiſco annonis expenſas facere. An vero & hoc idem cenſeatur injunctum militibus, qui Præſidem per provinciam comitantur, in ſequenti cap. determinabit, ubi & nos de militum tranſitu diſſeremus. Angariæ nomine, cujus XII.
& in hoc textu, & in prælegatis legibus frequens eſt mentio, publicam, & neceſſariam quamdam ſervitutem exprimi docet Suidas in verbo Ἄγγαρος, quem ſequitur Alciatus *in adnotat. ad tit. C. de præpoſit. ſacri cubicul.* quamnam vero ſervitutem exprimere voluerint Imperatores, vel Iuriſconſulti per hanc vocem, dubitant interpretes: eam certe dedu- XIII.
ctam conſtat, Suida teſte, à Perſico verbo *Angari*, per quod tabellarii, ſeu nuncii ſignificantur, qui ita aliquo mittebantur, quod aliis alii ſuccederent; eamque ob cauſam, cum apud Græcos mos invaluiſſet, ut per accenſas faces in altum elevatas adventus militum ſignificarentur, immotas illas quidem, cum eſſent amici, nam hoſtibus advenientibus quaſſare, ac ultro citroque raptare flammarum hujuſmodi ſigna mos erat. *Thucid. hiſt. lib. 2. & 3. & ibidem Scholiaſtes Græcus.* Æſchylus *in Agamemnone* volens oſtendere, per faces variis in locis accenſas Clitemneſtræ ſignificatum fuiſſe adventum Agamemnonis, poſtquam everſa Troja domum reverſus eſt, faces illas ἀπ᾽ ἀγγάρου πυρὸς *ab Angaro igne*, eleganter, dixit, accenſas, ut legit Suidas in *V.* ἄγγαρος, quamvis vulgata Æſchyli lectio pro ἀγγάρου habeat affinem vocem ἀγγέλου *nuncii*; XIV.
Hinc igitur ductum quod Angariæ voce curſus vehicularis intelligeretur cenſuerunt Budæus, Antonius Auguſtinus, Rhodiginus, & alii, quos refert Pancirolus *in notitia Imp. Orient. cap. 6.* Videtur tamen hæc ſignificatio repugnare menti Iuriſconſulti *in l. fin. § curſus. 4. ff. de mun. & hon.* à quo *curſus vehicularis ſollicitudo, & Angariarum* præbitio XV.
tanquam diſtincta enumerantur: Angariam appellari ſervitium illud quod ſubditi cum perſona Principi præſtant ejus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ſumptibus; Parangariam vero tunc dici, quando præterea propriis ſumptibus inſerviunt, cenſuit Montanus *in Vſus feud. lib.* 5. *cap* 7. *§ ſunt & alia.* Roſenthal. *de feud. cap.* 5. *concl.* 70. *n.* 3. Maſtrillus, *qui de Communi de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 10.

XVI. *n.* 332. Verum quia Arcadius Imperator Angariam recenſet inter munera patrimonialia, *in d. l. fin. § patrimoniorum* 21. *ff. de mun. & hon. & in l. ſunt munera* 11. *ff. de vacat. & excuſ. mun.* ea ſcilicet, quæ ſumptibus patrimonii, & damnis adminiſtrantis expediuntur, *l. prima. § illud* 3. *& d. l. fin. § patrimoniorum* 18. *ff. de mun. & hon.* ab hac ſententia eſt recedendum, ut optime arguendo docuit Borcholten *in conſuetud.*

XVII. *feud. ad cap. unic. quæ ſint regalia. num.* 84. Et idcirco melius erit aſſerere hac, voce exprimi transvehendarum rerum Principis, armorum, veſtium militarium, & ſimilium rerum neceſſitatem, cujus gratia provinciales, ſi terreſtri ſubvectione opus eſt, jumenta & plauſtra, ſi vero maritima, navigia præbere tenebantur. *Borcholten. d. num.* 84. *Pancirol. d. cap.* 6. *§ fin. Vultejus de feud. lib. p. cap.* 5. *num.* 7. *verſ.* 14. *Angariæ, &*

XVIII. *Parangariæ*; Et in hoc differebant Angariæ à Parangariis, quod illæ præſtarentur per viam baſilicam, eam ſcilicet, per quam publicus curſus eſt diſpoſitus; Parangariæ vero aliorſum, ut obſervaverunt Cujacius *l. fin. C. de Fabricenſ.* Borcholten. *d. n.* 84. *in fine.* Gothofredus *ad rubr. tit. C. de curſu pub. & Angar.* Perez. *ibidem n.* 5. Pancirolus *d. cap.* 6. *in fine*; qui præterea monet, plerumque ob quandam ſimilitudinem curſum publicum angariam vocari, *& ex libro* 56. *Baſilic.* Bulengerus *de Imperatoribus Romanis lib.* 6. *cap.* 28. *in princ.*

XIX. Quidquid autem proprie per vocem prædictam importetur, certum eſt hoc loco per eam importari quæcumque onera, quæ occaſione itineris, vel hoſpitii Præſidis, ejuſve Officialium, aut familiarium, ſive intra, ſive extra provinciam con-

XX. tingat, ſubeunt provinciales; quorum exempla habemus in fodro, albergaria, & regio, *in cap. præterea* 23. *de Iure patr.* de quibus

quibus plene Cironius *in paratit. ad tit. de Cenſ. & exact.* Cum revera *angariare* nunc idem quod adigere *ad aliquod onus*, ut obſervavit Voſſius *de vitiis ſerm. lat. barb. lib.* 4. *cap.* 1. qui quamvis in ſua primæva ſignificatione uſurparentur *pro adigere ad currendum, vel feriendum aliquid*, ſumpta hac denominatione ab *angaria*, hoc eſt, tabellionum manſione; unde *paranſangara* apud Perſas ſignificabat ſpatium xxx ſtadiorum, quod paraſangarus, hoc eſt equeſtris tabellio, ab una angaria ad alteram decurrebat, ut monet idem Voſſius *ibidem lib. p. cap.* 5. *verſ. eſt & à Perſis.* XXI.

Cur hujuſmodi onera provincialibus inferri æquum non ſit, pulcherrimam reddidit, & noſtris hiſce Mandatis valdè congruam rationem Gregorius XIII, dum *per Breve datum ſub die* 30 *Aprilis anno* 1574. Legatis, & Prælegatis Bononiæ reſidentibus, certo in id aſſignato ſtipendio, vetuit ne in poſterum Bononienſis Comitatus incolas gravarent onere convehendi ligna, blada, ſtramenta, uvas, aliasve res cujuſvis generis, quibus ipſi indigerent: quod idem longe antea omnibus ſtatus Eccleſiaſtici Legatis, Vicariis, & Gubernatoribus, & cæteris Officialibus prohibuerat Gregorius XI. *in Conſtitutione quinta;* ſic enim ibi ſapientiſſimus Pontifex, & vere nedum Bononiæ Patriæ, verum totius Orbis Chriſtiani Pater, præfatur: *Poſtquam communi jure proſpectum eſſe omnes norunt, ut hi, qui juridicendo præſunt, à muneribus, & donis illis vel ſponte oblatis, quæ abſque cujuſque injuria recipi valerent, abſtineant; quanto diligentius nobis curandum eſt, ne pauperes, aliæque perſonæ, ſub prætextu eorum quæ cuivis in civitate Magiſtratui debentur, plus æquo graventur, aut operasſuas, vel inviti, Magiſtratus prædicti auctoritate commoti, præſtare cogantur.* Ideoque eo magis hoc Mandatorum caput obſervandum eſt, quo arctius Præſidi munera recipere vetitum eſſe monuimus ſuperius *cap. p. n.* 43. *& ſeqq.*

XXII. XXIII. XXIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

CAPVT X.

De locorum Servatoribus, & militibus qui Præſidem per provinciam comitantur.

Eos autem qui vocantur loci ſervatores, dare judices in civitatibus provinciæ cui præſident (licet ſpectabiles viri, vel clariſſimi, vel præſides ſint) omnibus interdicimus modis. Sed neque ſi milites aliqui ſequantur te, neque illos gratis permittas expendere, ſed ex propriis emolumentis. Si vero non hoc egerint, ſed ex tributis expenderint, & angarias acceperint: omne quicquid damnificabuntur ſubjecti, hoc ex eorum emolumentis exigens, proprio periculo læſis ſervabis.

Τοὺς γὰρ δὴ καλουμένους τοποτηρητὰς διδόναι τοὺς ἄρχοντας ἐν ταῖς πόλεσι τῆς ἐπαρχίας ἧς ἡγοῦνται (κἂν εἰ *ſpectabiles*, κἂν εἰ λαμπρότατοι, κἂν εἰ ἡγεμόνες εἶεν) πᾶσιν ἀπαγορεύομεν τρόποις. ἀλλὰ μηδὲ εἰ στρατιῶται τινὲς ἕποιντό σοι, μηδὲ ἐκείνοις προῖκα συγχωρεῖν δαπανᾶν, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν οἰκείων σιτήσεων. εἰ δὲ μὴ τοῦτο πράξαιεν, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν συντελεστῶν δαπανήσαιεν, καὶ ἀγγαρείας λάβοιεν, πᾶν ὅσον ἂν ζημιοῖτο τὸ ὑπήκοον, τοῦτο ἐκ τῶν αὐτῶν σιτήσεων εἰσπράξεις, οἰκείῳ κινδύνῳ τοῖς ἠδικημένοις ἀποσώσεις.

I. *Romani Imperii diviſio in Diœceſes, & Provincias.*
II. *Vicarii, qui & Servatores, quinam.*
III. *Hi à Militaribus Magiſtratibus, & à Præfectis, Prætorii etiam deſtinati.*
IV. *A Iuſtiniano ſublati, & num.* VI. *Limitatur num* IX. *&* X.
V. *Ab eodem pariter ſublati latronum inſectatores.*
VII. *Præſides debent luſtrare Provinciam abſque onere provincialium, & num.* XXI.
VIII. *Conſuetudo non excuſat in delictis.*
XI. *Civitates ſuos habebant Magiſtratus municipales; & num* XIV.
XII. *Defenſores civitatum qua ratione eliguntur.*
XIII. *Eorum munus, & juriſdictio.*
XV. *Magiſtratus municipales quam juriſdictionem haberent: & num.* XVIII.
XVI. *A Principe an eligerentur, & numer.* XVIII.
XVII. *In Baſilicis cur non adſit titulus de Decurionibus.*
XIX. *In electione Magiſtratuum præferendi nobiliores, & magis periti.*
XX. *Cives inulti compelluntur acceptare Magiſtratus municipales.*
XXI. *Stipendiis militaribus reſarcienda damna per milites illata.*
XXII. *Tranſitus militaris per provincias forma præſcribitur.*
XXIII. *Hoſpitii militaris modus.*
XXIV. *De militibus Ioannis dictum explicatur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

DIviſo in plures Diœceſes Imperio, rurſuſque ipſis I.
Diœceſibus in plures provincias diviſis; totius
Diœceſis Metropolis Præfectorum Prætorio, Præ-
ſidum vero præcipua cujuſque provinciæ civitas
ſedes, ac domicilium eſſe ſolebat, quorum omnium partes II.
ab inferioribus Magiſtratibus, qui Vicarii dicebantur, impleri
mos erat, *Berterius Pytanon diatr. p. cap.* 8. *&* 9. qui à Cujacio
obſervat. lib. 3. *cap.* 14. dicti ſunt Vicarii, loci Iudices, & τοπο-
τηρηταὶ nomine proprio ἐκ τοῦ τηρεῖν, ὅ ἐστι φυλάσσειν ἤτοι ἀνα-
πληροῦν τοὺς τόπους τῶν στελλόντων αὐτούς: à verbo τηρεῖν, quod eſt
cuſtodire, vel implere locos mittentium ipſos *apud Berter.
d. diatr. p. cap.* 10. *in princ.* Non aliud fælicitati provincia-
lium infeſtius hominum genus unquam fuit, quippe ſpecie
peculiarium annonarum, quas ſummam per injuriam paſſim
imperabant, erigebantque, aliiſque commentis, quorum in
Imperiis verſantibus materia nunquam in promptu non
erat, civitatum, privatorumque fortunas nuſquam conſiſtere
patiebantur. Nec militares quidem Magiſtratus majore mo- III.
deſtia agebant, nam ipſi quoque ejuſmodi miniſtrorum ge-
nere, in pacanda à latronibus provincia, hoſtibuſque à popu-
latione finium prohibendis, utebantur; ipſi quinimo Præfe-
cti prætorio, Comiteſque largitionum, & privatarum, de qui-
bus Pancirolus *in notit. Imp. Occident. cap.* 75. *&* 87. operam
horum Vicariorum in exigendis per provincias pecuniis ad-
hibebant, *§ p. Novell. ut nulli jud.* quorum quidem univerſum IV.
nomen uſumque Iuſtinianus, tanquam publico civitatum
exitio natum, penitus à Republica tollendum pridem judi-
cavit; *§ nulli quoque* 4. *Novel. ut jud. ſine quoquo ſuffrag.* inhi- V.
bita inprimis extraordinaria ea adverſus latrones manu, quæ
ipſis latrociniis infeſtior nonnumquam à Præſidibus ipſis re-
tinebatur, pœna triginta librarum auri mittentibus impo-
ſita, *§ interdicimus* 13. *Novel. ut jud. ſine quoquo ſuffrag.* de-

 bent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

bent enim judices tam Civiles, quam Militares, *per ſe requirere eos, qui latrocinia, aut violentias, aut rapinas rerum, aut fœminarum, aut alia qualibet in provinciis illicita committunt*; nec occaſione hac quidpiam, nec etiam ſub conſuetudinis prætextu, à ſubditis extorquere. *§ jubemus* 21. *Novel. de col-*
VI. *lator.* In hoc itaque textu idem Imperator, inter alia Mandata, hoc etiam, quod in ſupradicta Novella de Vicariis præceperat, repetit; addito, quod ſi quando exigendorum tributorum ratio neceſſarium hujuſmodi miniſtrorum uſum eſſe ſuadeat, non niſi juſſu Principis adhibeantur, *§ p. Novell. ut nulli jud.* aliàs miſſum privata Præfectorum Prætorio auctoritate, decem librarum auri pœna puniri, ac cingulo militari privari voluit; mandans præterea, quod tunc Præfecti ipſi triginta libras auri perſolverent, & læſis ea omnia reſtituerent quæ à ſervatoribus his abrepta fuiſſent. *§ adhæc* 19. *Novel. de Collatoribus*, & quod à Præſidibus miſſi ſervatores, imo etiam Præſides ipſi mittentes, quinque librarum auri pœna mulctarentur: & hujuſce prohibitionis hic inter Man-
VII. data collocatæ meminit *§ inſuper*.4. *in princ. Nov. de moderat. Helleſp. & § enimvero* 2. *Novel. de Prætore Paphlag.* addens, *ibidem*, ſatis civitatibus conſulere Præſides, provinciam ipſam circumeundo; quo tamen caſu juſſit, *expenſis propriis hoc facere tam Iudices, quam competens, & obediens eis officium*; *Neque vero angariis* (de quibus cap. præced. n. 12.) *aut iis, qui vocantur epidemeticis*, (iis ſcilicet pecuniis, quibus ſe provinciales redimunt ab onere hoſpitii militaris. *Gothofred. ad rubr. tit. C. de metat. & epidemeticis*) aut *alio quolibet diſpendio gravare ſubjectos*; *Neque conſuetudines nominare, aut quærere, quas forſitan aliqui in proprium lucrum injuſte adinvenerunt.*
VIII. *§ p. Novel. ut nul. jud.* eam optimam *ibidem* addens rationem à Præſidibus obſervandam, dum conſuetudines allegando ſubditos ſpoliare intendunt, quod *male adinventa, malæque conſuetudines, neque ex longo tempore, neque ex longa con-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

conſuetudine confirmantur. Hic tamen ab Imperatore tradita eo tantum caſu procedunt, quo Præſes jam provinciam ingreſſus ſit, & in illa moretur. Antequam enim ad provinciam accedat, Vicarium poteſt conſtituere, qui interim ea omnia faciat, quæ Præſidem ipſum facere mos eſt; in ſumendis tamen ſuppliciis, morte & mutilatione interdicta; Et hoc idem Præſidi licebit, quoties permittente Principe è provincia egrediatur. *§ ad hæc* 20. *Novel. de Collator.* IX. X.

Neque quiſpiam idcirco civitatibus, viciſque provinciarum à præſentia Præſidis, quod neceſſe futurum eſt, remotis, poſt ademptum Vicariorum miniſterium, anarchiæ incommoda timenda putet: Nec enim ea cura ſolertiſſimum legislatoris animum ſollicitum non habuit; qui, cum Præſidibus excellentiorem in provincia, ſublimioremque poteſtatem attribuiſſet, quæ etiam à longe conſulentibus curari queunt leviora, & quotidiana defenſorum opera & conſilio adminiſtranda præcepit, quos idcirco juriſdictione & cæteris judicum ornamentis augere voluit, ut Præſides non tam judicando ipſi, quam judiciis defenſorum præſidendo, judicum cæterorum judices jure poſſent appellari. *Novel. de defenſ. civit. in præfat. in fine.* Civitatum igitur defenſores ex plebis corpore, *l.* 2. *C. defenſ. Civit.* Epiſcopi, Clericorum, & civium decreto conſtituti, *l. defenſores.* 8. *C. eod.* & inde, præſtito de obſervandis ad unguem legibus juramento, abſque impendio confirmati à Præfecto Prætorio, cui uni eos removendi jus erat, *§. p. Novel. de defenſ.* in minoribus cauſis, id eſt uſque ad quinquaginta ſolidorum ſummam, quæ inde uſque ad 300. aureos fuit protracta, *cap.* 3. *§ fin. Nov. de defenſ.* acta judicialia conferebant: ruſticorum controverſias cognoſcebant; & parentis vicem plebi exhibentes deſcriptionibus ruſticos & urbanos non patiebantur affligi; Officialium inſolentiæ &, judicum voracitati modeſte & reverenter occurrebant, ingrediendi ad judices, cum vellent, liberam habebant XI. XII. XIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

bebant facultatem; populos ſuper exactionibus, vel majoribus menſtruis aut ponderibus prægravari non permittebant; crimina impunita coaleſcere non ſinebant, & oblatos ſibi reos in actu delinquendi deprehenſos expreſſo crimine ſub idonea proſequutione dirigebant ad Præſidem, *l. p. l. utili* 3. *l. in defenſoribus* 4. *l. per omnes* 6. *l. defenſores* 7. *l. jubemus* 9. *C. de defenſ. civ.* Indeque à Iuſtiniano alia munera iiſdem demandata fuerunt, quæ in Novella *de defenſor.* recenſentur, ubi *cap.* 3. *§. p.* ea dicitur fuiſſe defenſorum auctoritas, quod revera viderentur *abſolute judicum obtinere ordinem, & maxime quando abſunt: & Officiales provinciæ quicunque in civitate ſunt illa in qua defenſor eſt, obediri illi, & adjuvare* cogerentur: *ut abſentibus Præſidibus gentium nihil videatur deeſſe civitatibus ſub illorum præſentia: cap. 3. § p. eod. Novel. de defenſ.*

XIV. Aderant etiam, præter Defenſores, Magiſtratus alii Municipales, ſi non in omnibus, *l. in hac* 30. *C. de donat.* ſaltem in plurimis civitatibus, dum curiam haberent pro Senatu, Decemviros pro Conſulibus, & Defenſores pro Tribunis Plebis. *Novel. de decur. in princ. Gotifred. ad d. l.* 30. *C. de donat. V. & defenſor. Perez ad tit. C. de Magiſtr. municip. num. p.*

XV. Et Magiſtratus hi municipales ordinariam juriſdictionem in minoribus cauſis exercebant, non vero in majoribus, niſi partium conſenſu eorum juriſdictio prorogaretur, *l. inter* 28. *ff. ad municip.* habebant & judicati exequutionem aliquam per captionem pignorum, *l. quemadmodum* 29. *§ Magiſtratus* 7. *ff. ad l. Aquiliam.* & modicam coercitionem, non tamen in liberos, *l. Magiſtratibus* 12. *ff. de juriſdict.* & plures hujuſmodi actus exercebant; adeo ut ea, quæ juriſdictionis, non tamen quæ imperii ſunt, ab hujuſmodi Magiſtratibus obiri ſolerent, *l. ea quæ* 26. *ff. ad municipal.* Imo nec juriſdictionem propriam judicio pœnali tueri poſſent, *l. unica. in*

XVI. *princ. ff. ſi quis jus dicenti non obtemper.* In Magiſtratibus hiſce

hiſce municipalibus plurimum quidem Principis judicium conſiderabatur; nam in Decurionum albo prius ſcribebanbantur nomina eorum, qui honores Principis judicio conſequuti fuiſſent; poſtea eorum, qui tantum municipalibus functi eſſent, *l. fin. ff. de albo ſcrib.* ſed à Principe non creabantur. *l. obſervare 2. C. de decur.* quouſque Leo Imperator, ſub- XVII.
lato curiis privilegio conſtituendi Magiſtratus, voluit ab una imperiali ſollicitudine, & adminiſtratione, civitates pendere. *Conſtit.* 46. *&* 47. ut ideo titulum *de Decurionibus* in Baſilicis non reperiri, quia per prædictas Leonis Conſtitutiones Decurionum ordines jam fuerant ſublati, obſervaverit Cujacius *ad tit. Cod. de Decurion.* Principum tamen benigni- XVIII.
tate, quibus Iuſtinianæum jus ſequi placuit, in unaquaque civitate permiſſa eſt civibus electio Magiſtratuum, qui Principis auctoritate conſtituti, majorem, ut plurimum, quam veteres illi Decemviri, Curiales, & Defenſores, habeant poteſtatem; prout diverſa temporum ratio, & civitatum conſuetudo videtur expoſcere, *Perez. ad tit. de Decur. n.* 5. &, ut eam melius quam ſibi regnantium indulgent placita, permittunt, exerceant juriſdictionem, ea ſingula ſaltem adumbrata quadam imitatione obſervent, quæ in relatis Conſtitutionibus fuerunt determinata: Et hinc habita ratione nobilitatis, mo- XIX.
rum, probitatis, & peritiæ, legitime convocatis electoribus fiunt electiones Magiſtratuum, in paritate cæterarum conditionum, facta ſemper prælatione eorum, quos ætatis, natalium, & prudentiæ conditio ſuadeat præferri, *Avendan. de exequen. mand. p. p. cap.* 19. *per tot.* Imo & nunc, non ſecus XX.
ac olim ſancitum fuit de Decurionibus, *l.* 13. 14. *&* 18. *C. de Decurion.* & de Defenſoribus *l. p. C. de magiſtr. municip. Novel. de defenſor. & l. fin. C. eod.* Magiſtratus municipales ſubire cives inviti compelluntur, impoſitis etiam, ultra exiſtimationis jacturam, *l. ex omnib.* 31. *C. de Decurion.* aliis pœnis, niſi juſtæ excuſationis cauſæ afferantur, ut aſſerunt Cohellius *ad*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Bul. bon. Regim. cap. 19. *à num.* 28. *& ſeqq.* & Avendaño, qui eas recenſet, *de exequ. mand. cap.* 19. *num.* 24. *& ſeqq.* Cum igitur (ut ad textus interpretationem regrediar) ſervatorum officium abrogaviſſet Iuſtinianus, ſive à civilibus, ſive à
XXI. militaribus Magiſtratibus hi eligerentur, voluit Præſides ipſos provinciam circumire,& perluſtrare, § *oportet* 5. *Novel. de Moderat. Hellenop.* & quia futurum providebat, ut militari præſidio ad corporis cuſtodiam tunc uterentur, mandat ne milites illos gratis permittant expendere, ſed ex propriis emolumentis; Ideoque, *neque ipſe Præſes, neque cohortalis, neque miles ipſum comitatus, à collatoribus aliquid capiat, aut gratis ſumptum faciet, aut etiam collatores, vel ipſe atteret, vel ipſum comitantes milites agere permittet*; ut his expreſſe inhærens Mandatis Moderatorum Hellenoponti monebat Iuſtinianus *in* § *inſuper* 4. *Novel. de Moder. Hellenop.* Quod ſi Mandatum hoc milites per inſolentiam temeritatemve violaverint, *& ex tributis expenderint, & angarias acceperint, quidquid damnificabuntur ſubjecti, hoc ex eorum* militum *emolumentis exigens* Præſes, *proprio periculo*, læſis ipſis provincialibus ſervabit.

XXII. Quas vero injurias militum in provinciis agentium excludit hic Imperator, eaſdem ſolerti providoque conſilio procul arcet à rebus & perſonis provincialium, eo tempore, quo iter per provincias faciunt propulſandi aut inferendi belli cauſa. Nam ſingulis intentus Iuſtinianus, & maxime cupidus,

Claud. de Laud Stilicon. lib. 1.

——— *Nullis ut vinea furtis,*
Aut ſeges erepta fraudaret meſſe colonum:
Ut nihil aut ſævum rabies, aut turpe libido
Suaderet: placidi ſervirent legibus enſes.

Provincialium indemnitati conſulturus Novellam 30. edidit, in qua huic rei proſpiciens decrevit,quod tempore expeditionis certi quidam adeſſent Delegatores, (qui & Legatarii dicti

dicti, ut animadvertit *ibid. in princ.* Cujacius & Rittershuſius *in Iure Iuſtiniani. p.* 14. *cap.6. n.3.)* qui copiis militaribus providerent; & optiones, qui eiſdem annonam erogarent & collatoribus facerent re cauta (id eſt apochas, ut *ibidem* exponit Cujacius, Matthias Stephanus *n.3.* & Rittershuſius *d.cap.6. n.* 4. *&* 5.) ut ex iis conſtare poſſet, quid in annonam militarem prædiorum poſſeſſores contuliſſent; idque deinde eis reputaretur in penſione tributorum, quæ fiſco deberent, vel debituri eſſent; vel redderetur ex communi canone totius provinciæ, vel ex arca Præfecti Prætorio cujuſque diœceſeos; vel retineretur ab ipſis collatoribus, quando ab illis fieret proximæ indictionis illatio, § 3. & ſi forte prædicta, re cauta, data non fuiſſent, tam apud Epiſcopum & Præſidem, ſive Defenſorem civitatis, ſatis erat poſſeſſores inter acta docere, quid in exercitus alimoniam impendiſſent, & tunc non minor erat actorum fides, quam apocharum, § 5. ſancivitque præterea Iuſtinianus, quod contenti ſint milites iis annonæ ſpeciebus, quæ in uno quoque loco reperiuntur, nec audeant alias quærere, quæ ibi non naſcantur, ut audiendi non ſint milites delicati, exotica ſibi dari poſtulantes, § 2. Nec milites, aut fœderati quidquam exigant occaſione non factæ præparationis, aut introituum nomine, aut quo alio commentitio titulo, *§ p. in fine.* puta cœnaticorum, *l. cœnaticorum* 3. *& ibi Gothifred. C. de erog. milit. annonæ.* adærationis (hoc eſt, pretii pro annonis) *l. nulli.* 7. *C. eod.* vel epidemiticorum nomine, *l. fin. C. de metatis.* hoc eſt pretiorum, quibus ſe redimunt ab onere ſuſcipiendorum hoſpitum, *Gothifred. ad rubr. tit. C. de metat.* nec Princeps, vel Duces militiæ poſſint in tranſitu ad alias civitates vel prædia mittere, ſimulantes exercitum ibi tranſiturum eſſe, vel facturum manſionem, qui tamen alia via ſit revera tranſiturus; neve quidpiam hoc nomine à provincialibus extorqueant; quod ſi id fecerint, duplum cogentur reſtituere, & omnino indemnes ſervari oportebit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

tebit illos provinciales, qui aliquid eo nomine expenderint. § 6. Quod ſi forte Præſides provinciarum cum Ducibus pacti fuiſſent, ut per diverſas civitates, & villas copias perducant, indemnes ſervabuntur provinciales, & cingulo remoti Præſides confiſcationi, & exilio ſubdentur, § 7. pluribuſque impoſitis pœnis, quibus auxiliarium quoque quacumque ex
XXIII. gente copiarum milites obnoxii ſunt, § 8. hoſpitiis, quæ militibus deſtinata ſunt, is præfigitur modus, quod principales ædium partes dominis, ſeu inquilinis reſerventur, § *fin.* obſervata ſemper diviſione per Arcadium & Honorium ſancita, *in l.2. C. de metat.* de qua ſuperius *cap.*4. § 2. *n.* 17. quæ ſingula diligenter obſervari ſi curent Præſides, ii certe Principis & provincialium commoda procurabunt, imo magis militum ipſorum, juxta Ioannis dictum, *Lucæ 3.* quod refertur *in can. militare. 5. 23. quæſt. p.* ille ſcilicet militibus interrogantibus, quid ſibi faciendum foret, reſpondit, *neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendiis veſtris*; quem locum conſiderans Cardinalis Cajetanus jure dicebat *in Commentariis ad d. cap. 3.* quod *in his tribus genus militum peccare conſuevit; nam & crebras violentias inferunt ruſticis & hominibus humilibus, viribus; calumniantur quoque, imponentes aliis quæ non fecerunt; & rariſſimus eſt qui propriis ſtipendiis ſit contentus. Et ſi perſpicaciter hæc tria conſiderantur, ordinatur animus militum in tertio: & uterque modus injuriandi (ſcilicet manifeſtè vel occultè, vi vel dolo) tollitur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

CAPVT, XI.

Quid agendum à Præſide ſi emergant controverſiæ de Religione.

NEque occaſione religionum hæreſumque quæſtionis, permittas alicui provinciam commovere, aut aliter quandam præceptionem injungi provinciæ, cui præſides. ipſe vero providebis, cum competenti utilitate fiſcalibus & quæ alia ſunt perſcrutari: & non permittere aliquid contra noſtras fieri præceptiones occaſione religionum. Si vero canonicum ſit quod quæritur: una cum metropolita provinciæ hoc diſponere & decernere, ſive epiſcopi dubitent, ſive alii quidam: & cauſæ dare Deo amabilem & decibilem terminum: qui & decenter orthodoxam cuſtodiat fidem, & indemnitatem procuret fiſcalibus, & noſtros ſubjectos ſervet inviolatos.

Οὐ μὴν οὐδὲ προφάσει θρησκειῶν τε καὶ αἱρέσεων ζητήσεως, συγχωρήσεις τινὶ τὴν ἐπαρχίαν λεηλατεῖν, ἢ ἄλλως τοιαύτην τινὰ πρόσταξιν ἐγχειρισθῆναι ἐπὶ τῆς χώρας ἧς ἄρχεις. αὐτὸς δὲ προνοήσεις μετὰ τοῦ προσήκοντος καὶ τοῦ συμφέροντος τοῖς δημοσίοις, καὶ τοῦ τὰ τοιαῦτα ἀνερευνᾶν, καὶ μὴ συγχωρεῖν τι παρὰ τὰς ἡμετέρας γίνεσθαι προστάξεις προφάσει θρησκειῶν. εἰ δὲ κανονικὸν εἴη τὸ ἐπιζητούμενον, ἅμα τῷ μητροπολίτῃ τῆς ἐπαρχίας ταῦτα διακρίνειν, εἴτε ἐπίσκοποι ἀμφισβητοῖεν, εἴτε ἕτεροί τινες, καὶ τῷ πράγματι διδόναι θεοφιλῆ τε καὶ πρέποντα ὅρον. ὃς καὶ τὴν πρέπουσαν τιμὴν τῇ ὀρθοδόξῳ φυλάξει πίστει, καὶ τὸ ἀζήμιον περιποιήσει τοῖς δημοσίοις, καὶ τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσι τὸ ἀνεπηρέαστον φυλάξει.

I. *SEditiones, quæ in civitatibus ex religionum diverſitate oriuntur, cito opprimendæ ſunt.*
II. *Servatores locorum à Iuſtiniano ſublati.*
III. *Præſidum juramentum de conſervanda fide Orthodoxa.*
IV. *Hæreſis eſt publicum crimen.*
V. *Nec morte extinguitur.*
VI. *Illius cognitio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum.*
VII. *Epiſtola Ioannis Pontificis ad Iuſtinianum.*
VIII. *Iuſtinianus fautor Anthemii Eutichianiſtæ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

I. NE quid intactum relinquat Iuſtinianus eorum omnium, quæ ad publicam rei Romanæ fœlicitatem neceſſaria ſunt, cavendum in hoc textu mandat Præſidibus, ut quieti ſuæ quiſque provinciæ, amota omni ſeditionum turbarumque materie, ſtudeat; præſertim vero ea, quæ cæteris omnibus atrocior ac diuturnior eſſe ſolet, à religionis cultuſque varietate proficiſcens, *§ inſuper 2. Novell. de Proconſ. Palæſt.* Negat itaque cuiquam permittendum provinciam commovere, aut præceptiones injungere *occaſione religionum hæreſumque quæſtionis:* ſed ſemper adhibita cura, ne fiſcalia ſeditionum hujuſmodi occaſione detrimentum aliquod patiantur, à ſe præſcriptas leges obſervandas ſumma adhibita cura, ne quidquam à ſacris canonibus diſſentiens in mentes hominum irrepat; ſed placita veteri orthodoxorum conſenſui à Præſide ipſo *una cum Metropolita Provinciæ* determinentur: ſive de hoc *Epiſcopi dubitent, ſive alii quidam:* ita quod in omnibus hujuſmodi controverſiis terminus convenienter, & orthodoxæ fidei placitis
II. & fiſcalium indemnitati non alienus, conſtituatur: & hoc etiam caſu, non ſecus ac in præcedentibus, textu *n.* 4. locorum ſervatores prorſus excludit; certe ut inde inviolati remanerent ſubditi ab oneribus, quæ hac ratione ſubibant; dum illi ſub prætextu inquirendi in eos qui ſe hæreticorum erroribus dediſſent, ſportularum ratione magnam vim auri capiebant, ut monuit Iuſtinianus *edicto 2. cap. p.*

Hoc Mandatorum caput noſtrorum temporum Præſides non afficit: non quod ipſi non teneantur operam navare
III. conſervandæ fidei orthodoxæ; ad id enim determinato præſtito juramento compelluntur per Conſtitutionem Friderici,
IV. *Auth. ſtatuimus. C. de Epiſcop. aud.* & hæreſis inter publica crimina recenſetur *in l. Manichæos 4. § p. C. de hæretic.* quia *quod in religionem divinam committitur, in omnium fertur injuriam;*

juriam; ejuſque criminis, non ſecus ac læſæ Majeſtatis, inqui- V.
ſitio extenditur etiam poſt mortem, *ead. l. 4. § in mortem 4.*
ſed Pontificum decreta alia ratione conſuluerunt, dum munus id Eccleſiaſticis judicibus injunxere, *cap. ut inquiſitionis* VI.
officium 18. § prohibemus de hæretic. in 6. Et de hac re pleniſſime Farinacius *de hæreſi quæſt. 186. per tot.*

Nec miretur aliquis, Iuſtinianum alias fidei acerrimum VII.
propugnatorem (ut indicat ad eum conſcripta Ioannis Romani Pontificis epiſtola inſerta *in l. cognoſcere. 7. C. de ſumma Trinit. & fide Cathol.* quam genuinam vel doctiſſimorum Iuriſconſultorum Alciati *parergon lib. 4. cap. 23.* & Cujacii *obſervat. lib. 12. cap. 26.* teſtimonio comprobat Baronius *annal. Eccleſiaſt. tom. 7. ann. 534. n. 14. & ſeqq.*) nunc eos excludere à provinciis qui ad eas pro conſervanda orthodoxa fide ab Epiſcopis aliisve ſuperioribus prælatis mittantur: eo enim VIII.
tempore, quo novellam hanc edidit Iuſtinianus, favebat Antemio Eutichianiſtæ, pro cujus hæreſeos inquiſitione frequentes legatos mittebat Romanus Pontifex, ut bene *hic ad marginem* ex Nicephoro obſervavit Contius; quod idem comprobatur ex traditis per Baronium *ann. 536. n. 17. & ſeqq.* qui & Pontificis cum Iuſtiniano diſſenſiones, & Antemii tandem ſequutam condemnationem pleniſſime refert.

CAPVT XII.

De capitali crimine damnatis, ut bona eorum non publicentur, ſed propinquis relinquantur.

Oportet autem te & in hoc omnem ponere providentiam, cum aliquis dignus apparuerit pœna, illum quidem punire,

Δεῖ δέ σε καὶ τούτου πᾶσαν τίθεσθαι πρόνοιαν, τοῦ, ἡνίκα τὶς ἄξιος φανείη ποινῆς, ἐκεῖνον μὲν κολάζειν, τῶν δὲ πραγμάτων αὐτοῦ μὴ

nire, res autem ejus non contingere, ſed ſinere eas generi & legi, & ſecundum illam, ordini. Non enim res ſunt quæ delinquunt, ſed qui res poſſident: at illi reciprocant ordinem, eos quidem qui digni ſunt pœna, dimittunt: illorum autem auferunt res, alios pro illis punientes, quos lex forte ad illorum vocavit ſucceſſionem.

μὴ προσάπτεσθαι, ἀλλὰ συγχωρεῖν ταῦτα τῷ γένει καὶ τῷ νόμῳ καὶ τῇ καθ' ἐκεῖνον φέρεσθαι τάξει. οὐ γὰρ τὰ πράγματα ἐστὶ τὰ πλημμελοῦντα, ἀλλ' οἱ τὰ πράγματα κεκτημένοι. οἱ δὲ ἀντιστρέφοντες τὴν τάξιν, τοὺς μὲν ἀξίους ποινῆς ἀφιᾶσι, τὰ δὲ ἐκείνων ἀφαιροῦνται πράγματα, ἑτέρους ἀντ' αὐτῶν τιμωρούμενοι, οὓς ὁ νόμος ἴσως ἐπὶ τὴν ἐκείνων ἐκάλει διαδοχήν.

I. *MVlti bona magis timent amittere, quam vitam.*
II. *Bonorum publicatio quomodo fieret antiquitus.*
III. *An tunc liberis aliqua bona fuerint reſervata, & quæ, & num.* VII.
IV. *Dotes in quibus criminibus publicatæ.*
V. *Bona publicata, publicis uſibus deſtinata apud Romanos.*
VI. *Fiſco Printipis privato quando addicta.*
VIII. *Bonorum publicationes ſublatæ & cur, Limitatur num.* IX. XI. & XIV. *Ampliatur* XII. XIII. XV. XVI. XVIII.
X. *Crimina læſæ majeſtatis & hæreſeos æquiparantur.*
XVII. *Bononiæ ex longa conſuetudine ſublatæ ſunt bonorum confiſcationes.*
XIX. *Ius confiſcationis enumeratur inter regalia.*
XX. *Solus Princeps ſupremus habet jus confiſcationis.*
XXI. *Feudatarius quando habeat jus confiſcationis.*
XXII. *Magiſtratus non habet jus confiſcationis. Ampliatur num.* XXIII. XXIV. XXV. XXVI. & XXVII.
XXVIII. *Quando Princeps imponat pœnam publicationis bonorum.*
XXIX. *Quæ bona publicationi ſint ſubjecta, & ad quem ſpectent.*

I. PLerique hominum adeo humilis abjectique animi ſunt, ut multo magis paupertatis, quam vitæ periculo commoveantur: aliis hoc idem erga rem familiarem ſtudium, naturalis erga liberos indulgentia, & illuſtrandæ poſteritatis cura ingenerat, quam quidem, ne ingloriam obſcuramque reliquiſſe dicantur, majorem ſibi in conſervandis domus fortunis, quam in ipſo capite ac vita tuenda curam & induſtriam collocandam ſtatuunt, ut obſervavit Perez *ad tit. Cod. de bon. proſcript. n.* 11. quaſi *perpetua egeſtate ſordentibus ſit & mors ſolatium, & vita ſuppli-*

ſupplicium juxta dictum Arcadii & Honorii *l. quiſquis 5. § p. C. ad l. Iul. Majeſt.* Hinc pro omni delicto, quo vita adime- II.
batur, aut Civitas, aut ſervilis conditio irrogaretur, bonorum quoque publicationem addicere mos erat. *l. p. ff. de bon. damn.* niſi ea condemnato fuiſſent expreſſe reſervata, *Peregrin. de Iur. fiſci lib. 5. cap. p. num. 1. & 2.* Et liberis natis ex juſtis III.
nuptiis certa tantum portio aſſignabatur, *d. l. p. § p. & l. cum ratio 7. ff. de bon. damn. l. quando. 10. C. de bon. proſcript.* excepto læſæ Majeſtatis crimine, in quo filiis paterna ſubſtantia prorſus deſtitutis, mediocria filiabus alimenta Principis benignitate conſtituebantur, *l. quiſquis 5. C. ad l. Iul. Majeſt.* Niſi tamen quis ex Decurionum numero condemnaretur: tunc enim, ſi liberos non haberet, Curia ſuccedebat; ſi virilis ſtirpis liberos ſuſcepiſſet, his deferebatur ſucceſſio; ſi vero muliebris, ad has dimidia pars bonorum ſpectabat, & altera dimidia ad Curiam devolvebatur: quod ſi utriuſque ſexus prolem habuiſſet, maſculi ſemiſſem accipiebant, altero ſemiſſe inter eos & ſorores diviſo: excepta Majeſtatis quæſtione, cujus rei pœna ad poſteros tranſmittebatur, *l. quando 10. C. de bon. proſcript.* & ne fœminarum quidem dotes, quoties IV.
Majeſtatis legibus tenerentur, à rigore publicationis immunes erant: idemque juris in criminibus quoque de vi publica, parricidii, & veneficii obſervabatur, *l. quinque 3. ff. de bon. damnat.*

Primo quidem bona publicata uſibus publicis deſtinaban- V.
tur, ut indicant Tarquiniorum ager Marti dicatus, unde campus Martius dictus eſt, Marci Manlii Capitolini & Marcelli ædes in monetæ officinam & macellum converſæ, aliaque ſexcenta hujuſmodi ex Livio, & aliis hiſtoricis congeſta per Alexandrum ab Alexandro *Gen. dier. lib. 3. cap. 23.* & Tiraquellum *in annot. ibid.* cœperunt inde in privatum Princi- VI.
pis fiſcum inferri, donec, *Spartiano teſte in ejus vita,* Adrianus *damnatorum bona in fiſcum privatum redigi vetuit, omni ſumma*

in ærario publico recepta. Sed rurſum bonorum, quæ publicabantur, ſaltem melior pars à Principe eſt cœpta occupari, & quidem tam avide, quod ſingulorum bonorum, quæ publicabantur, diligens fieret Principis juſſu deſcriptio, eaque ad Principem tranſmitteretur, ut is inde ea eligeret, quæ ſibi magis placuiſſent: Ita ſcilicet Valentinianus, Valens, & Gratianus *in l. ſi quis 7. C. de bon. proſcript.* ad Probum Præfectum prætorio ſcripſere, *ſi quis intra provinciam pro qualitate delicti ſtylum proſcriptionis incurrerit, per ordinarii officii ſollicitudinem bonorum indago diligentiſſime celebretur, ne quid rei privatæ commodis per gratiam atque colludium forte inducatur, & plena deſcriptio comprehendat, quod ſpatium, & quod ſit ruris ingenium, quid aut incultum ſit, aut colatur, quid in vineis, olivetis, aratoriis, paſcuis, ſylvis fuerit inventum: quæ etiam gratia & quæ amœnitas ſit locorum, quis in ædificiis ac poſſeſſionibus ſit ornatus, quotve mancipia in prædiis occupatis vel urbana vel ruſtica, vel quarum artium generibus imbuta teneantur: quot ſint cenſuarii vel coloni: quot bòum exercitiis terrarum atque vomeribus inſtruentium, quot pecorum & armentorum greges, & in qua diverſitate numerati ſint; quantum auri & argenti, veſtis, & monilium, vel in ſpecie, vel in pondere, & in quibus ſpeciebus, quidve in apothecis ſit repertum. tunc demum omnia, ea quæ velle nos perſpicis, inquiſitione conſtricta rationalis rei privatæ tradantur officio, aut Palatinis ſuper hac cauſa miſſis noſtro nectenda patrimonio. mox vero ad nos ſub litteris publici Iudicis ſigillatim de omnibus nominatimque referatur, proculdubio negligentia multanda.* Hinc certe vel ipſis inſontibus ex calumniantium inſidiis plerumque parata excidia, dum

———— cuicunque monile
Contextum gemmis, aut prædia culta fuiſſent,

is avaro & iniquo Principi, vel Præſidi, ut ait Claudianus, *in Rufin. lib. p.*

—— populandus erat, dominoque parabat

Exi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Exitium fæcundus ager, metuenda colonis
Fertilitas.

A cujus quidem moris iniquitate magnopere abhorrens Iuſtinianus in certis quibuſdam criminibus, quales fuerunt nuptiæ inceſtæ, juſſerat *in § ſi vero. 2. Novel. de inceſt. & nefariis nupt.* bona applicari filiis antea progenitis ex juſto matrimonio, qui tamen alimenta patri præſtare tenerentur: is enim licet *legum contemptor & impius ſit, tamen pater eſt:* nunc vero, fere penitus ſublata bonorum publicatione, Præſidibus VIII.
injungit, quod ſi *aliquis dignus apparuerit pœna, illum* puniant, *res autem ejus non* occupent, ſed *eas generi,* hoc eſt propinquis, juxta legum præſcripta adjudicent: & elegantiſſimam ſane hujus humaniſſimæ Sanctionis reddit rationem, quod *non res ſunt, quæ delinquant*, ſed qui *res poſſident:* ideoque videtur iniquum id, quod ut plurimum perpetrant Præſides, qui *reciprocant ordinem*, & *eos quidem qui digni ſunt pœna dimittunt, illorum autem auferunt res:* ita *alios pro aliis punientes, quod lex forte ad illorum vocavit ſucceſſionem*, qui plerumque ſunt agnati reorum, imo etiam deſcendentes, quibus ratio naturalis quaſi lex quædam tacita parentum hæreditatem addicit; unde ſui hæredes dicuntur *l. cum ratio 7. in princ. ff. de damnat.* & publicationes has bonorum fortius etiam cohibuit Imperator, dum pœnarum omnium moderationi intentus, *in § fin. Novell. ut nulli Iudic.* decrevit in delictis, in quibus leges mortem vel proſcriptionem injungunt, reorum *ſubſtantias non fieri lucrum Iudicibus, aut eorum officiis*, ſed neque juxta veteres leges fiſco illas applicari: ſed ſiquidem habeant aſcendentes vel deſcendentes uſque ad tertium gradum, hos bona conſequi (quod idem procedit in collateralibus, licet de iis textus hic non loquatur, ut poſt Cinum Angelum & Baldum obſervat Peregrinus, qui ad cognatos etiam diſpoſitionem extendit, *de Iure fiſci lib. 5. cap. 1. num. 4.* Clarus qui de communi *in praxi § fin. quæſt. 78. num. 1.* & Farinacius *praxi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Crim. quæſt. 25. *num.* 6. qui poſt Angelum, Marſilium, & quamplures alios, addit, beneficio prædictæ diſpoſitionis gaudere omnes venientes ab inteſtato in infinitum:) ſi vero mulieres habeant, qui condemnati ſunt, has voluit ibidem Imperator dotem & antenuptialem donationem conſequi, & ſi ſine dote matrimonio copulatæ fuerint, accipere ex bonis condemnati portionem à legibus ſtatutam, quartam ſcilicet, ab Imperatore præſcriptam *in § quia* 5. *Novell. ut liceat. matri & Aviæ.* Et ſi neminem prædictorum habeant illi qui deliquerunt, tunc bona fiſco applicentur: quod idem decernitur in ea quæ exinde depromitur Authentica *bona damnatorum. inſerta Codici in tit. de bon. proſcriptorum*, & in hac prout
IX. etiam in dicto *§ fin. Novell. ut nul. Iud.* excipitur crimen læſæ Majeſtatis, in quo antiquarum legum diſpoſitione ſervata, puta *l. quiſquis* 5. *C. ad l. Iul. Majeſt.* reorum bona fiſco addicuntur, quod idem veteri Iudæorum lege ſancitum obſervat Seldenus *de ſucceſſionibus ad leges Hebræorum cap.* 24.
X. Et cum æquali pœna plectantur læſæ Majeſtatis & hæreſeos rei: *l. Manichæos* 4. *§* 4. *C. de hæretic.* imo ut alibi, *in Auth. Gazaros C. eod. tit.* legitur *longe gravius ſit æternam quam tem-*
XI. *poralem offendere Majeſtatem*, & in hæreſeos crimine, pœna publicationis bonorum antiquitus *in d. l.* 4. *§* 1. indicta ſervatur *d. Auth. Gazaros C. de hæretic. cap. vergentes* 10. *de hæreticis. Perez. ad tit. C. de bon. proſcript. num.* 10. *Gomez var.*
XII. *reſolut. tom.* 3. *cap.* 2. *num.* 1. in cæteris vero delictis prædictorum jurium beneficio ſublata cenſetur atrox pœna publicationis bonorum, & ita univerſum orbem ſervare teſtantur Albericus *in tertia parte ſtatut. quæſt.* 18. *in fine.* Peregrinus *de Iur. fiſci lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 8. & Farinacius, *in prax. Crim. quæſt.* 25. *num.* 1. *in fine.* qui aſſerit præterea ita communiter DD. ſentire.

XIII. Et quamvis DD. aliqui ſenſerint id procedere in iis tantum caſibus, in quibus in conſequentiam pœna mortis vel depor-

deportationis à jure imponebatur pœna confiſcationis; non vero ubi ſpecialiter & expreſſe illa fuerat impoſita; quos ſingulos, ſive illa foret indicta in totum, ſive in partem, numero viginti quinque recenſet Tholoſanus *ſyntag. Iur. Vniverſ.p.p. lib.3.cap.17.* & duos ſupra ſeptuaginta enumerat Chaſſanæus: *ad conſuetudines Burgundiæ rubr. 2. §p. n. 20. & pluribus ſeqq.* tamen quidquid ſit de Iure communi, certe gentium conſenſu receptum eſt, quod excepto hæreſeos & læſæ Majeſtatis crimine, nunquam fiſco addicantur damnatorum bona, XIV.
niſi ſtatuto, conſuetudine, vel alia ſpeciali Principis conſtitutione contrarium fuerit diſpoſitum. *Farinac. d. quæſt.25.n.10. & 18. Peregrin. d. tit.1. n. 8. & 20. Clar. recept. ſentent. lib. 5. § fin. q.78. n.p. Roland. conſ.97. n.2. & conſ. 98. n. 5. vol. 2.* & quidem expreſſe *Farinac. d. quæſt. 25. n. 21. Peregrin. d. tit. 1. n.22. Roland. conſ.98. n.5. vol.2.* Cum imo, etiam ubi ſtatuta XV.
contrarium decreverint, adhuc durare *dictæ Auth. bona damnatorum* diſpoſitionem, ſi invaluerit longa conſuetudo, ne XVI.
bona damnatorum publicentur, ſenſerint Bertazzolius *conſ. criminal.477.n.6. & 7.* Gozzadinus *conſ. 96. n.4.* & Bajardus, *ad Clarum q. 78. n. 9.* qui de hujuſmodi conſuetudine invio- XVII.
labiliter Bononiæ obſervata teſtantur, de qua plene doctiſſimus collega Vermigliolus *conſ. primo per tot.* Et illæ tantum XVIII.
Conſtitutiones publicationis bonorum pœnam certis delictis imponentes afficiunt, quæ emanaverint à Principe: Cum enim jus confiſcationis inter regalia minora recenſea- XIX.
tur, *Vultejus de feud. lib. 1. cap. 5. n. 7. Peregr. de jure fiſci lib. p. tit.2. n.85. Chaſſan. ad conſuetud. Burgund. rubr.2. §p. V. & apparitor n. 1.* ſolus Princeps non recognoſcens ſuperiorem XX.
publicationis pœnam extraordinariam poteſt indicere, *Amaya ad rubr. Cod. de Iure fiſci. n.24. Bobadilla polit.2. cap. 16. n.110. Larrea in proœm. allegat. fiſcal. n.6. Chaſſan. d. rubr.2. § 1. n.1. Roman. conſ. 59. n. 2.* Et feudatarius is, cui ille regalia jura XXI.
expreſſe conceſſerit, vel ſaltem in inveſtitura bonorum pu-

 blica-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

blicationem vel merum & mixtum imperium indulſerit, *Ma-
ſtril. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 10. n. 400. Giovagnon. conſ. 90.
n. 3. vol. 1. Natta conſ. 240. n. 5. Socin. Iun. conſ. 76. n. 20. lib. 4.*
XXII. *Roman. conſ. 59. n. 3.* Cæteri vero Magiſtratus præter caſus à
lege vel conſuetudine exceptos pœnam hanc nequeunt
imponere, niſi à Principe ſpecialis facultas ſibi fuerit con-
ceſſa, *l. unica C. ne ſine juſſu Princip. Rimin. Iun. conſ. 328. n. 10.
Cohel. ad bull. bon. regim. cap. 18. n. 54. Giovagnon. conſ. 94.*
XXIII. *n. 5. vol. 1.* etiamſi Gubernatores civitatum ſint, vel Præſides
provinciarum, *Nonnius conſ. 104. n. 18. & 19. Peregrin. de jure*
XXIV. *fiſci, lib. 5. tit. 1. n. 27. Farinac. d. quæſt. 25. n. 19. & 20.* Vel
alias perſonam Principis repræſentent, & ejus imago dican-
XXV. tur, *Rimin. Iun. conſ. 328. n. 9.* Imo ſint ejus delegati vel lo-
XXVI. cum tenentes, *Maſtril. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 10. n. 404.* cum
hæc eadem diſpoſitio procedat & in ipſis Præfectis Prætorio
XXVII. *Rimin. Iun. conſ. 328. n. 10. Maſtril. d. n. 404.* Et in Cardina-
libus à latere Legatis, *Nonnius conſ. 104. n. ult. Farinac. prax.*
XXVIII. *Crim. quæſt. 25. n. 20.* Imo quando etiam Principis auctoritas
intercedat, extraordinaria hæc bonorum publicationis pœna
tunc tantum imponatur, cum magna aliqua cauſa adſit, *Ma-
ſtril. d. cap. 10. n. 409. & ſeqq. Roſenthal. de feud. cap. 5. concl. 62.*
& publica utilitas accedat, *Giovagnon. conſ. 94. n. 5. vol. 5. Buc-*
XXIX. *cafer. reſponſ. 8. n. 5. & 6.* An vero bona damnatorum, quæ
fiſco in caſibus à jure permiſſis addicuntur, Principi, vel civi-
tati, vel aliis applicentur, pendet ex privilegiis, *Boſſ. tract. Var.
tit. de pœn. n. 25. Gratian. cap. 642. n. p. Cohel. ad bul. bon. re-
gim. cap. 14. num. 127.* & ad quæ bona confiſcatio ſe extendat,
diſſerunt Farinacius *prax. crimin. quæſt. 25. à n. 22. ad 100. &
à num. 109. ad finem.* & Scaccia *de judic. lib. 2. cap. 9. à n. 1080.
ad 1132.* & an ad ea quæ ſita ſunt extra territorium, Farina-
cius *d. quæſt. 25. à n. 100. ad 109.* & Chaſſanæus *ad conſuetud.
Burgund. rubr. 2. § 1. V. & appartient. n. 7. & ſeqq.*

C A-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

CAPVT XIII.

De injuſtis patrociniis prohibendis.

Προστασίας δὲ ἀδίκους, ἃς μανθάνομεν ἐν ταῖς ἡμετέραις ἐπαρχίαις γίνεσθαι, πᾶσι μετελεύσῃ τρόποις· οὐ συγχωρῶν οὐδενὶ τοὺς ἑτέρων βίους ἐνεργολαβεῖν, οὐκ οἰκειοῦν ἑαυτῷ τὰ χωρία τὰ μηδαμόθεν αὐτῷ προσήκοντα, οὐκ εἰς τὴν ἑτέρων βλάβην ἐπαγγέλλεσθαι προστασίαν, οὐχ ὅπως ἂν ἀποστεροῖεν τὸ δημόσιον, τὴν ἐπ᾽ αὐτὸ ἰσχὺν ἀντιτάττειν. ἀλλὰ μηδὲ ἔστω σοὶ φροντὶς, ὁποίας ἂν εἶεν οἱ ταῦτα πράττοντες δεσποτείας, ἀρκέσει γὰρ σοὶ διὰ πάντων πρὸς τελειοτάτην ἰσχὺν, ὅτε νόμος, ἥτε τῆς βασιλείας εὐμένεια.

Patrocinia quoque injuſta, quæ cognoſcimus in noſtris provinciis fieri, omnibus corrige modis, non ſinens ulli aliorum vitas in ſe ſuſcipere, non ampliare ſibi prædia nullo modo ei competentia, non in aliorum læſionem promittere patrocinium, non quemadmodum fraudant fiſcum, ſuam virtutem objicere. Neque ſit tibi cura, cujuslibet ſint hæc agentes dominii. ſufficit enim per omnia tibi ad perfectam fortitudinem, & lex, & imperii favor.

I. *Advocatorum laudes.*
II. *Certus eorum numerus in unoquoque foro.*
III. *Advocati per Præſidem dati petentibus.*
IV. *Privilegia Advocatis conceſſa.*
V. *Ex Advocatis judices electi.*
VI. *Advocati in dignitate conſtituti. & numer.* VII.
VIII. *Ex iis electi Quæſtores.*
IX. *Advocationis initia, & progreſſus.*
X. *Vitia & num.* XVI. XXII. *&* XL.
XI. *Munera recipere vetitum Advocatis primo: inde permiſſum. num.* XII. *uſque ad certam ſummam, num.* XIII. *&* XIV.
XV. *Mercedem accipere Advocatis an permiſſum.*
XVII. *Error ſcribentis in precibus non præjudicat.*
XVIII. *Iudex ſupplere debet defectus Advocatorum, Declaratur num.* XIX.
XX. *Iuramentum Advocatorum. & n.* XXI.
XXIII. *Litium redemptiones, & pacta de quota litis prohibentur Advocato, & Procuratori num* XXXVI. *ſub qua pœna. n.* XXVII. *&* XXVIII. *Ampliatur num* XX V. XXV. *&* XXVI. XXIX. XXX. XXXI. XXXII. XXXIII. *&* XXXVII.
Limitatur num. XXXIV. *&* XXXV.
XXXV. *Palmarium quid, & unde dictum.*
XXXVIII. *Advocatorum nomine an veniant Procuratores.*
XXXIX. *Collegium Procuratorum Vrbis.*
XL. *Concinnatores litium qui.*
XLI. *Reipublicæ intereſt tenuiores non opprimi in Iudiciis.*
XLII. *Alienatio in potentiorem eſt prohibita.*

Decla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Declaratur num. XLIII. XLIV. LX.
Limitatur n. XLV. *&* XLVI. XLIX. L.
Ampliatur num. XLVII. XLVIII. LV.
LI. *Prohibetur alienatio judicis mutandi cauſa facta.*
Declaratur num. LII. LIII. LIV.
LVI. *Rei litigioſæ alienatio eſt prohibita.*
Declaratur numer. LVII. LVIII. *&* LIX.
Ampliatur num. LX. LXI.
Limitatur num. LXIII. LXIV. LXV. LXVI. LXVII. *&* LXVIII.
LXII. *Via exequutiva non datur contra tertium.*
LXIX. *Per Præſidem nulla habenda perſonarum diſtinctio in adminiſtranda juſtitia.*
LXX. *In Præſide quæ requirantur.*

I. LAborioſa Advocatorum natio, quam confidentiæ iniquorum reprimendæ, ſublevandæque miſerorum inopiæ divina inſtituit providentia, adeo magno publicis privatiſque rebus adjumento in civitatibus eſt; adeoque larga ex illis in omnium ordinum mortales emolumenta & commoda derivantur, ut *totius Civitatis Oraculum* eorum domum jure olim Cicero *de orat. lib. p.* appellare ſoleret: convenienſque eorum meritis elegans illud Leonis & Anthemii elogium videatur, quo *in l. Advocati* 14. *C. de Advoc. diverſ. judic.* 1. de iis dicitur, *lapſa erigunt, fatigata reparant, non minus provident humano generi, quam ſi præliis, atque vulneribus patriam, parenteſque ſalvarent; neque enim ſolos noſtro Imperio militare credimus, qui gladiis, clypeis, & thoracibus nituntur, ſed etiam Advocatos: militant namque cauſarum patroni, qui glorioſæ vocis confiſi munimine laboran-
II. tium ſpem, vitam, & poſteros defendunt.* Hinc certum conſtituerunt Imperatores numerum Advocatorum in unoquoque foro, nec ſanè exiguum, cui viri Catholici *l. nemo* 15. *C. de Epiſcop. audient. quæ eſt repetita in l. fin. C. de poſtul.* & peritia Iuris Doctorum teſtimonio quam inſtructiſſimi *l. nemini* 11. *C. de adv. div. Iud.* cooptarentur; adeo ut prætoriana advocatio centum & quinquaginta virorum numero conſtaret *l. cum advocatio* 8. *C. de advoc. div. Iudicum.* 1. ultra quos qui ſupernumerarii conſcribebantur, apud inferiores Magiſtratus cauſas agere poſſent *l. nemini* 11. *§ fin. C. eodem,* in Alexandrino foro quinquaginta *l. petitionem.* 13. *C. eodem.* in foro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

foro Præfecti Vrbis octuaginta, *l. per hanc 7. & ibi Gothofr. ad inſcriptionem tit. C. de adv. div. Iudic. 2. Cujac. obſerv. lib. 13. cap. 1.* & tandem in foro præſidiali Syriæ Iuriſperiti triginta, & in foro Comitis Orientis quadraginta, in matricula Advocatorum eſſent deſcripti, *l. petitiones 5. l. jubemus 13. C. de advoc. div. judic. 2.* Et ex his à Præſide petentibus Patroni cauſarum aſſignarentur, *l. p. § ait Prætor ff. de poſtul.* imo et- III.
iam ultro non petentibus, & iis qui propter Adverſarii potentiam Advocatum non invenirent. *l. nec quicquam 9. § Advocator. 5. & §§ ſeq. ff. de offic. proconſ.* hac ſemper adhibita cautela, ne peritiſſimi alteri parti addicerentur, ſed par fieret Cauſidicorum diſtributio, nec alterutra cauſa ab inopia boni patrocinii damnum pateretur. *l. providendum 7. C. de poſtul.* Et quia Anaſtaſii *in l. laudabiles 4. C. de adv. div. judic. 2.* teſtimonio, *advocationis officium maxime principalibus præmiis* IV.
oportet remunerari, Romani Principes multis privilegiis, ad obeundum impigrè munus, Advocatos excitaverunt, *l. 3. 4. 5. 6. & 7. & ſeqq. C. de advoc. div. judic. p.* & de his plenè Xammar. *de offic. Iudic. & Advoc. p. 2. q. 2. n. 5. & ſeqq.* & poſt depoſitum officium eoſdem Comitiva Conſiſtoriana perfrui, & Clariſſimis connumerari voluerunt: *l. cum advocatio 8. C. de adv. div. jud. p. & l. p. C. eodem. 2.* ut hac ratione *& tempore quietis fructum præteritorum laborum*, conſequerentur, & viverent *pro fide atque induſtria erga clientes ſuos comprobata, à privatæ conditionis hominum multitudine ſegregati:* Ex horum numero Iudices quoque lectos fuiſſe conſtat V.
§ p. Novel. de judic. vel etiam invitos, *l. ſancimus 6. & ibi gloſſ. V. arbitrium C. de advoc. div. judic. p.* idque optima ſane cum ratione, ut obſervabat Rittershuſius, *in Iure Iuſtinianæo par. 9. cap. 6. num. 74.* quem morem vigere in Galliis, ibique digniori vel antiquiori Advocato munus judicandi demandari, quoties abfuturi ſint Præfecti regii, teſtatur Gothofredus *d. l. ſancimus. V. Advocati*, eamdemque ob cauſam Ad- VI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

vocati in dignitate conſtituti eſſe cenſentur, *Fontanel. de pact. nupt. clauſ.4. gloſſ. p. n. 28. Gratian. cap. 186. n. 67. Iacob. Ben. de privileg. Iuriſconſult. privileg. 62. Scannarol. de viſit. Car-*
VII. *cerat. lib. 1. cap. 3. ſect. 1. n. 7.* Advocatorumque corpus dicitur eſſe Seminarium dignitatum, *in Novel. Valentiani de poſtulando* ut expreſſit Cujacius *obſerv. lib. 22. cap. 16. in Commentar. ad lib. 2. Pauli ad edictum in explicatione l. 23. de mi-*
VIII. *nor. & in paratit. ad lib. 2. C. lib. 10.* adeo quod inde Quæſtores eligi conſueverint, *ut honeſti laboris fieret præmium dignitas litterarum:* ut colligitur ex ejus officii formula apud Caſſiodorum *var. lib. p. epiſt. 12. & lib. 5. epiſt. 4.* Nec mirum ſanè, ſi vel hujusce nobiliſſimi muneris glorioſa primordia, &
IX. felices progreſſus apud Ammianum Marcellinum *hiſt. lib. 30.* intueamur. *Florebant,* ſcilicet, *elegantiæ priſcæ patrociniis Tribunalia, cum Oratores concitæ facundiæ, attenti ſtudiis doctrinarum, ingenio, fide, copiis, ornamentiſque dicendi pluribus eminebant: ut Demoſthenes, quo dicturo concurſus audiendi cauſa ex tota Græcia fieri ſolitos monumentis Atticis continetur; & Calliſtratus, quem nobilem illam ſuper Oropo cauſam (qui locus in Eubœa eſt) perorantem idem Demoſthenes, Academia cum Platone relicta, ſectatus eſt: ut Hyperides, & Æſchines, & Andocides, & Dinarchus, & Antiphon ille Ramnuſius, quem ob defenſum negotium omnium primum antiquitas prodidit accepiſſe mercedem. Nec minus apud Romanos Rutilii, & Galbæ, & Scauri, vita, moribus, frugalitateque ſpectati, & poſtea per varias ævi ſequentis ætates Cenſorii, & Conſulares multi, & Triumphales, Craſſi & Antonii, & cum Philippis Scævolæ, aliique numeroſi, poſt exercitus proſperrime ductos, poſt victorias & trophæa, civilibus ſtipendiorum officiis floruerunt; laureaſque fori ſpecioſis certaminibus occupantes, ſummis gloriæ honoribus fruebantur. Poſt quos excellentiſſimus omnium Cicero orationis imperioſæ fulminibus ſæpe depreſſos aliquos judiciorum eripiens flammis, non defendi homines ſine vituperatione fortaſſe poſſe, negligenter defendi ſine ſcelere non poſſe firmabat.*

Cæte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Cæterum avaritia magis magiſque in dies animis hominum X.
invaleſcente, paulatim hæc etiam ars communia aliarum rerum mortalium in pejus labentium vitia contraxit, quæ plene per Ammianum *ibidem*, & Quintilianum *Inſt. orator. lib.* 12. *cap.* 8. *&* 9. in priſci ævi Advocatis reprehenduntur, & in recentioribus cauſarum patronis per Tholoſanum *in ſyntagm. jur. univ. lib.* 49. *cap.* 6. & Bernardum de la Roche Flavin. *de parlament. lib.* 3. *per tot.* condemnanturque per Carolum V. Imperatorem, *in p. par. ordinationum Imperialium judicii Cameræ, à tit.* 18. *ad* 25. *apud Goldaſt. in ſtatut. & reſcript. Imperialibus à Carolo V. ad Rodolf. II.* Cum enim agen- XI.
darum cauſarum induſtria ſumma eſſet in pretio, eamque viri ſua majorumque luce præſtantes certatim exercere ſolerent, magnæ inde auctoritatis, magnæ rei familiaris acceſſiones fiebant, ut, quia jam nobilium potentiæ nimis obnoxia plebs,&,ut ait *hiſt. lib.* 4. Livius, *vectigalis eſſe cæperat*, occurrendum immenſitati oratorii quæſtus legis Cinciæ remedio fuerit, qua, teſte Tacito *annal. lib.* 11. *cap.* 5. cavebatur, *ne quis ob cauſam orandam pecuniam donumve accipiat*; & quamvis ejus legis vim Auguſtus intendere ſtuduiſſet, ut eſt apud Dionem *hiſt. lib.* 54. jubendo, *Oratores cauſas nullo accepto præmio agere; qui ſecus feciſſet, eum quadruplum acceptæ mercedis reddere:* nihil inde hominum cupiditas eſt retardata, ut imperante mox Claudio, haud *quidquam publicæ mercis tam venale fuit quam Advocatorum perfidia*, ut legitur apud Tacitum *annal. lib.* 11. *d. cap.* 5. Accuſando ſane huic crimini XII.
tunc acriter Silius incubuit, Patribus legem Cinciam flagitantibus, & è contra pluribus exclamantibus, *neque eloquentiam gratuito contingere, omitti curas familiares, ut quis ſe alienis negociis intendat, multos militia, quoſdam exercendo agros tolerare vitam, nihil à quoquam expeti, niſi cujus fructus ante prævideritt, ſublatis ſtudiorum pretiis etiam ſtudia peritura:* Et Princeps quidem eo tempore capiendis pecuniis modum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ſtatuit uſque ad dena ſeſtertia, quem egreſſi repetundarum tenerentur, *Tacit. d. lib.* 11. *cap.* 7. brevi tamen præſtita materia iiſdem contra Advocatos ſermonibus, ut apud Plinium *epiſt.* 5. Nigrinus Tribunus plebis recitaverit *in ſenatu Libellum diſertum & gravem, quo queſtus eſt, venire advocationes, in eamque rem multa legum capita & Senatusconſultorum*

XIII. retulerit: Ideoque juxta Imperatorum reſcriptum, in hæc verba, *l. p.* § *in honorariis* 10. *ff. de extraordin. crimin.* efformatum: *ſi Iulius Maternus, quem patronum cauſæ tuæ eſſe voluiſti, fidem ſuſceptam exhibere paratus eſt, eam dumtaxat pecuniam, quæ modum legitimum egreſſa eſt, repetere debet*; præſcriptum fuit provinciarum Præſidibus, ut in honorariis Advocatorum ita verſarentur, *ut pro modo litis, proque Advocati facundia, & fori conſuetudine, & judicii, in quo erat acturus, æſtimationem adhibeant, dummodo licitum honorarium quantitas non egrediatur.* & *d. l.* 1. § *ſi cui* 12. *in fine*, intelligitur

XIV. *licita quantitas pro ſingulis cauſis ad centum aureos.* Valentinianuſque & Valens, *in l. quiſquis* 6. § 2. *C. de poſtulando vetuerunt, ut nullum cum eo litigatore contractum, quem in propriam recepit fidem, ineat Advocatus, nullam conferat pactionem,* cum antea Conſtantius *in l. ſi qui.* 5. *C. eodem* reſcripſiſſet; *ſi qui Advocatorum exiſtimationi ſuæ immenſa atque illicita compendia prætuliſſe, ſub nomine honorariorum ex ipſis negociis, quæ tuenda ſuſceperint, emolumenta ſibi certæ partis cum gravi damno litigatoris, & deprædatione, poſcentes fuerint inventi; qui in hujuſmodi ſævitate permanſerint, ab hac pro-*

XV. *feſſione arceantur.* Nulla eſt enim, ut dicebat *Inſtit. orat. lib.* 12. *cap.* 7. Quintilianus, *juſtior acquirendi ratio, quam ex honeſtiſſimo labore, & ab iis, de quibus optime meruerint, quique, ſi nihil invicem præſtent, indigni fuerint defenſione, quod quidem non juſtum modo, ſed neceſſarium etiam eſt, cum hæc ipſa opera tempuſque omne alienis negotiis datam facultatem aliter acquirendi recidant; ſed tum quoque tenendus eſt modus, ac plu-*

rimum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

rimum refert, & à quo accipiat, & quantum, & quouſque: paciſcendi quidem ille piraticus mos, & in ponendis periculis pretia procul abominanda negotiatio, etiam à mediocriter improbis aberit, cum præſertim bonos homines bonaſque cauſas tuenti non ſit metuendus ingratus quis ſit futurus.

Imo ut, poſt damnatum in Advocato prævaricationis crimen ab Antonino, *in l.p. C. de advoc. diverſ. Iud.* quod plene examinatum ab Vlpiano cæteriſque I.C. *in l.p. & toto tit. ff. de prævaricat.* & ad propoſitum à Tholoſano *in ſyntagm. jur. univerſ. lib.* 32. *cap.* 21. cætera vitia à laudabili Advocationis munere excluderant Valens & Valentinianus *in l. quisquis* 6. *Cod. de Adv. diverſ. Iudic. p.* § 4. vetuerunt, ne quis *ea induſtria protrahat jurgium,* & *in* § *apud Vrbem* 5. monuerunt, ne *ad turpe compendium ſtipemque deformem hæc arripiatur occaſio, ſed laudis per eam augmenta quærantur. Nam ſi lucro pecuniaque capiantur, veluti abjecti atque degeneres inter viliſſimos numerabuntur;* & ita *in* § *p.* juſſerunt præberi *patrocinia jurgantibus, ut non ultra, quam litium poſcit utilitas, in licentiam conviciandi & maledicendi temeritatem prorumpant, agant quod cauſa deſiderat, temperent ſe ab injuria:* & ſane convicia adeo longe ab advocationis munere removenda cenſuit, *Inſtit. orator. lib.* 12. *cap.* 9. Quintilianus, ut Advocatum crediderit, *ne vera quidem objecturum niſi id cauſa exigit; ea eſt enim prorſus canina eloquentia, cenſuram maledicendi ſubire, quod facientibus etiam male audiendi præſumenda patientia eſt;* & cum dixiſſet, quod hæc eſt *turpis voluptas, & inhumana, & nulli audientium bono grata,* addidit, quod *ſuper omnia perit illa, quæ plurimum oratori & authoritatis & fidei affert, modeſtia, ſi à viro bono in rabulam latratoremque convertitur; compoſitus non ad animum Iudicis, ſed ad ſtomachum litigatoris: frequenter etiam ſpecies libertatis deducere ad temeritatem ſolet, non cautis modo, ſed ipſis quoque qui dixerunt periculoſum.*

XVI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Et ſicuti cautum fuerat, ne Advocatorum inſcitia præjudicium inferret iis, qui ſub eorum patrocinio quieſcerent;
XVII. dum definitum fuit, quod errores eorum qui preces ſcribunt, veritati præjudicium non afferant, *l. 2. C. de error. Advocat.*
XVIII. eo quod judex, ſi quid ab his qui negotiis aſſiſtunt minus fuerit dictum, id ſupplere debeat, & proferre quod ſciat legibus & Iuri publico convenire, *l. un. C. ut quæ deſunt Advocat. &*
XIX. *l. fin. C. de appel.* niſi tamen penderet ex facto, quod ipſe nequit ſupplere, niſi forte ex actis nedum conjici ſed probari poſſit. *Faber. in ſuo Cod. lib. 2. tit. 7. definit. p. Ranchin. in addit. ad Guidon. Pap. dec. 221. V. probatione.* ita providit Iuſtinianus, ne juſtitiæ obſit nimia Advocati ſcientia, dum hic erubeſcit ſuſceptam litem cognita inter dicendum iniquitate dimittere; & ſanctionem edidit *in l. rem non novam* 14. *§ Pa-*
XX. *troni autem. C. de judiciis.* In qua præſcripſit, quod poſt litem conteſtatam in quocumque Iudicio Patroni cauſarum, qui utrique parti auxilium præſtant, ſacroſanctis tactis Euangeliis juramentum præſtare teneantur, *quod omni quidem virtute ſua, omnique ope, quod verum & juſtum exiſtimaverint, Clientibus ſuis inferre procurabunt; nihil ſtudii relinquentes, quod ſibi poſſibile eſt: non autem credita ſibi cauſa cognita quod improba ſit, vel penitus deſperata, & ex mendacibus allegationibus compoſita, ipſi ſcientes, prudenteſque mala conſcientia liti patrocinabuntur; ſed &, ſi certamine procedente aliquid tale ſibi cognitum fuerit, à cauſa recedent, ab hujuſmodi communione ſeſe penitus ſeparantes.* Cujus juramenti meminit alias Imperator, *& in l. 2. C. de jurejur. propter Calumn. & in Novel. de teſtibus*
XXI. *§ fin.* & ſimile onus Advocatis impoſitum legimus per Fridericum, *in Conſtit. Neapol. ſive Sicul. lib. p. tit.* 82. qui inſuper voluit Sacramentum hoc non ſemel tantum præſtari, ſed anno quolibet renovari. Hæc igitur omnia diligenter animo reputans Imperator, ac remedio ſingulis opportuno mederi cupiens, ſubjicit hoc decimum tertium Mandatorum caput,

quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

quo Præſidibus injungit, ne legum & fori ſubtilitatibus callidos homines ad ſimpliciorum injuriam abuti permittant: Et quia dupliciter id accidere poteſt, opera videlicet & ver- XXII.
ſutiis Advocatorum, vel ſponte ipſa & ingenio litigantium, utrique ei vitio per hunc textum occurrit, primo de Advocatis, deinde de litigatoribus agens: quem quidem ordinem nos quoque in hoc textu exponendo claritatis gratia retinendum ſtatuimus. Duplex eſſe ſolere promiſcuum, & magis frequens Advocatorum vitium obſervavit Vlpianus; alterum excitandi favendique minime neceſſarias lites; alterum eaſdem certis interpoſitis cum litigatore pactionibus in ſe ipſos ſuſcipiendi; namque *in l. nec quidquam 9. § 2. ff. de Offic. Procons.* inter cætera ejus Magiſtratus præcepta hæc habet: *Circa Advocatos patientem eſſe oportet, ſed cum ingenio, ne contemptibilis videatur, nec adeo diſſimulare, ſi quos cauſarum concinnatores vel redemptores deprehendat.* Vtrumque id vitium hic à XXIII.
Iuſtiniano coercendum injungitur: & litium quidem redemptio, ibi, *non ſinens ulli aliorum vitas in ſe ſuſcipere*, qui quidem intellectus à communi Græcæ dictionis βίους interpretatione, id eſt *vitas*, nequaquam ſatis evidenter elici poſſe videtur; ideo eam in hoc textu pro *bonis* & *ſubſtantiis*, accipiendam cenſerem; quæ ſignificatio alioqui naturalis, imo admodum elegans & probatis Græcæ linguæ ſcriptoribus paſſim uſitata, & in ſpecie ad hunc locum probatur à Cujacio *obſerv. lib. 8. cap. 31.* ubi conſiderat ſimul antecedentem dictionem ἐνεργολαβεῖν, *in aliqua re quæſtum facere*, & eſt affinis τοῦ ἐργολαβεῖν, quæ ſignificat proprie, *opus aliquod perficiendum accepta mercede ſuſcipere*, quod faciunt ii qui redemptores, & vulgo arrendatores & appaltatores appellantur; & poſſe dici de Advocatis ſub certa pactione lites alienas ſubeuntibus, monet pariter Cujacius *d. cap. 31.* ita ut ſenſus Imperatoris videatur, quod Præſides debeant prohibere quæſtus, qui fiunt ſuper alienis bonis, ſuſcipiendo lites agendas;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

das; & ſic vitare litium redemptiones, & pacta quæ fiunt de quota litis, & quoslibet ſuper his cum Clientibus initos contractus: eſt enim à Iure improbatum, quodlibet hujuſmodi pactum per Advocatos cum Clientibus initum in caſum victoriæ, cum præbeat patronis haud dubiam occaſionem calumnioſe litigandi, & propter hanc ſpem lucri, alias abfuturi, veritatem ipſam doloſe impugnandi. *l. ſi quis* 5. *C. de poſtulando, & ibidem Barboſ. qui plurimos Doctores ad ſatietatem enumerat, num. p. & 2. l. ſumptus* 53. *ff. de pactis. l.* 1. *§ ſi cui.*
XXIV. *ff. de extraord. cognit.* adeo ut Advocatus cum Cliente contrahens pactum etiam juratum, *Farin. prax. crim. q.* 106. *n.* 22.
XXV. *Barboſ. d. l. ſi quis. n.* 12. imo ab eo obtinens ceſſionem, non quidem pro vero & juſto pretio realiter ſoluto, ſed vel titulo partim venditionis, partim donationis, & abſque juſta cauſa cedendi, *Fenzon. ad ſtat. Vrb. lib. p. cap.* 18. *n.* 7. *Plot. de in lit.*
XXVI. *jurand. §* 16. *num.* 11. *Franc. Marc. deciſ.* 19. *num.* 4. vel alias cum eodem contrahens, *l. quiſquis* 6. *§ præterea* 2. *C. de Advoc. div. judic. p. Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap.* 430. *n. p. Pa-*
XXVII. *ſchal. de viribus Patriæ poteſt. par. p. cap.* 4. *n.* 11. crudelis, & deprædator cenſeatur. *Barboſ. d. l. ſi quis. num.* 13. *Farinac. d. quæſt.* 106. *num.* 12. officio privatur. *Peregr. de Iure fiſc. lib.* 4. *tit.* 7. *num.* 16. *Barboſ. d. l. ſi quis n.* 15. *&* 24. *Marc. deciſ.* 19.
XXVIII. *num.* 4. *Gratian. deciſ.* 218. *in addit. num.* 4. jam factas de proprio expenſas in lite omnino perdat. *Farinac. d. quæſt.* 106. *num.* 9. & teneatur lege Iulia de vi privata, *l. ex S. C.* 6. *ff. ad l. Iul. de vi priv.* qua damnati ab omnium prorſus honorum commodis ac ornamentis arçentur, tamquam indigni, & quaſi
XXIX. infames. *l. p. ff. ad leg. Iul. de vi priv.* etiamſi eſſet litis conſors, *Boccac. de pactis par.* 3. *num.* 33. *Farinac. d. quæſt.* 106. *n.* 20.
XXX. *Barboſ. d. l. ſi quis, num.* 4. aut quota litis in pactionem deducta eſſet minima, *Fenſon. ad ſtatut. Vrbis lib. p. cap.* 18. *n.* 10. *Plot.*
XXXI. *de in lit. jurand. §* 16. *num.* 9. ac etiam res certa, ex iis quæ ſunt in controverſiam, *Plot. d. num.* 9. *Farinac. d. quæſt.* 106. *num.* 33.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

num. 33. vel item certa pecuniarum quantitas, danda tamen, tantum in caſu victoriæ, *Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap.* 431. *n.* 3. *Gratian. deciſ.* 218. *n.* 3. *Plot. d. num.* 9. fieret ſub nomine XXXIII.
honorarii, *l. ſalarium* 7. *ff. mandat.* dummodo tamen pactum, XXXIV.
& quidem validum *Carpan. d. cap.* 431. *num.* 7. fiat in caſu victoriæ tantum, ſecus vero ſi honorarium in certa quantitate, ſeu etiam in re non deducta in litem, moderata tamen, promittatur, ſive victoria contingat ſive lis amittatur. *Sot. de juſt. & jur. lib.* 5. *quæſt.* 8. § 2. *in fin. Farinac. d. quæſt.* 106. *n.* 38. *& ſeqq. Barboſ. d. l. ſi qui. num.* 6. quamvis forte, qui litem agitat, majorem quantitatem, ſed moderatam, pactus fuiſſet in caſum victoriæ, *Gratian. deciſ.* 218. *num.* 7. *Farinac. d. quæſt.* 106. *num.* 45. quo caſu permittitur etiam palmarium, de quo plene XXXV.
Farinacius *d. quæſt.* 106. *num.* 48. *& ſeqq.* ſic tamen, non ſecus ac *in l. p.* § *ſi cui* 12. *ff. de extraord. cognit.* dicebat Vlpianus, *ut computetur id, quod datum eſt, cum eo quod debetur, ne utrumque compoſitum licitam quantitatem excedat.* quod victoriæ cauſa datum præmium hoc nomine ideo nuncupari, dum diverſas appellationes recenſeret, quibus Advocatorum honoraria inſigniuntur, *de Parlament. Galliæ lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 19.
cenſuit Roche Flavin. quod tamquam Laurea Civica mu- XXXVI.
ralis, myrtea, oleagina poſt victoriam demum detur: & dicta de Advocatis ſunt etiam Procuratoribus applicanda, in hac materia, *Farinac. d. quæſt.* 106. *num.* 16. *Barboſ. d. l. ſi qui. n.* 3.
etiamſi forent illitterati. *Gratian. d. deciſ.* 218. *in addit. n.* 7. XXXVII.
ut enim *in d. l.* 1. § 11. *ff. de extraord. crim.* dicitur, *hic Ad-* XXXVIII.
vocatos accipere debemus omnes omnino, qui cauſis agendis quoquo ſtudio operantur: licet magna ſit inter Advocatos & Procuratores, cum aliis in rebus, tum præcipue in privilegiis diſparitas, quorum tamen plurima conceduntur Procuratoribus approbatis & admiſſis in Collegio requirente numerum certum perſonarum, ut diſtinguendo obſervat Gratianus, qui exemplificat in Procuratoribus Collegii Curiæ Ro- XXXIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

manæ *cap.* 186. *n.* 21. in quem ordinem, juxta illius Collegii ſtatuta per Paulum V. motu proprio, & ex certa ſcientia confirmata, nonniſi viri fide, vita, doctrinaque & natalibus probati ad certum numerum adlegi poſſunt: ab Advocatis autem aliarum civitatum minimum differunt, quandoquidem cauſarum curſum dirigere, judicium ordinare, ad victoriam facientia in facti ſerie perſcrutari, rationes juri conſonas excogitare, & cætera hujuſmodi facere, quæ maturum judicium, nec vulgarem experientiam deſiderant, Procuratorum Curiæ Romanæ munus eſt; quod quidem maxima pars illorum patrocinantium potius, quam miniſtrantium more, ſumma cum dignitate implere ſolet. Siquidem cauſarum miniſteria ab inferiori forenſium ordine obiri ſolent, eorum videlicet qui Sollicitatores appellantur, quique veriore cum ratione Procuratores appellari deberent. Sed de hac materia videndus Mandoſius *ſuper reg.* 4. *Cancel. quæſt.*8. *num.*7. Veſtrius *in praxi lib.* 2. *cap.* 19. Gratianus *diſcept.* 57. *num.* 39. Vbertus Gratioſus *congreſſ. legal.* 9. *& ult. num.* 28. & Vrſellius *concluſ. legali.* 60. *num.* 44. hactenus de redemptoribus litium.

XL. Tranſeamus ad alterum corruptelæ forenſis genus, eorum nempe qui litium Concinnatores ab Vlpiano *in d.l. nec quidquam* 9. § 2. *ff. de off. Proconſ.* appellantur, quos procul haberi à judiciis mandat Præſidibus Imperator ibi, *non ſinens, in aliorum læſionem promittere patrocinium, non quemadmodum fraudent fiſcum ſuam virtutem objicere.* Pro *læſione* autem nequaquam hic ſumitur incommodum illud, quod ex Advocati patrocinio in ſui clientis adverſarium neceſſario provenit, ita namque omnis prorſus Advocatorum induſtria penitus intercideret, ſed de eo detrimenti genere, quo haud ſcio an ullum Reipublicæ pernicioſius dici poſſit, & eleganter ab Ammiano Marcellino deſcribitur, qui *hiſtor. lib.* 30. ait, ut *in profeſſione turbulenta clareſcant, ad expugnandam veritatem*

ora

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ora mercenaria providentes, per proſtitutas frontes vileſque latratus quo velint aditus ſibi patefaciunt crebros: qui inter ſollicitudines Iudicum per multa diſtentas inreſolubili nexu vincientes negotia, laborant, ut omnis quies litibus implicetur, & nodoſis quæſtionibus de induſtria judicia circumſcribunt. Quæ cum recte procedunt, delubra ſunt æquitatis, cum depravantur, foveæ fallaces & cæcæ, in quas ſi captus ceciderit quiſquam nonniſi per multa exiliet luſtra, aduſque ipſas medullas exuctus. Quis autem Medicum non exhorreſcat noxiis cibis & potionibus in humana corpora ſævientem, unde exercendi ſui artificii quæſtuſque faciendi materia exiſtat? Atqui quod medicamenta morbis, hoc exhibere jura negociis ajebat idem Iuſtinianus *Novel. ne quis mutuum det agricol. in præfat.* nec abſimilis erat Silii ad Claudium Imperatorem oratio apud Tacitum, *lib.* 11. cum diceret, *quomodo vis morborum pretia Medentibus, ſic fori tabes pecuniam Advocatis ferat:* Turbulento illis Reipublicæ ſtatu, corruptiſque hominum moribus, & diſſidentibus civium animis opus eſt; quæ mala generi mortalium funeſtiſſima omniumque triſtiſſima, qui cogitatione ſolum & cupiditate affectare deprehenditur, nonne tamquam civitatum regnorumque clades atque pernicies publico mortalium omnium odio ac deteſtatione dignus eſt? ne dum eos, qui omnem in creandis diſcordiis committendiſque inter ſe hominum animis induſtriam collocat, inter primos civitatis adnumerari, atque in foro judiciiſque regnare ſinamus. Et hi ſunt, quos Vlpianus *Concinnatores* litium appellat, quaſi conflatores negotii, circa quod induſtriam ſuam exerceant: *Concinnare* ſiquidem eſt, rem quampiam lenociniis quibuſdam atque pigmentis excolere, ad inſtar eorum qui unguentis delibuti, madenti coma, & capillo compoſito conſpiciuntur: ut animadvertunt Alexander ab Alexandro *gen. dier. lib.* 4. *cap.* 15. *in princ. & ibid.* Tiraquellus *litt. B. D. & C.* & Tholoſanus *ſyntagm. jur. univerſ. lib.* 49. *cap.* 6. *num.* 29. & hi revera in

aliorum læſionem ſuum promittunt patrocinium, *& ſuam virtutem* objiciunt *quemadmodum fraudent fiſcum*. Per verbum fiſcum redditur hic Latinè Græca dictio τὸ δημόσιον; mea quidem ſententia nequaquam ſatis recte; namque fiſci mentioni qui locus in hoc propoſito eſſe poſſit, neſcio, ideoque loco
XLI. *fiſci* ponerem Rempublicam, Civitatem, vel quidpiam ſimile, quibus ſignificatur id quod vere lædi Imperator ab Advocatorum malitia dicit, & cujus præcipue intereſt, ne à potentioribus tenuiores ac ſimpliciores in judiciis opprimantur, juxta theoricam Saliceti *in l. p. C. ne lic. potent. num. p.*

Iam vero omiſſis Advocatis, de quibus ſatis ſuperque dictum eſt, dicemus pauca de ipſis litigatoribus, quorum aſtutiæ erga collitigantium tenuitatem ac ſimplicitatem habet in hoc textu mentionem Imperator, & ante eum eleganter loquutus eſt Vlpianus *in l. nec quicquam* 8. *§ ult. ff. de Off. Proconſ.* quod *opprimi aliquem per Adverſarii ſui potentiam non oportet: hoc enim etiam ad invidiam ejus qui provinciæ præeſt ſpectat, ſi quis tam impotenter ſe gerat, ut omnes metuant adver-*
XLII. *ſus eum Advocationem ſuſcipere.* Duplici autem fraude ut plurimum hujuſmodi litigatores in fruſtrandis atterendiſque Adverſariis uti conſuevere: aut enim potentiorem illi Adverſarium opponunt, alienando eam rem ſuper quam litem futuram prævident, vel cœpta jam controverſia in quemlibet etiam minus potentem id faciunt. Harum utrique occurrere ſtudet hic Iuſtiniani *ſollicitudo remediis* ſemper (ut ipſe profitetur *Novel. ut divin. juſſ. in præfat.*) invigilans *ſubditorum*, nec umquam ceſſans *inquirere ſi quid ſit in Republica corrigendum*. Dumque monet Præſides, ne cuiquam permittant *ampliare ſibi* (propius ad mentem Imperatoris eſſet *appropriare ſibi*: nam vocis Græcæ οἰκειοῦν ea verior ſignificatio eſt) *prædia nullo modo ei competentia, non in aliorum læſionem promittere patrocinium*: Præſides ipſos cuſtodes & vindices impoſuit earum legum, quæ hac de re in variis Digeſtorum, &

Codicis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Codicis titulus reperiuntur. Tituli autem ſunt ſub rubrica *de alienat. jud. mut. Ne lic. pot. patroc. litig. & De litigioſis*, quibus inde ad *Leges & Conſtitutiones ſuper his poſitas apertius explicandas*, adjecit Iuſtinianus Novellam *de litigioſis:* ut ipſe in ejuſdem Novellæ præfatione profitetur. Cum enim juxta XLIII.
celebrem gloſſæ deſtinationem *in l. p. V. ſpecialiter C. ne lic. potent.* hæ fraudolentæ jurium ceſſiones modo fiant in eos, quibus ratione officii, modo in eos quibus alia de cauſa major in Civitate auctoritas eſt, & modo fiant de rebus ſeu actionibus jam in judicium deductis, & aliquando non de his, quæ deductæ ſunt, ſed deducendæ: inde prædictorum titulorum diſcrimen ortum eſſe obſervavit Cujacius *lib. 8. obſ. 31.* poſt gloſſa *in d. V. ſpecialiter.* Priuſquam enim judicium excite- XLIV.
tur, vetitum eſt Iudicii mutandi cauſa res ipſas vel actiones cuiquam cedere, qui ſit potentior *l. 1. & 2. C. ne liceat potent. Iaſon. ibidem ad rubr. num. 1. Salycet. ad l. 2. num. p. Rota deciſ. 282. num. 6. & 7. par. 7. recent.* non quidem ratione divitiarum vel familiæ, vel alia quacumque cauſa, per quam quis conſtituatur inter primores Civitatis, ſed ratione Officii, & quidem talis, quod reſideat in perſona, quæ talem timorem poſſit incutere. *gloſſ. in l. 1. V. potentiorum C. ne lic. potent. Bald. ibidem in l. 2. num. 2. Iaſon. ad eandem rubr. num. 2. Oſaſch. deciſ. 144. n. 12. Rota deciſ. 228. num. 22. & deciſ. 282. num. 8. & ſeqq. par. 7. recent.* Vt ideo quia ceſſat in Ec- XLV.
cleſia metus incuſſio, facta ſuſtineatur ceſſio illi facta, *Sarnen. ad reg. de Subdelegat. litigantium quæſt. 1. num. 2. Rota d. deciſ. 228. n. 23. par. 7. recent.* Imo cuicumque perſonæ con- XLVI.
ſtitutæ intra limites ditionis Eccleſiaſticæ, cum ibi ob vindicem Romanorum Pontificum vigilantiam, & Cardinalium Legatorum ibi Præſidentium non datur iſta metus incuſſio, nec potentia conſiderabilis ad hunc effectum, *Merlin. deciſ. 799. num. 9.* Verum è contra redditur irrita prædicta ceſ- XLVII.
ſio, ſi fiat iis, qui ſunt de familia potentioris, *Salycet. ad l. 1. C.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ne lic. potent. num. 4. *Barboſ. ibidem num.* 8. quia licet contrarium ſenſerit Iaſon, *ad eandem rubr. num.* 1. *in fin.* Loquitur tamen, quando non conſtat de potentia familiaris; cum alias, ubi Dominus auxilium præſtet familiari, vel hic alias familiaritatis ratione eſt potens, irritetur ſibi facta ceſſio, non ſecus ac irrita eſt illa, quæ fit ipſi potentiori. *Trentacinqu. var. reſol. lib.* 2. *ſub rubr. de poſtul. reſolut.* 2. *num.* 4. *verſ. ego ſub fœdere.*
XLVIII. ſive palam, ſive occulte patrocinium præſtetur, vel etiam per interpoſitam perſonam. *Barboſ. d. l.p. num.*7. *Trentacinqu.*
XLIX. *dic. reſol.* 2. *num.* 3. ſuſtinentur tamen hæ ceſſiones factæ potentiori, vel ejus familiari, ſi judicium futurum ſit cum æque potenti, vel in cauſis criminalibus, in quibus ingeritur pœna ſanguinis. *Iaſon ad d. rubr. num.* 2. vel alienatio fieret filiis & deſcendentibus potentioribus, *gloſſ. in l. ſi quis ita § & lege. ff. de verb. oblig. Barboſ. d. l.*1. *num.*11. vel aliis conſanguineis,
L. *Trentacinqu. d. reſol.* 2. *n.* 10. Et quamvis per hujuſmodi ceſſiones violetur legum diſpoſitio, tamen quia delictum hoc non eſt atrox, cum non ſit vetitum à jure Divino, nec gentium, ſed tantum à Iure Civili, ſi forte is qui ceſſerit ſit minor, reſtituetur in integrum, quando potentior ille in quem ceſſio facta fuit cauſæ jacturam patiatur, *Cancer. var. reſol.*
LI. *par.* 2. *cap.* 12. *à num.* 74. *ad finem.* Præterea vetitum eſt cedere ei qui ſit potentior alia quapiam ratione, quæ judicii mutationem inferat, *l. p. & tot. tit. ff. de alien. Iudic. mutand. cauſ. facta. l. unic. C. eodem:* puta ſi quis Clerico donet, vel aliàs Iura cedat, ut ita Adverſarios ad Eccleſiaſticum forum trahat. *cap. fin. & ibi gloſſ. V. Eccleſiaſticum forum, & DD. de alien. jud. mutand. cauſ. facta*, nam etiam talis ceſſio à Iure reprobatur, adeo ut detur reſtitutoria actio in eum qui alienavit, in quantum intereſt duriorem Adverſarium non ha-
LII. buiſſe. *Cujac. obſervat. lib.* 10. *cap.* 3. quando tamen ex hac translatione actionum ſequatur actualis mutatio fori, *gloſſ. in d. cap. fin. V. Eccleſiaſticum forum de alien. jud. mut. cauſa facta,*

Rota

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Rota deciſ. 1. *eodem tit. in Novis. & deciſ.* 282. *num.* 18. *par.* 7. *Recent.* Cujus intuitu cum conſideretur collitigantis præjudicium, non requiritur ea potentioris auctoritas, quam modo conſiderabamus, *hic num.* 44. ſed ſatis eſt quæcumque auctoritas ſeu qualitas habilis ad inducendam mutationem fori, quæ vigeat in ea perſona, in quam fiat alienatio; *gloſſ. in l.* 2. *V. actiones. C. ne lic. potent. & ibidem Alberic. Salycet. Iaſon, & alii quos laudat & ſequitur Rota, quæ diſſidentes DD. ſententias conciliat deciſ.* 282. *par.* 7. *recent. à num.* 4. *ad* 16. Et licet prohibitio alienationis, quæ fiat mutandi Iudicii cauſa, reſpiciat judicium, quod fore ſperatur, nedum tamen eſt cœptum, *gloſſ. in cap. p. V. vertitur; de alien. jud. mut. cauſ. facta. Cironius ibidem verſ. quoties nempe. Speculat. in tit. de ceſſ. act. § ſciendum, num.*12. *Rota d. deciſ.* 282. *num.* 17. *par.* 7. *recent.* ad differentiam ceſſionis, quæ fit in potentiorem, quam æque comprehendere judicium inchoatum & inchoandum ſenſit Salycetus, *ad l.* 1. *C. ne lic. potent. num.* 3. numquam tamen permittitur in conjunctam vel extraneam perſonam donationibus vel emptionibus, vel quibuſlibet aliis contractibus, transferre rem litigioſam, *l. lite* 2. *& ibi DD. C. de litigioſis. Rota deciſ.* 173. *num.* 4. *par.* 7. *recent. deciſ.* 88. *num.* 3. *coram Durano:* quod litigioſi vitium tamen non cadit in re ſubjecta ſpeciali, vel generali hypothecæ § 1. *Novell. de litigioſis. Cancer. var. par.* 2. *cap.* 12. *num.* 10. *Oſaſch. deciſ.* 144. *num.* 7. Nec ubi intentata fuit actio mere perſonalis. *Bartol. in l.* 1. *§ ſi inter. ff. de litigioſ. Oſaſch. deciſ.* 144. *n.* 7. *Roman. Conſ.* 270. *num.* 3. *Rota deciſ.* 173. *num.* 6. *& deciſ.* 228. *num.* 3. *par.* 7. *recent. Et in Romana hæreditatis de Gratianis*, 11. *Decembris* 1648. *§ obſtare. coram Meltio.* quando etiam ex tali actione perſonali actor intenderet in conſequentiam aſſequutionem bonorum, cum in hac materia id ſolum attendatur quod primario petitur, *Cancer. d. cap.* 12. *num.* 13. *Merlin. deciſ.* 799. *num.* 4. & 5. Sed illa res vere dicitur litigioſa, de cujus dominio

Margin: LIII. LIV. LV. LVI. LVII. LVIII. LIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

nio inter petitorem, & poſſidentem judicialiter contenditur,
§ 1. Novel. de litigioſ. Duran. deciſ. 88. num. p. Rota deciſ. 281.
num. 1. par. 7. recent. vel etiam coram arbitris, quorum ta-
men ſententia mereatur exequutionem, *Cancer. var. p. 2.*
LX. *cap. 12. num. 36. & ſeqq.* Adeoque vetita eſt à Iure rei liti-
gioſæ translatio, ut neque per ultimam voluntatem poſſit
transferri, ſed tunc ineunda ſit litis æſtimatio præſtanda his,
quibus actiones vel res litigioſæ imo etiam ambigua Chiro-
grapha relicta ſint, ſi jus antiquum attendamus. *l. quicumque 3.*
C. de litigioſis. Et ex jure Novellarum Legatarius id totum
quod ſibi relictum eſt conſequatur, ſi hæres judiciali ſenten-
tia Dominus declaretur; Si vero hic in Iudicio victus extite-
rit, Legatarius nihil conſequatur, quaſi teſtator ſciens rem
eſſe litigioſam purum litis eventum ipſi reliquerit, *§ p. verſ.*
LXI. *& hoc autem. Novel. de litigioſ.* ita forte ſi quis rem litigioſam
LXII. in alium transferat; quamvis alias contra tertium via exequu-
tiva procedi non poſſit, *Bald. l. 1. num. 6. verſ. ſecus ſi agi-*
tur. C. commun. de leg. Rota deciſ. 15. num. 8. coram Duran. de-
ciſ. 630. num. 2. coram Greg. & in Peruſina bonorum 23. Iu-
nii 1651. § & maxime. coram Celſo. Tamen contra eum, in
quem tranſlata fuit res litigioſa, recta via fit exequutio, *Can-*
cer. d. cap. 12. num. 17. Gratian. cap. 502. num. 22. ubi an id
procedat contra eum, qui ignoranter accepit rem litigioſam
LXIII. *num. 23. & ſeqq.* Tunc tamen litigioſas res licet alienare,
quando ille non ſeparatim, ſed cum univerſitate bonorum
transferantur. *argum. text. in l. immodicis 24. ff. de contrah.*
empt. Rota deciſ. 799. num. 1. & 2. coram Merlino. deciſ. 173.
LXIV. *num. 22. & deciſ. 228. num. 18. par. 7. recent.* vel per diviſio-
nem factam inter cohæredes, *l. fin. in fin. C. de litigioſ. § 1.*
verſ. & hoc adjiciendum Novel. de litigioſ. vel ex cauſa impen-
LXV. ſarum funeris, *Ciron. in parat. decretal. ad tit. ut lite pendente.*
LXVI. vel tranſactionis, *l. fin. § 1. C. de litigioſ. Cancer. d. cap. 12.*
num. 53. Rota in d. Romana hæred. coram Meltio. § neque ullius.

Vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Vel dotis *l. fin. § p. in fin. C. de litigioſis. Gloſſ. in l. ante diviſionem, & ibi Bald. C. de Iure Dotium. Cancer. d. cap. 12. n. 51.* LXVII.
Duran. deciſ. 481. *numer.* 4. conſtituendæ ſeu reſtituendæ, *Rota in d. Romana hæreditatis de Gratianis. § neque ullius. coram Meltio. & in eadem 26. Iunii 1651. § 2. coram Bichio.* Niſi tamen alienans haberet alia bona, ex quibus dotem poſſet ſolvere: tunc enim ceſſat ratio publicæ utilitatis, vel neceſſitatis, ut poſt Cephalum *Conſ. 64. num. 10. & ſeqq.* ſenſit Rota, *in d. Romana coram Bichio § 2. & § verum.* quæ rejicit contrariam ſententiam Duran. *deciſ.* 281. vel non ageretur de bonis ejus qui dotare teneretur, vel à quibus alias eos extrahi deberet, *Baldus Novel. de dote par. 11. privil. 1. num. 23. Rota in d. Romana coram Bichio, § alteram, & § minus obſtat.* Et LXVIII.
in univerſum ſuſtinetur rei litigioſæ tranſlatio, quandocumque poſſeſſor eam transferat ex cauſa neceſſaria, ut poſt Innocentium, Baldum, Bartolum, Angelum & Alexandrum Cancerius, *var. par. 2. cap. 12. num. 48. & 49.* qui & rem litigioſam, ſi tempore ſit peritura, licite docet alienari, *ibidem num.* 49.

Ea igitur omnia, quæ ex DD. à nobis allegatorum auctoritate diximus hic à ſupradictis legibus prohiberi, in hoc textu repetita cenſentur; injungiturque Præſidibus, ut violatores LXIX.
earum Conſtitutionum omnino cohibeant ſine ullo cujuſquam potentiæ reſpectu, *cujuſlibet ſint hæc agentes dominii: ſufficit enim per omnia* Præſidi *ad perfectam fortitudinem & lex & Imperii favor:* oportet enim, quod is, qui præeſt populis, *neminem improbe agentium revereatur, etſi dives, etſi majore aliqua dignitate præditus ſit:* ideo enim è numero præſtantiorum eligitur, *ut pro ſua potentia neceſſe non habeat cuiquam alii attendere, quam* Principi *& Legibus, ſecundum quas & ipſe judicet, & ſubditos vitam inſtituere procuret. § mittemus 2. Novel. de Prætore Lycaoniæ.* Et ex hac cura laudem à populis, à Principe præmia exſpectat vigil Præſes: *eſto juſtus* (dicebat Iuſti- LXX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

nianus, dum *in § porro autem* 11. *Novel. de Proconſ. Cappadoc.* alloqueretur Cappadociæ Proconſulem, & in eo cæteros Præſides,) *& elato animo; & tam nos quam legem præ oculis habeto: cognoſcitoque, quod ſi ſtrenuè iſta exequatur, longiore tempore in hoc officio permanebit, & major ipſum alius forte Magiſtratus excipiat: Cæterum ſi noſtris juſſionibus neglectis potentiores aliquos, non Legem, aut nos colat & veneretur, tum primo quoque tempore iis, quæ in ipſum collata fuerunt, excidet, tum de cætero inter condemnatos habebitur indignus noſtro viſus judicio.*

CAPVT XIV.

De alienis colonis & capite cenſitis, ut nemo eos ſuſcipere audeat.

SEd etiam ſuſcipientes alienos agricolas ſic odio habebis, ſic compelles cito reddere quod ſuſcipiunt male, ut ſi plurimum manſerint inobedientes, omne quicquid in onus provinciæ eſt, illorum poſſeſſionibus hoc impones. Si vero in aliis provinciis agricolæ dicantur eſſe conſtituti, literis utêris publicis ad provinciarum Præſides, ut in eas fugientes agricolas confitentes aut convictos tradant poſſeſſionibus, & revocentur ad provinciam cui præſides: & inobedientes vehementer corripies, minus

Ἀλλὰ καὶ τοὺς εἰσδεχομένους ἀλλοτρίους γεωργοὺς, οὕτω μισήσεις, οὕτως ἀναγκάσεις θᾶττον ἀποδοῦναι τοὺς ληφθέντας κακῶς, ὡς εἰ μέχρι πολλοῦ μείναιεν ἀπειθοῦντες, ἅπαν ὅσον ἄπορον τῆς ἐπαρχίας ἐστὶ, τοῦτο τῇ ἐκείνων κτήσεσιν ἐπιθήσεις. εἰ δὲ ἐν ἑτέραις ἐπαρχίαις οἱ γεωργοὶ λέγοιντο καθεστάναι, γράμμασι χρήσῃ δημοσίοις πρὸς τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἐκείνων ἡγουμένους. ὥστε αὐτοὺς τοὺς ἐν αὐταῖς πεφευγότας γεωργοὺς συνομολογοῦντας ἢ ἐλεγχομένους παραδιδόναι τοῖς κεκτημένοις, καὶ ἐπανάγεσθαι πρὸς τὴν ἐπαρχίαν ἧς ἄρχεις,

minus idoneorum adjectione. Competens enim eſt, talia ſtudentem, hinc onus & rerum deminutionem in ſua facultate cognoſcere: ut minoratus cognoſcat quantum eſt lædere & delinquere in alios. Sed hoc ipſum age, ſive prædia poſſidentes in provincia ſint, ſive aliquorum aliis competentium gubernatores ſint. Oportet etenim & poſſeſſores illa ſolum habere quæ eis dat lex, & gubernatores alienarum illis præeſſe ſolummodo, quæ per conductionem aut alium legitimum eis ſunt tradita modum: extraneis autem abſtinere: & non providere quidem aliis, lædere vero alios, & ſibimet lucrum impium ex hoc adquirere.

ἄρχεις, καὶ τοὺς ἀπειθοῦντας σφοδρότερον μετιέναι τῇ τῶν ἀπόρων ἐπιβολῇ. προσῆκον γάρ ἐστι τὸν τὰ τοιαῦτα σπουδάζοντα, τὸ ἐντεῦθεν ἄτοπον καὶ τὴν τῶν πραγμάτων ἐλάττωσιν ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ περιουσίας μαθεῖν, ὅπως ἂν ἐλαττούμενος γινώσκοι πόσον ἐστὶ τὸ ἀδικεῖν τε καὶ πλημμελεῖν εἰς ἑτέρους. τοῦτο δὲ πράξεις, εἴτε οἱ τὰ χωρία κεκτημένοι κατὰ χώραν εἰσὶν, εἴτε τινῶν ἑτέροις προσηκόντων φροντισταὶ καθεστήκοιεν. δεῖ γὰρ καὶ τοὺς κεκτημένους, ἐκεῖνα μόνον ἔχειν ἅπερ αὐτοῖς δίδωσιν ὁ νόμος, καὶ τοὺς προνοοῦντας τῶν ἀλλοτρίων, ἐκείνων προΐστασθαι μόνον ἅπερ κατὰ μίσθωσιν ἢ καθ' ἕτερον νόμιμον αὐτοῖς παραδέδοται τρόπον. τῶν δὲ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι, καὶ μὴ προνοεῖν μὲν ἑτέρων, ἀδικεῖν δὲ ἄλλους, καὶ ἑαυτοῖς κέρδος ἀσεβὲς ἐντεῦθεν πορίζειν.

I. *Deſerta prædia quibus attributa.*
II. *Agricolarum ſpecies quæ antiquitus.*
III. *Colonis prædia deſerere vetitum.*
IV. *Alieni coloni non poterant recipi nec emi.*
V. *Litterarum publicarum uſus inter Præſides.*
VI. *Agriculturæ laus, & num.* VII.
VII. *Nobilitati non derogat agricultura.*
VIII. *Quæſtoris à Iuſtiniano inſtituti in Vrbe Conſtantinopolitana munus.*
IX. *Mendicantes validi ad agriculturam vel alia opera publica ablegandi, & num.* XI. *& ſi recuſent puniendi, num.* XII.
X. *Pauperes ſunt alendi.*
XIII. *Agricolas alienos ſub clientela ſuſcipere vetitum.*
XIV. *Suſcepti qui dicerentur.*
XV. *In ditione Eccleſiaſtica vetitum clientelæ Principum exterorum ſe ſubmittere.*
XVI. *Princeps tenetur ſubditos ab injuriis defendere.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

I. CVm certa ratione prædiorum tributa Romanis olim Principibus provinciæ penderent, ea præcipua publice cura fuit, ne per cultorum negligentiam agri deſererentur ac ſterileſcerent, indeque unà cum cæteris commodis etiam tributorum emolumenta interciderent: quapropter prædia, quibus proprii cultores non eſſent, colenda Decurionibus attribuebantur *l. 1. C. de omni agro deſerto.* vel utiles terras poſſidentibus, qui ea colerent, dabantur, *l. qui utilia 5. Cod. eod.* vel denique occupantibus permittebantur, *l. qui agros* 8. *l. qui fundos 9. C. eod.*

II. Cumque ea de cauſa plures eſſent agricolarum ſpecies, de quibus Cujacius, *ad rubr. C. de agricol. & cenſ. & ibid. Perez. n. 1. 2. & 3.* quod ſcilicet alii eſſent ſervi cenſibus & terræ adſcripti, qui unà cum proprio peculio ad dominum pertinebant, *l. agricolarum* 18. *l. ne diutius* 21. *C. de agr. & cenſit.*

III. alii vero libertate tam in rebus quam in perſona fruerentur, ſed prædia deſerere non poſſent, ubi per triginta annos illa incoluiſſent, *d. l. agricolarum. & l. cum ſcimus* § 1. *C. de agric. & cenſit. l. p. C. de præd. tamiac.* niſi donis & remunerationibus ſe redimerent ab hoc onere, ut obſervavit Cironius, *obſervat. Iur. Canon. cap.* 10. qui ejus redemptionis formulam *ibid.* exhibet *lib.* 2. quod idem in eorum filiis ſtatutum fuit ex

IV. Anaſtaſii conſtitutione, *l. cum ſatis* 23. § 1. *C. eod.* Hinc igitur cautum fuit, gravibus etiam indictis pœnis, ne alieni coloni vel adſcriptitii ab aliis reciperentur, ſed ſi forte fugiſſent, priori terræ redderentur, *l. omnes 6. l. omnes profugi.* 8. *l. ſervos* 12. *C. eod.* imo ſine hac nequaquam poſſent alienari, *l. quemadmodum 7. C. eod.* Cum igitur in Mandatis exigendorum tributorum cura fuiſſet Præſidibus in primis indicta ſuperius, *cap.* 1. iiſdem jure injungitur, ut ſuſceptores hujuſmodi alienorum agricolarum odio ſuo dignos judicent, ac eos compellant dominis & terris *cito reddere:* & ſi inobedientes ſint,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ſint, tunc deſerti agri, non iis qui fertiles poſſideant, applicentur juxta prædictam diſpoſitionem Valentiniani & Theodoſii, *in l. qui utilia* 5. *C. de omn. agr. deſert.* ſed inobedientibus his onus imponitur, ut, pro hujuſmodi terra tunc inculta, fiſco tributa præſtent; & ſi extra provinciam agricolæ hujuſmodi ſe contulerint, præſes per publicas litteras aliarum provinciarum judices requirat, ut eos prioribus dominis reſtituendos ad ſe tranſmittant: Frequens quippe eſt inter di- V.
verſarum regionum Præſides hujuſmodi litterarum commercium, per quas in adminiſtranda juſtitia mutua præſidia ſibi invicem conferunt, puta in accerſendis teſtibus alterius provinciæ, eorum depoſitione tranſmittenda, reis evocandis, aliiſque hujuſmodi actibus exercendis, de quibus Gothofredus *ad l. à Divo* 15. *§ ſententiam. V. juſſi. ff. de re jud.* Et ſane VI.
potiſſima eſſe debet Præſidialis vigilantiæ pars, quæ ad frequentandam agrorum culturam ejuſque artis civium animis conciliandæ curam pertinet, cum hæc *ſecundum naturam potiſſima* hominis *poſſeſſio* ab Ariſtotele *Oeconom. p. cap.* 2. Et *corporibus noſtris vitæque utilitati maxime conveniens* à Columella cenſeatur, *de re ruſtic. lib.* 1. *in præfat.* eo quia *ſine ludicris artibus atque etiam ſine cauſidicis olim ſatis fælices fuere futuræque ſunt urbes; at ſine agri cultoribus nec conſiſtere mortales, nec ali poſſe manifeſtum eſt:* hinc teſte Plinio *hiſt. nat. lib.* 18. *cap.* 3. Romæ *agrum male colere cenſorium probrum judicabatur*: & ad conſtituendum populum agricolam plurimas leges apud multos antiquitus latas memorat Ariſtoteles *polit. lib.*2. *cap.*4. Atque tunc, imo inter hodiernam quoque VII.
luxuriam ac rerum omnium corruptelam, agricultura cuicunque hominum fortunæ citra omne nobilitatis diſpendium exerceri permittitur, *Tiraquel. de nobilit. cap.* 32. *per tot.* Et apud Diodorum Siculum *Biblioth. hiſtoricæ lib.* 2. vel ipſi barbari *in prœliis quidem hoſtes alios interficiunt, & agricolas relinquunt intactos, tanquam in commune utiles.* Mirum itaque non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

eſt, ſi quæ ad hanc materiam pertinent traduntur hic à Iuſtiniano, tanquam præcipua quibus provinciarum ſalus innititur, ad excitandos ad ejus cultum ſtudiumque mortales: quam quidem ad rem exemplo pulcherrimo omnibus gentibus fuerit id, quod in urbe Conſtantinopolitana Quæſtori à ſe conſtituto, ſeu reſtituto, Iuſtinianus injungit *in Novel. de*
VIII. *Quæſtore:* cum enim hunc, *ibid.* § 1. vellet *requirere ad magnam* eam *Civitatem venientes, ex quacunque provincia ſint, viros ſeu mulieres, cujuſcumque fortunæ vel dignitatis exiſtant, & perſcrutari qui ſint, aut unde venerint, & qua occaſione:* juſſit, *ſiquidem ſi agricolæ ſint intendere quibus judicum horum competunt lites, & his imminere, velociterque eos eripere difficultatibus, propter quas* illuc *venerunt, & feſtinanter unde venerunt eos remittere:* Et cum hoc idem, *ibid.* § 2. & 3. in-
IX. junxiſſet, inde § 4. & 5. addidit, quod *ſi vitæ occaſionem aliqui, aut lites non habentes in ea ſunt civitate, ut propter victum* emendicandum, & *eo quod hic ad eorum deſideria non ſufficiat, jam etiam peccent; corporum eorum ſtatum, qualis quis eſt, inſpicere: & ſi quidem valent eis corpora, potentes autem ſufficere ad laborem ſunt: ſiquidem ſervilia fuerint, cognoſcere quorum ſunt, & hos etiam invitos poſſeſſoribus tranſmittere; ſi vero liberi fortuna & ex aliquibus civitatibus aut provinciis orti, has tranſmittere ad provincias, ex quibus orti ſunt: ſi vero ejus terræ fuerint, & corporibus quidem validis utantur, vitæ autem decens non eſt occaſio, hos non fruſtra eſſe terræ onus permittere; ſed tradere citius eos operum publicorum attinet artificibus ad miniſterium, & præpoſitis pannificantium ſtationum, & hortos operantibus, aliiſque diverſis artibus, aut operibus, in quibus valent ſimul quidem operare, ſimul autem ali: & ſegnem ita ad meliorem mutare vitam. ſi vero aliqui noluerint obſervire operibus, quibus traditi ſunt, hos ſectari* (vel melius ut habet Græca lectio expellere) *civitate; ut non, ſegnitie eos ad illicitos actus impellente, leges eos abripiant ad pœnas tradentes Iudicibus: læ-*

ſos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ſos autem, & læſas corpore, aut canitie graves, hos ſine moleſtia eſſe jubemus in civitate, aut pie agere volentibus adſcribendos; (hoc eſt, ut Græca indicat lectio, *à pie agere volentibus alendos:)* ut ſic invalidis mendicantibus victum præberi juſſerit, ſed validos ad opera publica, & præſertim ad agrorum culturam obligari: hoc idem antea, ſeveriori tamen Sanctione, præſcripſerant Gratianus, Valentinianus & Theodoſius, *in l. unic. C. de mendic. valid.* ſtatuentes, quod *cunctis, quos in publicum quæſtum incerta mendicitas vocaverit, inſpectis, exploretur in ſingulis & integritas corporum, & robur annorum: atque inertibus & abſque ulla neceſſitate miſerandis neceſſitas inferatur, ut eorum quidem, quos tenet conditio ſervilis, proditor ſtudioſus & diligens dominium conſequatur: eorum vero quos natalium ſola libertas perſequitur, colonatu perpetuo fulciatur.* adeoque etiam ab Imperatoribus nebulones hi colendis agris per jus coloniæ (cujus onerum ſpeciem quandam nobis exhibent leges Bacuvariorum tit. 1. cap. 14.) mancipentur.

Neque tamen pietas inde lædi ulla ex parte dicenda eſt, X.
cum his, qui re vera ſunt miſeri, id potius reſervetur, quod peſſimis ſubtrahitur: & teſte Auguſtino *in can. non omnis* 2. 5. *quæſt.* 5. longe *utilius eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus juſtitiam negligebat, quam eſurienti panis frangitur, ut injuſtitiæ ſeductus acquieſcat:* imo ubique gentium ſervandum videtur id, quod Capitularium *lib.* 1. *cap.* 124. ſtatuerunt Carolus Magnus, & Ludovicus Pius, ut ſcilicet *de mendicis, qui per patrias diſcurrunt, unuſquiſque fidelium ſuum pauperem de beneficio aut de propria familia nutriat, & non permittat alibi ire mendicando; & ubi tales inventi fuerint qui ſibi manibus laborent, nullus eis quidquam tribuere præſumat.* Verum quia ut XI.
Vlyſſem, qui ſe mendicum ſimulabat apud Homerum *Odyſſ. lib.* 18. alloquebatur Eurimachus:

Ἀλλ' ἐπεὶ οὖν δὴ ἔργα κακ' ἔμμαθες, οὐκ ἐθελήσεις
Ἔργον ἐποίχεσθαι. ἀλλὰ πτώσσειν κατὰ δῆμον

Βούλεαι

Βέλεαι ὄφρ' ἂν ἔχῃς βόσκειν τὴν γαστέρ' ἄναλτον.

Sed quoniam igitur jam opera mala didiciſti,

Non voles opus inire, ſed trepidare per populum vis,

Vt poſſis paſcere tuum ventrem inſatiabilem.

Qui malam hanc inierunt conſuetudinem hinc inde ſtipem emendicandi, malunt in illo paupertatis ſquallore verſari, quam manuum ſuarum labore victum quærere: hi ſunt ideo ad agriculturam vel alias artes pœnarum metu compellendi, ne prætextu eleemoſynæ otioſorum hominum, & plerumque pravorum foveatur inertia, & ne hi fucorum inſtar mendicantibus debilibus & infirmis victum auferant, ut ſenſerunt Peguerra *plene deciſ. Crim.* 4. *num.* 3. *& ſeqq.* Ioannes de Platea, *ad l. unic. C. de mendicant. valid.* Tholoſanus *ſynt. jur. univerſ. lib.* 36. *cap.* 6. *num.* 13. *& ſeqq.* Perez. *ad illum titulum num.* 9. Cohellius *in bul. bon. reg. cap.* 41. *n.* 19.

XII. & Bobadilla *politic. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 32. qui omnes conſentiunt hos, ſi recuſant agriculturæ opera vel alios labores exercere, fuſtigationis pœna multandos eſſe, vel etiam ad triremes condemnandos: & ita pluribus in locis obſervari teſtantur. Ita olim Sardos pœnam ignaviæ & ſocordiæ conſtituiſſe memorat Ælianus *variæ hiſtoriæ lib.* 4. *cap.* 1. ut qui otioſe viveret, rationem vitæ reddere, & unde viveret oſtendere teneretur, quod idem à Græcis & præcipue Athenienſibus factitatum accepimus teſte Plutarcho *in Solone*, item à Romanis, ut ex vetuſtis auctoribus obſervant Perez. *d. tit. de mendic. valid. num.* 6. & Tholoſanus *d. cap.* 6. *num.* 18. *& ſeqq.*

XIII. Cum tamen in præcedenti capite potentiorum patrocinia vetuerit Imperator, & hic acriter invehatur in illos, qui alienos agricolas ſuſcipiunt, ad cauſam patrociniorum ea ſpectare quæ hic traduntur, obſervat hoc loco Cujacius: unde non omnino incongruum erit aſſerere, Iuſtinianum reſpexiſſe ad Leonis & Anthemii Conſtitutionem, qui impoſita pœna centum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

centum auri librarum nobilioribus, & facultatum amiſſione iis qui mediocris ſint fortunæ, vetuerunt potentioribus ſub clientelam propriam ſuſcipere vicanos & agricolas ac eorum bona; tabellionibus etiam, qui inſtrumenta in hanc cauſam conficerent, bonorum proſcriptione plectendis. *l.* 1. *C. ut nemo ad ſuum patrocin.* cui textui conforme eſſe hoc Mandatorum caput monet *ibidem* Cujacius, qui clientes hujuſmodi XIV.
ſuſceptos divi Auguſtini & Servii teſtimonio comprobat, imo etiam Salviani, qui locum hunc quam maxime, 5. *de provid. Dei*, per hæc verba illuſtrat: *Vt vim exactionis evadant, tradunt ſe ad tuendum protegendumque majoribus, dedititios ſe divitum faciunt, & quaſi in jus eorum ditionemque tranſcendunt: nec tamen grave hoc eſſet, ſi potentiores patrocinia iſta non venderent; hac lege pauperes tueri videntur, defenſoribus ſuis omnem fere ſubſtantiam ſuam addicunt; nihil ſuſceptis tribuunt, ſed ſibi: Novum genus venditionis & emptionis, Venditor nihil tradit, & totum accipit; Emptor nihil accipit, & totum penitus amittit.* Vt ideo jure Clemens VIII criminis XV.
læſæ Majeſtatis reos eſſe ſanciverit, *Conſtit.* 78. § 9. illos, in ditione Pontificia, qui ſe, vel propria bona, Principis cujuſpiam exteri protectioni vel clientelæ ſubjiciant, nam Regio XVI.
ipſi diademati in ſupremæ Majeſtatis judicium adhæret ſubditorum ab injuriis & violentiis continua defenſio, *Perez. ad tit. Cod. ut nemo ad ſuum patrocin. num.* 3. *Bobadil. polit. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 83. 117. & 196. *Roder. de an. redit. lib. p. quæſt.* 17. *num.* 71. *ad finem. Borel. de Reg. Cathol. præſt. cap.* 5. *n.* 7. & 20. quare citra gravem Principis injuriam nemo poteſt ab aliis defenſionem hanc implorare, quaſi Principi exprobraturus, quod ſibi à Deo commiſſos populos defendere nolit, vel neſciat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

CAPVT XV.

De titulis affixis alienis prædiis.

Titulos autem imponere prædiis alienis, aut ergaſteriis in civitatibus conſtitutis, & ſuperſcribere ſua vocabula, ita præſumentibus periculoſum eſſe ſcias, ut agnoſcant, quia hæc agentes ipſi ſuam ſubſtantiam applicabunt fiſco. Si enim cauſam ſoli imperio & fiſco datam tentaverit aliquis arripere, in ſuis agnoſcat experimentum: & ſuis rebus titulis impoſitis publicis, fiat aliis exemplum abſtinentiæ: qui ſi iiſdem implicentur malis, ſimilibus ſubdentur pœnis. Hæc igitur omnia obſerva, ſciens noſtram circa te voluntatem atque ſententiam, qualis quidem erit delinquente te, qualis autem probato, & noſtra ſequente præcepta, ac leges.

Σανίδας δὲ ἐπιτιθέναι χωρίοις ἀλλοτρίοις, ἢ ἐργαστηρίοις ἐν πόλεσι διακειμένοις, καὶ ἐπιγράφειν τὰς ἑαυτῶν προσηγορίας, οὕτω τοῖς τολμῶσιν ἐπικίνδυνον καταστήσεις, ὡς γινώσκειν ὅτι ταῦτα πράττοντες, αὐτοὶ τὴν ἑαυτῶν περιουσίαν προσάψουσι τῷ δημοσίῳ. εἰ γὰρ πρᾶγμα μόνῃ τῇ βασιλείᾳ καὶ τῷ δημοσίῳ δεδομένον πειρῷτό τις ὑφαρπάζειν, ἐν τοῖς ἑαυτοῦ μανθανέτω τὴν πεῖραν· καὶ τοῖς αὐτοῦ πράγμασι τίτλων ἐπιτιθεμένων δημοσίων, γινέσθω τοῖς ἄλλοις παράδειγμα σωφροσύνης· οἵπερ εἰ τῶν αὐτῶν ἅψαιντο κακῶν, ταῖς ὁμοίαις ποιναῖς ὑποκείσονται. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα φυλάξεις, γινώσκων τὴν ἡμετέραν περί σε προαίρεσίν τε καὶ γνώμην, ὁποία μέν τις ἔσται πλημμελοῦντός σου, ὁποία δὲ εὐδοκιμοῦντος, καὶ τοῖς ἡμετέροις ἀκολουθοῦντος παραγγέλμασί τε καὶ νόμοις.

I. *Cura fiſcalium ſpectabat ad Comitem rerum privatarum.*
II. *Qua ratione is bona fiſco addiceret.*
III. *Tituli qui, & vela, & cortinæ quid, & unde dicti.*
IV. *Inſignium affixio arguit dominium, & vi.*
V. *Probat pariter Ius patronatus.*
VI. *Signo crucis deſignatæ ædes ſacræ.*
VII. *Titulos & nomina potentiorum uſurpans punitur, & qua pœna.*
VIII. *Negans ſe poſſidere amittit poſſeſſionem.*

IX. *Principis titulos ſuis vel alienis prædiis apponere vetitum. Ampliatur num.* XII.
X. *Signa propria nemo poteſt imponere rei alienæ quam penes ſe habet loco pignoris.*
XI. *Titulos proprios alienis prædiis non licet apponere.*
XIII. *Delicta populi Præſidi tribuuntur.*

COmes rerum privatarum, cujus curæ omnis re- I.
rum fiſcalium ratio incumbebat, *l. p. & toto tit. C. de off. Com. rer. privat.* titulos ſeu vela regia af- II.
figere ſolebat iis bonis, quæ fiſco addicere vellet, idque publicis perſonis præſentibus, & ſolemni juris ordine ſervato fieri mos erat, *l. ſi quando 3. & ibi Cujac. V. addendum eſt. C. de bon. vac. Amaya ad l. ſi vacantia 5. num. 3. C. eod.*
Hæc etiam *cortinæ regiæ* dicuntur ab Ambroſio, *epiſt. 33.* III.
lib. 5. purpuraque etiam & auro contexebantur, ut ſenſit Revardus, *Var. lib. 5. cap. 11. & Amaya d. l. ſi vacantia. n. 3. & 4.* Principis imaginem vel nomen præ ſe ferebant, ſive in velis ipſis expreſſo nomine & in titulis inſculpto, ut cenſuit Baronius, *annal. tom. 5. ad an. 439. num. 36.* ſive ea fuerint ſimplicia quædam ſigna Principis privilegium referentia, ut aſſerunt Menochius *de arbitr. caſu 338. num. 12.* & Barboſa, *ad l. fin. C. ut nemo privat. titul. num. 4.* titulique nomine appellabantur, ducta etymologia à tuendo, propterea quod rem cui eſſent affixa, ne à quoquam violari poſſet, tutam præſtabant, ut poſt Cujacium & Iuretum ac Bullengerum dixit Amaya, *d. l. vacantia. num. 6. C. de bon. vac.*

Sicut igitur hodie ex inſignium affixione probatur domi- IV.
nium rei, *Menoch. præſumpt. 64. num. 6. lib. 3. Maſcard. de probat. Concluſ. 1052. num. 1. & ſeqq. Afflict. deciſ. 23. num. 4. Rota Genuenſ. diverſ. deciſ. 201. n. 2. & 3. Buratt. deciſ. 344.*
num. 2. Et patronus Eccleſiæ is aſſeritur, cujus inſignia & V.
arma in ea ſunt affixa, *Roland. conſ. 84. num. 23. & ſeqq. lib. 2. Peregrin. conſ. 75. n. 3. lib. 1. Surd. conſ. 61. n. 29. & conſ. 179. n. 59. Hopping. de Iure inſignium & arm. cap. 6. par. 3. n. 152. & 164. Rauden. de analog. cap. 23. num. 49. Rota deciſ. 201.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

num. 2. coram Coccin. deciſ. 1141. *num. 7. coram Seraphino. & in Mediolanenſ. Priorat.* 14. *Martii* 1646. *§ ſexto, in quam, coram Card. Corrado:* Sic antiquitus ex affixione Regii tituli, ad fiſcum & Principem bona ſpectare cum inferretur, hoc idem à privatis ipſis uſurpatum fuit aliquando, ut uniuſcujuſque dominium ex affixione tituli ſeu tabellæ argueretur, *l. ſi*
VI. *vitem* 22. *ff. ſi ad januam* 2. *& ibi Gothofred. ff. quod vi:* Vnde emanavit mos, quod domibus præfixo ſigno crucis, quod eſt Chriſtianæ religionis proprium inſigne, illas ad ſacrum cultum tranſlatas fuiſſe oſtenderetur, *Baron. annal. tom.* 2.
VII. *an.* 112. *num.* 6. *& in Martyrolog. ad diem* 26. *Iul. lit.* I. Hinc plerique, malarum quas foverent cauſarum deſperata victoria, ad potentiorum patrocinia confugientes, eorum titulos prædiis controverſis affigebant, quo veri domini ab iis vindicandis abſterrerentur, auctoritatem ficti domini hac ratione reverentes: ad avertendum igitur peſſimum hoc inſtitutum, Arcadius & Honorius ſtatuerunt, quod potentior exiſtimationis bonæ famæ jactura plecteretur, *l. unica, in fine C. de his qui potent. nomine.* is vero qui potentis nomen uſurpavit amiſſione etiam cauſæ juſtæ mulctaretur; & ſi injuſtam cauſam haberet, plumbatis cæſus, perpetuis metallorum ſuppliciis deportaretur, *l. unica C. de his qui potent. nom. titulos.*
VIII. *præd. affig.* cum alias, ceſſante hoc potentioris patrocinio, negans ſe poſſidere ſolam poſſeſſionem amittat, quæ judicis facto in adverſarium transfertur, *l. fin. ff. de rei vindic. § illud*
IX. *quoque*, 10. *Novell. de trient. & ſemiſ.* Alii pariter ad evitandas ſibi juſte excitatas controverſias, ſuis prædiis Principis titulos affigebant, vel alienis, ut ea veris dominis uſurparent, *Baron. ad. an.* 439. *num.* 36. ideoque Honorius & Theodoſius decreverunt, ut is, qui bonis propriis regios titulos affixiſſet, ea illico amitteret, ita ut ad fiſcum transferrentur, *l.* 1. *C. ut nemo priv. titul.* & Theodoſius ac Valentin. ſanciverunt, quod, qui regia vela alienis prædiis affigere auderet ſine præceptione judi-

judicis competentis, ultimo ſupplicio afficeretur, ſi plebejus foret; ſi vero nobilis, bonis fiſco addictis in exilium mitteretur, *l.fin. C.ut nemo priv.titul.* Vetitum quinimo fuit,ne rebus X.
alienis, quas quis pignoris loco,aliave quapiam ratione, penes ſe detineret,ſigna propria ſine judicis auctoritate imponeret, *l. 1. & 2. C. Vt nem. lic. ſine jud. auctor. ſigna reb. impon. alien.*

Singula hæc inſtituta per Iuſtinianum in hoc capite revo- XI.
cantur; dum injungit Præſidibus, ut ad fiſcum transferant bona eorum, qui proprios *titulos prædiis alienis* affixerunt, aut *ergaſteriis*,hoc eſt,officinis;unde ἐργαστηριακὸν dicitur tributum, quod pro his perſolvitur, à Meurſio *in gloſſar. græcobarbaro.* ita ſcilicet qui hæc violant Mandata,ea patientur damna, quæ aliis peſſimo exemplo voluerunt inferre, quam Conſtitutionem hinc translatam legimus in Baſilicis *lib. 6. tit. 3. cap. 22.* & repetitam in Novellis *in § oportet. 5. Novell. de moderat. Helen.* ubi præterea præſcribitur Moderatori Helenoponti, ut titulos illos ad caput imponentis impingat & confringat: unde licet conjicere è ligneis tabulis confici conſueviſſe: & illud idem Prætori Paphlagoniæ demandavit Iuſtinianus, *§ atque hoc. 4. Novell. de Præt. Paphlag.* eidem ulterius injungens, ut ſi is, cujus tituli alienis prædiis affixi conſpiciuntur, fuerit abſens, confeſtim in vincula conjiciatur prædiorum curator, qui tormentis ſubjiciatur, ad ejus caput primo comminutis titulis. Et quia miniſtri domorum Cæſaris vel XII.
Auguſtæ aliquando regios titulos alienis prædiis affigebant, vel ſigna mobilibus imprimebant, vel aliorum agricolas fraudulenter ſuſcipiebant, & hæc ſingula iis expreſſe vetuit Tiberius *in Conſt. de Divin. dom. § p.* Hæc vero Mandata ad unguem cuſtodiri cum vellet Iuſtinianus, Præſides monet eatenus Principis gratiam fore conſequuturos, quatenus hæc curabunt obſervari. Imo ſi in puniendis illis, qui titulos alie- XIII.
nis prædiis affigant, ſit negligens Præſes, *bonorum ſuorum publicationem ſuſtinebit, ut qui cum facile pro magnitudine Imperii*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

iſta prohibere potuiſſet dedita ea opera neglexerit, ut ſancitum eſt *in § atque hæc 4. Novel. de Præt. Paphlagon.* quod Imperatoris dictum ſedulo animadvertant provinciarum Præſides, hinc conjicientes ad eos referri mala omnia, quæ in provinciis ſibi creditis contingunt.

CAPVT XVI.

Quid primum facere debeant Præſides cum provinciam ingrediuntur.

Mox autem ut ingredieris provinciam, convocatis omnibus in metropoli conſtitutis (dicimus autem Deo amabili epiſcopo, & venerabili clero, & nobilibus civitatis) inſinuabis hæc noſtra ſacra præcepta ſub geſtorum inſinuatione: & propones exemplar eorum publice, non ſolum in metropoli, ſed etiam in aliis provinciæ civitatibus, tranſmittens ea per officiales tuos ſine damno: ut omnes cognoſcant in quibus ſuſcepiſti cingulum, & videant ſi hoc conſervas, & noſtro dignum temetipſum oſtendis judicio.

Ἅμα δὲ ἐπιβαίης τῆς χώρας, συγκαλεσάμενος ἅπαντας τοὺς ἐν τῇ μητροπόλει καθεστῶτας (φαμὲν δὲ τόν τε θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον, τόν τε εὐαγῆ κλῆρον, τοὺς τε ἐν τέλει τῆς πόλεως) ἐμφανῆ καταστήσεις ταῦτα ἡμῶν τὰ θεῖα παραγγέλματα ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων· καὶ προθήσεις τε τὸ ἰσότυπον αὐτῶν δημοσίᾳ οὐ μόνον ἐπὶ τῆς μητροπόλεως, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις τῆς ἐπαρχίας πόλεσι, πέμπων αὐτὰ διὰ ταξεωτῶν σῶν, ζημίας χωρίς· ὥστε ἅπαντας γινώσκειν ἐφ' οἷς παρέλαβες τὴν ἀρχὴν, καὶ ὁρᾶν εἰ ταῦτα φυλάττεις, καὶ τῆς ἡμετέρας ἄξιον σαυτὸν ἀποδεικνύεις κρίσεως.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

I. PRæſidum delicta Principi indicanda.
II. Præſides in provincia in qua deliquerunt ſunt puniendi.
III. Præſes ubi ingreditur provinciam Mandata debet edere.
IV. Lex Iuſtiniani in porticibus Eccleſiarum ſculpta: & num. v.
VI. Epiſcopi vindices legum conſtituuntur.
VII. Leges bonæ Deo dicatæ.
VIII. Mandata Principum ſucceſſerunt loco edicti Prætorii.
IX. Legis ultima perfectio pendet à publicatione.

INſtituerat Iuſtinianus, *in § eos autem* 8. *Novel. ut Iudic. ſine quoquo ſuffrag.* ut Epiſcopi ac Primates provinciarum, ſi quid à Præſidibus peccatum in adminiſtratione ſit, notabile inde incommodum provinciales acceperint, cuncta ejuſmodi Principi renunciare, preceſque ad eum dirigere, quibus peterent, ut virum quempiam probum delegaret, qui de Præſidis commiſſis diligenter cognoſceret, *quatenus ipſe ubi injuſtitiam fecit, illic quoque pœnas ſubeat delictorum; ut neque aliter quiſpiam tale aliquid agere præſumat, ad exemplum reſpiciens*: quoque id facilius fieri poſſit, congruum erat, ut populis innoteſceret quidnam Præſides à Principe in Mandatis habuiſſent; ut ſic melius illi dignoſcerent, an in tributis exigendis & puniendis delictis Præſes Principi obtemperaret: hanc igitur ob cauſam jubet Præſidem, ſtatim ac provinciam ingreſſus eſt, ratione ſibi *in l. obſervare* 4. *ff. de offic. Proconſ.* præſcripta, *convocatis in metropoli Epiſcopo, Clero & Nobilibus*, nullam moram faciat, Mandata hujuſmodi populo exhibendi, & eorundem exemplar ad ſingulas provinciæ civitates per officiales ſuos tranſmittendi, quo illis perlectis omnes intelligant nedum qua auctoritate polleat Præſes, verum etiam an judicio de ſe à Principe facto, Mandatorum ab eo acceptorum obſervatione, reſpondeat; qua ratione incredibile dictu eſt quantum ſibi ſtudii in provincialium animis Princeps pareret; reputantibus ſingulis haud vulgarem erga ſe curam eſſe illius qui neque *Imperii famulitio pro eorum felicitate* parcendum ſibi exiſtimet, ut habetur *in Novel. ut judic. in epilogo, poſt* § 14.

Hanc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

IV. Hanc autem formam ſervavit Iuſtinianus in alia lege, edi-
ta *in Novell.* 8. ad quam referuntur hæc quæ modo exponi-
mus Mandata: ibi ſcilicet injunxit, eam legem tabulis aut la-
pidibus in porticibus Metropolitanarum Eccleſiarum inſcul-
pi, & ab Eccleſiaſticis Præſulibus Principem moneri an eam
Præſides obſervarent, ut eos præmiis vel pœnis, prout par
eſſet, poſſet afficere. Cujus edicti in omni terra Deo amabi-
libus Archiepiſcopis & ſanctiſſimis Patriarchis conſcripti, *in*
V. *eadem Novell.* 8. *poſt epilogum*, verba ſunt hæc: *Traditæ nobis à*
Deo Reipublicæ curam habentes, & in omni juſtitia vivere no-
ſtros ſubjectos ſtudentes, ſubjectam legem conſcripſimus, quam &
tuæ ſanctitati, & per eam omnibus qui tuæ provinciæ ſunt, facere
VI. *manifeſtam bene habere putavimus. Tuæ igitur ſit reverentiæ,*
& cæterorum, hæc cuſtodire; &, ſi quid tranſcendatur à judicibus,
ad nos referre, ut nihil contemnatur horum, quæ ſancte & juſte à
nobis ſancita ſunt: ſic enim nos quidem noſtrorum ſubjectorum
miſerati, quoniam ſupra fiſcalium functionum exactionem etiam
maximas ſuſtinent ex furto judicum violentias, propter factas
provinciarum venditiones, hæc auferre per ſubjectam ſtuduimus
legem. Vos autem, ſi negligentes, non referatis à nobis quidem
conſecratam Domino Deo, rationem reddetis apud eum pro alio-
rum injuſtitia, ſi quod non agnoſcentibus nobis damnum apud vos
hominibus inferatur: ſed oportet præſentes vos provinciis, & pro
eis ac reliquis deteſtantes manifeſtos nobis facere, & rectos judi-
ces, & tranſcendentes hanc legem noſtram: quatenus utroſque
cognoſcentes, hos quidem puniamus, illis autem repenſemus: cum-
que lex publice propoſita fuerit & omnibus manifeſta; tunc intus
VII. *recondatur in ſanctiſſima Eccleſia cum ſacris vaſibus: utpote &*
ipſa dedicata Deo, & ad ſalutem ab eo factorum hominum ſcripta:
facietis autem melius & illic habitantibus univerſis hominibus,
ſi eam inſculpentes aut tabulis aut lapidibus in porticibus ſanctiſ-
ſimæ Eccleſiæ deſcribatis, plenam præbentes omnibus horum quæ
ſancita ſunt lectionem atque poſſeſſionem.

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Et hinc etiam liquet, Mandata hæc loco prætorii edicti VIII.
ſucceſſiſſe, cum eorum inſtar in ipſo ſuſcepti Magiſtratus limine populis edicerentur, ut qua ratione in provincia jus reddendum foret, & crimina eſſent plectenda, unicuique notum eſſet, ac inde legibus illis, quæ in hoc Mandatorum volumine continentur, ultima accederet perfectio & com- IX.
plementum, quod à publicatione legis emanare arbitrantur S. Thomas *p.2. quæſt. 90. art. 4. in corp.* & Suarez *de legibus lib. 1. cap. 11.*

CAPVT XVII.

De armis.

HÆc enim conſervata apud te faciunt præſentem tibi cingulum diuturniorem & glorioſiorem, ſiquidem ſuper alia, neque armis uti non militantem permittes aliquem. Hæc te & Deo & legibus, & nobis chariſſimum conſtituunt. Sed & illud providebis, ut ſi quis eorum qui populum in turbas ſolicitant, tentarit aliquando ab hac magna civitate fugere, aut ſolus, aut cum aliis, & venerit in provinciam cui præs: quatenus inveſtigare de hoc & examinare cum omni ſubtilitate & [cautela cures,] & ubi conſtiterit, nunciare hoc, ſi forte dignæ

ΤΑῦτα γὰρ φυλαττόμενα παρὰ σοῦ ποιήσει σοὶ τὴν παροῦσαν ἀρχὴν χρονιωτέραν τε καὶ εὐκλεεστέραν, εἴγε, πρὸς τοῖς ἄλλοις, μηδὲ ὁπλοφορεῖν τῶν οὐχὶ στρατιωτῶν τινὶ συγχωρήσεις. ταῦτά σε θεῷ καὶ τοῖς νόμοις καὶ ἡμῖν προσφιλῆ καταστήσει. κἀκείνου δὲ προνοήσεις, ὥστε εἴτις τῶν τοὺς δημοσίους θορύβους ἀνιστάντων, πειραθείη ποτὲ τῆς μεγάλης ταύτης πόλεως ἀποφυγεῖν, ἢ μόνος ἢ καὶ μεθ' ἑτέρων, καὶ γενέσθαι κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἧς ἄρχεις, ἀνιχνεῦσαι τὰ περὶ τούτου, καὶ ἐξετάζειν σὺν ἀκριβείᾳ πάσῃ, καὶ ἐν ἀσφαλεῖ καθιστᾶν, καὶ μηνύειν ἐνταῦθα, εἰ τῶν πολλάκις ἐπιζητουμένων εἴη προσώπων· ὥστε καὶ ἄγεσθαι κατὰ ταύτην

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

digna inquiſitione ſint perſonæ, & adduci ad hanc feliciſſimam civitatem, & pœnas ſuſtentare quas lex de talibus conſtituit. Dat. xvj. Kal. Maji, Conſtant. Beliſario V. C. Conſ.

ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν, καὶ ποινὰς ὑπέχειν ἃς ὁ νόμος ἐπὶ τῶν τοιούτων διέταξεν. D. XVI. KAL. MAII, CONSTANTIN. BILIS. V.C. CONS.

I. M*Andata hæc diligenter obſervanda.*
II. *Delicta Principum raro ſunt occulta.*
III. *Præſes Mandata hæc non ſervans punitur.*
IV. *Armorum delatio turbarum eſt occaſio.*
V. *Prohibita, & num.* XI. *etiam apud Romanos, num.* VII. *&* XIV. *qua pœna, n.* VIII. *&* XVIII.
Ampliatur num. VI. XV. XVII. XXVIII.
Declaratur num. IX. XIII. XXI.
Limitatur num. XII. XXV. XXVI.
X. *Armandiæ jus inter regalia.*
XV. *Armorum mercimonium quodlibet vetitum, & num.* XVI. *&* XIX.
XVI. *Arma à quibus fabricarentur antiquitus.*
XX. *Conſtitutio Pii IV, & Pii V. de armorum delatione.*
XXI. *Statutum prohibens delationem armorum non comprehendit forenſes, & cur. num.* XXIII.
Declaratur num. XXII. *Limitatur numer.* XXIV.
XXIII. *Itinerantibus uſus armorum eſt conceſſus, & num.* VIII.
XXVII. *Delinquens obtenta venia deferendi arma, gravius punitur.*
XXVIII. *Armatos domi retinere vetitum, & qua pœna, num.* XXIX.
XXX. *Bucellarii & Iſauri qui, remiſſive.*
XXXI. *Præſes permittens privatis retinere armatos domi, punitur.*
XXXII. *Seditiones prohibitæ.*
XXXIII. *Inter crimina læſæ Majeſtatis enumerantur.*
XXXIV. *Mandatorum horum epitome.*
XXXV. *Syndicatus neceſſitas.*
XXXVI. *Qui de Syndicatu ſcripſerint.*
XXXVII. *Conſtitutio Clementis VII. de Syndicatu.*
XXXVIII. *Auctoris Peroratio.*
XXXIX. *Alexander VII. laudatur.*

NVmeroſam Mandatorum ſuorum ſeriem ſuperioribus capitibus à nobis tractatam eleganti coro-
I. nide terminat in præſenti textu Iuſtinianus, affirmando, quod ea *conſervata faciunt cingulum* (hoc eſt honorem ipſum qui cinguli traditione confertur) *diuturniorem & glorioſiorem*, ipſumque Præſidem *Deo legibuſque* &
II. Principi chariſſimum: quod ſi officii ſui immemor ad Mandatorum contemptum ac violationem procedat, medio ſe

——————— *telluris in orbe*
Claud. de IV. *Conſul. Honor.* *Vivere cognoſcat, cunctis ſua gentibus eſſe*
Facta palam; nec poſſe dari regalibus uſquam
Secretum vitiis; nam lux altiſſima fati

Occul-

Occultum nihil eſſe ſinit, latebraſque per omnes
Intrat, & abſtruſos explorat fama receſſus.

eoque graviores ab ſe pœnas exactum iri intelligat, quo Princeps, à quo mittitur, juſtior, ſanctior, ac Deo ſimilior eſt: quem quidem Iuſtiniani verbis, *in § ſed neque 3. Novell. de* III.
Prætore Lycaoniæ. ita ſecum loquentem audiat: *ſi ſocordiæ ſe dare, & in his, quæ in ipſum contulimus, negligentius uti deprehenderimus, opem feremus legibus, & convenienti cum animadverſione perſequemur: & quemadmodum ille, neque verba noſtra, neque leges, neque formam & gradum Magiſtratus veretur, ita neque nos ipſum verebimur, ſed perinde ei obviabimus; & ut ipſe rerum adminiſtratione utetur; & ſive ſordidis eum manibus uti, ſive ad affectum aliquem reſpicere, ſive leges noſtras tranſgredi deprehenderimus, nos vigore legis ad facti ſui rationem reddendam inſiſtemus.*

Et quia publicam quietem, certum veluti finem, in hiſce IV.
Mandatis Imperator ſibi præſcripſit; nec aliunde magis illa turbatur, quam ex armorum delatione, unde parata rixarum & cædium occaſio exiſtit, animorum inſaniam armorum fiducia impellente, *l. ſi ſervus* 4. *C. de his qui ad Eccleſ. conf.* Mandatum hoc cæteris attexit, ut *ſuper alia neque armis uti* V.
non militantem aliquem permittat Præſes: cum ne militibus VI.
quidem, præterquam in expeditione verſantibus, armatis incedere permitti cenſuerint Tholoſanus *in ſyntagm. Iur. univerſ. lib* 36. *cap.*26. *n.*7. & Farinacius *in prax. crim. q.* 107. *n.* 26. *& ſeqq.* id quod apud Sinas religioſe obſervari, unde immunem eam gentem ab omni rixarum & cædium genere, jurgiaque non ultra unguium lacerationes excedere memorat Trigautius *in deſcript. Regni Chinenſis,c.*6.*§ arma nemo.*
Nemini quidem armorum uſus Romanis legibus permit- VII.
tebatur, ut Servii Tullii, ac Pompeji magni, aliorumque inſignium virorum exemplis comprobat Decianus: *tractat. crim. lib.* 8. *cap.* 3. *n.*2.3. *&* 4. hinc lege Iulia de vi publica te- VIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

neri cautum fuit *in l. p. ff. ad leg. Iul. de vi publ.* illum *qui arma tela domi ſuæ agrove in villa præter uſum venationis vel itineris, vel navigationis coegerit:* & præterea *in l. eadem* § 1.
IX. *ff. eodem.* eum, qui *pubes cum telo in publico fuerit*, ſi tamen juxta Scevolæ placitum *ibidem l.* 2. ea excipias *arma, quæ quis promercii cauſa habuerit, hæreditateve ei obvenerint.* Morem hunc ſequuti Valentinianus & Valens, *in l. unica C. ut armor. uſus*, ſanxerunt, ut *nulli prorſus* ipſis *inſciis atque inconſultis quorumlibet armorum movendorum copia tribuatur:* qui textus licet de jure movendi arma in bello videatur intelligendus,
X. ut ſenſit gloſſa, *ibid. V. movendorum*, quod ſoli Principi competit, cum inter regalia comprehendatur jus armandiæ, per quam exprimuntur armamenta, & ea quæ ad armorum negotium ſpectant, *Vultejus de feud. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 7. *Wetteran. de feud. lib.* 5. *ad Conſtit.* 8. *Federici*, § 1. *Peregr. de Iur. fiſci lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 14. *Maſtril de Magiſtr. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 261. *&*
XI. *ſeqq.* videtur nihilominus & ipſis privatis armorum uſum prohibere, vel quia movere arma idem ſit ac iis uti, ut *arg. tex. in l. Parhippum* 4. *& in l. fin. C. de curſ. publ.* ſentiunt Cujacius & Gothofredus, *in d. l. unica* vel quia id ſuadeat ejus tituli rubrica, in qua de uſu in ſpecie eſt ſermo, ut animad-
XII. vertit Decianus *tract. crimin. lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 5. hæc tamen prohibitio non complectebatur præpoſitos ſacri cubiculi Cæſaris & Auguſtæ, quibus quoties ad agros ſuos adſpiciendos vel ob aliam cauſam proficiſci vellent, licebat cingulo uti,
XIII. *l. fin. C. de præpoſit. ſacr. cubicul.* & Iure quidem antiquæ leges ita ſanxerunt, quia cum arma vel defendendi corporis proprii, vel alius necandi gratia deferantur: eorum uſus in venationibus & itineribus permittitur, in quibus ferarum vita petitur, & latronum inſidiæ timentur; quas in civitatibus cum vigil Præſidum cura excludat, optima ratione armorum uſus omnibus prohibebatur, exceptis iis perſonis, quibus Magiſtratus eo quem gerunt gladio inſontes animadvertere

jus

jus tribuit: Ideoque Herodianus *hiſt. lib. 3. cap. 35.* enſis ge- XIV.
ſtationem inter ſupremæ dignitatis inſignia numeravit: & Auguſtus apud Dionem *hiſt. lib. 53.* à ſe conſtitutis Proprætoribus cum indulſiſſet jus capite plectendi milites, enſis delationem permiſit: *neque enim ulli alii proconſuli, aut proprætori præfectove licebat gladio ſe accingere, quo ipſo licentia necandi militis adimebatur, nam & Senatoribus & Equitibus, quibus alterum conceditur, alterum quoque adeſt.*

Verum quia parum fuerat armorum uſum prohibere, ſi XV.
permiſſo eorum mercimonio, ea ſibi comparare unicuique liceret; armorum quodlibet mercimonium privatis interdixit Iuſtinianus, & arma fabricare ſoli fabricenſium ſcholæ XVI.
permiſit, hoc eſt certæ cuidam militiæ virorum, qui ſub diſpoſitione Magiſtri officiorum conſtituti, arma bellica in publicis fabricis conſtruebant, de quibus plene Pancirolus, *in notit. Imper. Orient. cap. 66. & ſeqq.* ita tamen, quod hi privatis non poſſent arma vendere, quæ alias non reddito pretio emptoribus auferebantur, § *volentes. Novel. de armis*: ſed quæcunque arma fabricarent, in publico armamentario reconderent: adeo ut excepto cultello minori, cujus nullus in bello uſus, reliqua arma privatis fabricare, vel emere non liceret: & Præſides, ac civitatum Defenſores certa pœna punirentur, ſi eos à fabricandis vel emendis armis non removerent. § *hunc igitur* 3. § *ut autem* 4. *Novel. de armis.*

Hinc omni Iure tam Digeſtorum, quam Codicis, & No- XVII.
vellarum, delationem armorum (quorum appellatione quid veniat, diſſerunt Caballus *reſolut. Crim. caſu 63. per tot.* Decianus *tract. Crim. lib.*8. *cap. 2. n. 6. & ſeqq.* Bajardus *ad Clar. quæſt.* 82. *n.* 67. *&* 68.) prohiberi, intulit Farinacius *in prax. Crim. quæſt.* 107. *n.* 2. *& ſeqq.* addens, quod ubi peculiaris XVIII.
pœna per ſtatuentes non fuerit impoſita, ultra armorum amiſſionem, ea punitur pœna legis Iuliæ de vi privata, quam Iudici arbitrariam cenſent Menochius *de arbitr. caſu 393.n.p.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

& Oſaſchus *deciſ.* 105. *n.* 7. Et affirmant idem Farinacius *ibid. à n.* 35. *ad* 45. hoc idem procedere de Iure communi,
XIX. in fabricantibus, vendentibus, & retinentibus arma, quamvis de conſuetudine (cujus in hac materia maximam vim eſſe
XX. profitetur *ibid. n.* 146.) contrarium obſervetur; ſi tamen excipiantur in ditione Eccleſiaſtica parvuli ſclopi, per Pium IV. Conſtitutione 49. vetiti, quam inde ad breviores pugiones extendit Pius V. *in Conſtitutione* 145. & cum Farinacio conſentiunt Caballus *caſu* 129. *n.* 19. Menochius *de arbitr. caſu* 393. *n.* 18. *& ſeqq.* Decianus *tract. Crim. lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 7. *& ſeqq.* Afflictus *ad Conſt. Siciliæ, lib.* 1. *rubr.* 9. *n. p. & ſeqq.*

XXI. Dubitant quidem Doctores aliqui, an extendantur ad forenſes pœnæ per peculiaria civitatum ſtatuta propoſitæ iis qui arma deferunt; & affirmativæ ſententiæ plurimi adhærent, ea potiſſimum ratione, quod armorum delatio à jure, imo & à generali conſuetudine ubique locorum ſit prohi-
XXII. bita: Verum quidquid ſit de jure, arbitrio Iudicis ſtandum eſſe, qui inſpecta facti & perſonarum qualitate pro ſua religione decernat, an forenſis plectendus ſit aliqua pœna, vel omnino excuſandus, cenſet Caballus, *reſolut. Crim. caſu* 129. *n.* 16.
XXIII. *& ſeqq.* ea optima ratione, quod licet de jure communi armorum uſus prohibeatur, itinerantibus tamen permittitur, *l.* 1. *ff. ad l. Iul. de vi publ. Afflictus ad Conſtit. Neapolit. lib.* 1. *rubr.* 9. *num.* 3. *Farinac. prax. Crimin. quæſt.* 108. *num.* 105.
XXIV. *& ſeqq.* & laudanda ſit conſuetudo, quam in Statu Eccleſiaſtico obſervari animadvertit idem Farinacius, *d. quæſt.* 107. *num.* 20. quod ſcilicet nunquam puniantur forenſes pro armorum delatione, niſi fuerint à portarum cuſtodibus admoniti: quod inſtitutum & à Maſſilienſibus obſervatum refert Valerius Maximus, *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 9. non enim licebat intrare oppidum eorum alicui cum telo, præſtoque erat qui id cuſtodiæ gratia acceptum exituro redderet; ut eorum ho-
XXV. ſpitia, quemadmodum advenientibus humana erant, ita quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

que ipſis tuta eſſent: cæteris tamen, quibus armorum delatio prohibetur, quando id juſtæ aliquæ expoſcant cauſæ, quarum plurimas refert Afflictus, *ad Conſtitut. Neapolit. lib.* 1. *rubr.* 14. *num.* 4. *& ſeqq.* eidem indulgetur peculiari licentia Præſidis, *Lucas de Penna l. unica. num.* 21. *C. ut armorum uſus. Farin. d. quæſt.* 107. *num.* 81. *& ſeqq.* imo vel ſola ejuſdem XXVI.
conniventia & officialium diſſimulatio à pœna excuſat, *Burſat. conſ.* 77. *num.* 6. *Afflict. d. lib. p. rubr.* 14. *num.* 6. tunc ta- XXVII.
men, ſi quis delinquat, gravius punitur, quia præter delictum, benignitatem Præſides offendit, *Cabal. reſol. Crimin. caſu* 63. *num.* 11. *Bajard. ad Clar. quæſt.* 82. *ſtatut.* 6. *num.* 75. Et quæ XXVIII.
dicta ſunt de armis, eadem quoque in armatis procedunt, quos plures retinent domi, iiſque ſtipati per civitates incedunt, *l. in eadem* 3. *ff. de vi publ. Decian. tract. Crim. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 8. Imo eos qui armatos hujuſmodi, ſive milites ſint, ſive ſervi, domi retinent, ſeveriſſimis pœnis puniri voluerunt Imperatores: Siquidem *in l. fin. C. ad l. Iul. de vi publ.* XXIX.
edixerunt, *Omnibus per civitates & agros habendi Bucellarios vel Iſauros* (hoc eſt certos milites corporis cuſtodes, qui ſuis XXX.
dominis ſemper adſunt, de quibus plene Gothofredus *ad d. l. fin. V. Bucellarios. & l. provinciarum* 10. *V. Iſauros. C. de ſer.*) *armatoſque ſervos licentiam volumus eſſe præcluſam. Quod ſi quis præter hæc, quæ noſtra conſuetudo ſalubriter ordinavit, armata mancipia, ſeu Bucellarios aut Iſauros in ſuis prædiis, aut juxta ſe habere tentaverit, poſt exactam centum librarum auri condemnationem, vindictam in eos ſeveriſſimam proferri ſancimus.* Puniri quinimo voluerunt Præſides, qui ratione proprii XXXI.
muneris, cum debeant civium quietem procurare, imo ad hanc eos compellere, *Gomez Var. reſol. cap.* 6. *num.* 16. *verſ. ubi probatur quod judex, tom.* 3. armatos hos ſervos, per quos in civitatibus rixæ excitantur & foventur, retineri permittant: Nam *ibidem* addiderunt *Viri quoque clariſſimi, provinciarum Rectores in ſpeculis eſſe debent, ne quis audeat hæc ſtatuta*

noſtræ

noſtræ manſuetudinis in aliquo violare: ſcientes quod ex diſſimulatione, dignitatis & adminiſtrationis cingulo privabuntur; & poſt centum librarum auri mulctam ſalutis vitæque ſuæ periculum ſuſtinebunt: primatibus videlicet apparitionis ſuæ perſonis præter amiſſionem fortunarum ſuarum capitali quoque ſupplicio feriendis.

XXXII. Verum quia eadem Lex Iulia, de vi publica, quæ armorum uſum etiam hominibus privatis prohibebat, ea ſaltem ratione quam poſt Cujacium *in Commentariis ad Iulii Pauli receptas ſententias tit.* 26. exprimit Menochius *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 393. *num.* 8. ſeditioſos pariter puniebat, *l. in eadem* 3. § 2. *& l. qui cœtu* 5. *ff. ad l. Iul. de vi publ.* Ideo hic prohibito armorum uſu de ſeditionibus iterum diſſerit, de quibus ſuperius *cap.... num.* & mandat Præſidibus, quod provideant, *ut ſi quis eorum qui populum in turbas ſollicitant* è regia civitate fugerit, *aut ſolus, aut cum aliis, & venerit in provinciam* Præſidi ſubjectam, tunc facta diligenti perquiſitione Principi nuntient id quod compererint, ut ſi ita delicti gravitas poſtulet, in vincula conjecti ſeditioſi ad Regiam urbem tranſmittantur, & ibi ſubeant pœnas à legibus impoſitas his, qui peſſi-
XXXIII. mum hoc facinus audeant, quod plerumque inter Crimina Læſæ Majeſtatis collocatur, ut bene innuit Farinacius, qui materiam plene diſtinguit & declarat, *de Crimin. Læſæ Majeſt. quæſt.* 113. *inſpect.* 5. *num.* 185. *& ſeqq.*

XXXIV. Atque hic Mandatorum Iuſtiniani terminus eſt, quibus Præſes jubetur Principis commodis diligenti quidem ſed miti tributorum exactione inſervire; pacis otiique publici curioſus puras ab avaritiæ ſordibus gerere manus: exactorum verſutias, officialium rapinas, patronorum inſidias prohibere: in corpora, non in bona ſontium animadvertere: ſeditiones turbaſque è civitatibus procul habere: uſumque armorum per ſolas expeditiones, & bella publica neceſſarium eſſe pu-
XXXV. tare. Hæc autem quo diligentius obſervanda curet; copia

facta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

facta eſt provincialibus , Præſidum errata coram Principe
coarguendi , ipſiſque Præſidibus injunctum , poſt abſolutam
adminiſtrationem depoſitis faſcibus , per dies quinquaginta
in provincia ſe ſiſtere , ubi coram Epiſcopo reddere compel-
lantur ea omnia, quæ ſibi conferri à provincialibus voluerint;
& is , qui *auro vendidit juſtitiam , tranſcendens jusjurandum in*
quo acceperat adminiſtrationem , acerrime puniatur , *§ eos au-*
tem 8. *in fine & § neceſſitatem* 9. *& § interdicimus* 13. *Novel.*
ut Iud. ſine , quoquo ſuffrag. Quod onus ſyndicatus omnibus
omnino Magiſtratibus impoſitum legimus , & à Zenone , *in*
l. unica C. ut omn. Iud. tam civil. quam milit. & ab eodem Iu-
ſtiniano repetitum , *in Novel. de collator. § ſuper hoc* 23. *&*
Novel. de provinc. Præſid. § 1. & poſtmodum in Baſilicis ipſis
renovatum , *lib. 6. ſub tit. ut Præſid. ſine quoquo ſuffr. § fo-*
renſes 13. Et in ſyndicatu ipſo integros tractatus ediderunt XXXVI.
Amodæus, Iuſtinus, Angelus, & Baldus de Peruſio , Auguſti-
nus Dulcettus, Paris de Puteo, & Aviles : Et præterea plene
ſcripſerunt Cancerius *Var. reſolut. par.* 3. *cap.* 12. Maſtrillus
de Magiſtrat. lib. 6. per totum , Iordanus *Elucubrat. diverſ.*
lib. 14. *tit.* 31. Carpanus *ad ſtatuta Mediolani p.* 2. *à cap.* 30.
ad 39. Et neceſſitatem ſyndicatus ac formam in Pontificia XXXVII.
ditione ſervanda præſcripſit Clemens Septimus *Conſtit.* 25.

Verum non admodum magnæ indulgentiæ parens erga XXXVIII.
recentem hunc ingenii mei partum videri poſſim , qui te le-
ctor humaniſſime erratorum , quæ paſſim in hiſce meis lucu-
brationibus offendiſti, pertæſum, nimium ſyndicatus memo-
rem atque intelligentem fieri curo : quandoquidem haud
aliud hujus mei laboris à te præmium poſtulo , quam beni-
gnam de mea imbecillitate cenſuram , cujus alioquin haud
indignum eſſe me ſine ulla dubitatione affirmaverim : ſiqui- XXXIX.
dem propoſitam mihi initio rectam & abſolutam regendarum
provinciarum rationem , ſi minus ipſo opere , ejus certe
inſcriptione exactiſſime demonſtravi : Principem ſcilicet

ALEXANDRVM, arteſque pulcherrimas, quibus ille terrarum orbem capeſſit, oculis, cogitationique tuæ ſubjiciendo: cujus immenſus, & ſuæ unius magnitudini par animus

——— per tanta negotia liber
Emergit ſimiliſque ſui, juſtique tenorem
Flectere non odium cogit, non gratia ſuadet.
Omnes præterea puro quæ crimina pellunt
Ore Deæ junxere choros, unoque receptæ
Pectore, diverſos ſecum cinguntur in uſus:
Iuſtitia utilibus rectum præponere ſuadet
Communeſque ſequi leges, injuſtaque nunquam
Largiri ſociis: durum patientia corpus
Inſtruit, ut nulli cupiat ceſſiſſe labori;
Temperies, ut caſta petat: Prudentia, ne quid
Inconſultus agat: Conſtantia, futile ne quid
Infirmumque gerat. procul importuna fugantur
Numina, monſtriferis quæ Tartarus edidit antris.
——— Nunc Brutus amaret
Vivere ſub regno tali, ſuccumberet aulæ
Fabricius, cuperent ipſi ſervire Catones.

FINIS.

IN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

INDEX
RERVM NOTABILIVM.

Characterum, qui in ſubjecto indice leguntur, *Prolog.* ſignificat totius operis Prolegomena: *Proœm.* & *Præfat.* Procemium & Præfationem ad legem tertiam. Numerorum verò prior in ordine, ſiquidem ſubjectus eſt characteri *l.* deſignat primam vel ſecundam legem; ſi verò abſolute poſitus eſt, denotat capita legis tertiæ; poſterior autem numerus ſignificat ubique numeros marginales per univerſum opus appoſitos.

A.

ABundantia ubi maxima eſt, interdicitur aliquando frumenti extranei ingreſſus. cap. 4. §. p. num. 15 & 16.

Accuſatio quibus caſibus permittatur Chriſtiano contra Chriſtianum. 5. § 1. 29.

accuſatoribus temerè non eſt credendum. ibid. 20.

reliqua vide in V. *Delatio.*

Actor compellendus proſequi litem, ſi eam protrahat. 3. 12.

Adminiſtrationes majores, mediæ, & minores, quæ. præfat. 26.

Adſeſſor aſſumendus eſt vir probus, & contentus ſuis annonis. 5. § 1. 2. & 10. & ibid. § 2. 11.

tenetur ex facto Præſidis malè judicantis. 5. § 1. 22. & an pariter ex ejus facto teneatur Præſes. ib. 23. & ſeqq.

certa ſtipendia conſequebatur. ib. 12.

munera recipere prohibetur. 1. 96.

ejus munus. 5. § 2. 3. & 14. & ſeqq.

Adulterium inter graviſſima delicta enumeratur. 7. 19.

Advocati tenentur patrocinium exhibere pauperibus gratis. 3. 72.

mercedem olim nullam recipiebant, & modus inde definitus. 3. 3.

munera an poſſint recipere. 13. 11. & ſeqq. & an mercedem. ib. 15.

extorquentes pecuniam à clientibus ultra modum, peccant lethaliter. 3. 33.

aſſignantur per Præſides petentibus. 13. 3.

ex eorum numero electi judices. ibid. 5. & quæſtores. ib. 8.

eorum juramentum. ib. 20. & 21.

numerus certus in unoquoque foro, & qui. ib. 2.

advocati munus an quis poſſit exercere eo in loco, in quo eſt judex. 5. §. 2. 16.

nomine an veniant procuratores. ibid. 38.

advocationis laudes. ibid. 1, & ſeqq. Vitia. ib. 10. & 22. & 40.

Æ vide littera E.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Affectuum diverſitas ex diverſitate temperiei. 5. 43.
ex affectu naturali qui operatur aliquando injuſte agit, non tamen eſt injuſtus. 5. 36.
affectus an excuſent à pœna, vide V. *pœna*.
Agri à colonis non poterant deſeri. 14.1. & deſerti quibus attribuerentur. ibid.
agrum male colentes à cenſoribus notati. ibid. 6.
agri dominus ſuccidens vitem vel oleam punitus. 8. 12.
Agricultura non derogat nobilitati. 14. 7.
laudatur. ibid. 6. & 7.
ad eam compellendi mendicantes validi. ibid. 9.
agricolarum quot eſſent ſpecies. ibid. 2.
lites cito expediendæ. ibid. 8.
agricolæ alieni non poſſunt ſuſcipi ſub clientela. ibid. 13.
agricolas in præliis intactos dimittunt barbari. ibid. 7.
Alienatio in potentiorem prohibita. 13. 42. & ſeqq.
item judicii mutandi cauſa facta. ibid. 61. & ſeqq.
item rei litigioſæ. ibid. 66. & ſeqq.
Alimenta quando præſtentur colliliganti. 3. 29. & ſeqq.
eorum appellatione quid veniat. 1. 25.
in his quæ ſpectant ad alimenta, contrahere permiſſum Præſidibus. 1. 23.
taxantur arbitrio judicis. 3. 29.
Ambitus multis pœnis repreſſus. 1. 2.
Amici veniunt appellatione ſuorum. 5. § 1. 28.
Angaria quid, & unde dicta. 9. 12. & ſeqq.
inter munera patrimonialia recenſetur. ibid. 16.
prohibita cenſetur, prohibita munerum receptione. ibid. 24.
debetur ſoli Principi. ibid. 3. non vero magiſtratibus. ibid. 11. nec eorum officialibus. ibid. 10. nec in ditione Pontificia. ibid. 22. & 23.
Annona præ omnibus procuranda. 4. § 1. 1.
ejus cura apud Romanos quibus incumberet. ibid. 3. & qua ratione. ibid. 4.
magiſtratibus municipalibus demandata. ibid. 2.
annonæ procurandæ quis præficiendus. ibid. 20.
annonæ caritatis tempore, qua ratione populis conſulendum. ib. 19.
divites compellendi vendere frumentum, & pecuniam mutuare. ibid. 22.
Apocriſarii qui. 3. 16.
Apparitores qui. 3. 16.
Appellare an liceat à Principe. l. 2. 40. & an Principem omiſſis mediis. 3. 37. & ſeqq.
Arbitrium in judicando ademptum judicibus. 3. 40.
Arma à quibus fabricarentur. 17. 6.
armorum delatio, turbarum occaſio. 17. 4.
prohibita. ibid. 5. & 11. etiam apud Romanos. ibid. 7. & 14. & an per Conſtitutiones Pontificias. ibid. 17 & 20. & qua pœna. ibid. 8. & ſeqq.
prohibitionis hujus utilitas. ibid. 6.
ex qua cauſa permittatur. 17. 13. & quando. ibid. 25. & 26.
armorum quodlibet mercimonium privatis vetitum. ibid. 15. & ſeqq.
appellatione quid veniat. ibid. 17.
uſus conceſſus itinerantibus. ibid. 8. & 23.
Armandiæ jus inter regalia. 17. 10.
Armatos domi retinere vetitum eſt. 17. 28. & qua pœna. ibid. 29.

Artes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Artes viles apud Romanos quæ. l. 1. 23.
Artificum mercedibus modus imponendus. 4. § 1. 30.
opera in publicis ædificiis dictim non eſt conducenda, & cur. ibid. 59.
Aſyli jus antiquitus templis quibusdam conceſſum. 7. 1.
nunc competit omnibus Eccleſiis. ibid. 2. & 5. & annexis ædificiis. ibid. 6.
Authenticarum inſertio in Codice approbata per Imperatorem. Præfat. 2.

B.

BAronibus an permiſſum ſit prohibere extractiones frumenti. 4. § 1. 10. & ſeqq.
non licet aliquid percipere pro concedenda extractione. ib. 12.
Bona magis timent plerique amittere, quam vitam. 12. 1.
bonorum publicatio, vide *Publicatio.*
Bononiæ non fiunt confiſcationes bonorum. 12. 17.
legatis & prolegatis non permittitur angaria. 9. 22.
Bucellarii quinam. 17. 30.

C.

CAnonicarius quis. 4. 5.
Carcer reorum manſio, non pœna. 3. 11.
Carcerati humaniter tractandi. Proœm. 3.
reliqua vide V. *Debitor.*
Cardinales æquiparantur Præfectis prætorio. l. 1. 28.
tenentur reſidere in Vrbe. ibid. 32.
aſſertioni Cardinalium creditur. ibi. 29.
Cardinali aſſerenti ſe habere mandata Pontificis an credatur. ibid. 30. & ſeqq. & quid ſi ſit Superintendens generalis ſtatus Eccleſiaſtici. ibid. 36.
an veniant Cardinales ſub generali diſpoſitione. l. 1. 41, & ſeqq.
Cauſæ breviores quæ. 3. 8.
criminales celerius expediendæ, quam civiles. ibid. 10.
pauperum prius expediendæ, quam divitum. ibid. 24.
Cenſuales qui. 8. 8, & ibid. § 1. 6, & 8.
formula cenſualium apud Romanos quæ. 8. 10.
Ceſſio facta per clientem quando ſuſtineatur. 13. 24.
Cives tenentur res proprias vendere inviti, pro publica utilitate. 4. § 1. 63.
inviti compelluntur acceptare magiſtratus municipales.
Civium neminem timeat Præſes. 13. 79, & 80.
Civitates liberæ & ſociæ populi Romani proprio jure regebantur. Prolog. 9.
ſuos habent magiſtratus municipales. 10. 11, & 14.
cur conditæ. 1. 46.
in civitatibus unde omnia mala. 1. 4.
civitatis quietem procurare debet Præſes. 17. 31.
ad inſtar Vrbis, in illis Senatus, Magiſtratus, & Capitolium. 4. 24.
Clariſſimi qui dicti. l. 2. 7.
reliqua vide V. *Titulus.*
Clauſularum cæterarum abuſus corrigendus. l. 1. 19.
Clericus non poteſt renunciare privilegio fori. 5. 8, & 9.
Codex Iuſtinianeus ordinatus exemplo edicti perpetui. prol. 8.
Codicilli quid. Præfat. 28.
dabantur cum mandatis. ibid. 30. & Proœm. 18.
Cogitationis ſolius cauſa nemo punitur. 5. 38.
Collegia habent certos judices in civilibus. 5. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

à Præſide non ſunt permittenda. præfat. 18.
Coloni Cæſaris habent certos judices in civilibus. 5. 3.
alieni non poſſunt emi nec recipi. 14. 4.
ſine terra nequeunt alienari. ibid.
reliqua vide V. *Agricultura.*
Comœdiarum & ſpectaculorum uſus quis permittendus. l. 1. 13.
Comites quinam dicti antiquitus. l. 1. 24. Conſiſtoriani, equorum, ſtabuli, ſacri palatii, rei militaris, commerciorum, ſacri patrimonii, formarum, portuum, provinciarum, ſacrarum largitionum, & alii qui: & de eorum munere. l. 1. 26.
comes rerum privatarum qua ratione bona fiſco addiceret. 15. 2.
ejus munus. l. 1. 26, & cap. 15. 1.
comites noſtrorum temporum unde dicti, & cur coronam deferant ſuper inſignibus. l. 1. 25.
Commiſſariis juſte reſiſtitur, ſi non exhibeant litteras. l. 2. 14.
Concinnatores litium, qui & unde dicti. 13. 40, & 41.
Conſiliarii eligendi viri probi. 5. § 1. 2. & 10.
Conſiſtoriales advocati ſubrogati loco Defenſorum Eccleſiæ Romanæ. 7. § 1. 14.
Conſiſtoriani comites creabantur Advocati poſt depoſitum officium. 13. 4.
Conſuetudo non excuſat in delictis. 1. 94. & cap. 10. 8.
attenditur ad cognoſcendum, an aliqua ars deroget nobilitati. l. 1. 23.
ejus maxima vis in materia delationis armorum. 17. 19.
Conſulares qui. præf. 22. & ſeqq.
Contractus omnes Præſidi vetiti. 1. 16. & ſeqq.
item advocato cum clientibus. 13. 23. & ſeqq.
Correctores qui. præf. 22. & ſeqq.
Creditorum major pars requiritur ad diminuendum debitum. 6. 9. reliqua vide in V. *Debitor.*
Crucis titulo ædes ſacræ deſignatæ. 15. 6.
pœna ſublata; unaque leges immutatæ, quæ hanc irrogabant. 2. 4.
cur illi affixus ſervator noſter. 2. 4.
Cultelli ſolus uſus permiſſus privatis, 17. 16.

D.

DArdanarii qui, & qua pœna puniti. præf. 19.
Debitor antiquitus, cum non eſſet ſolvendo, conſtituebatur ſervus creditoris. 6. 1.
à creditore in vinculis detinebatur, & poterat occidi. 6. 2. & ejus corpus inter creditores dividi. ibid. 3. & 4.
debitori tempus modicum indulgendum; & quod. 6. 5. & quando denegetur. ibid. 7.
dilatio non conceditur, niſi cum conſenſu majoris partis creditorum. ibid. 8.
debitor confugiens ad Eccleſiam gaudet immunitate. ibid. 40. & an bona, quæ ſecum detulit, ſint ſubjecta exequutioni. 7. § 1. 11.
reliqua vide in V. *Dilatio* & *Securitas.*
Decoctores fraudulenti an gaudeant immunitate Eccleſiaſtica. 7. § 1. 6.
Decuriones propria bona non poſſunt alienare. 8. § 1. 4. & 5.
decurionum ordo conſtitutus ex curialibus. 8. § 1. 3.
delicta quis cognoſcat. præf. 17.
bona decurionum an poſſint publicari. 12. 3.
Defenſores civitatum qui. 7. § 1. 12.
eorum munus & juriſdictio. 10. 13.
electio. ibid. 12.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Eccleſiæ Romanæ qui. 7. § 1. 12. & horum loco ſubrogati advocati conſiſtoriales. ibid. 14.
Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. ibid. 15.
aliarum Eccleſiarum qui. ibid. 16. quorum loco patroni. ibid.
Delatores, calumnioſi puniendi. 5. § 1. 21. & 23.
audiendi à magiſtratibus. ibid. 24.
quando laudem mereantur. ibi. 30.
quando non ſint infames. ibid. 28.
pœna quando iis debeatur, & quæ. ibid. 26, & ſeqq.
præmia iis à Tiberio tributa. ibid. 22.
delatoribus occultis nulla fides eſt adhibenda. ibid. 26.
Delegatus quando delegationem exequatur, ea non probata. l. 1. 39. & 40.
Delicta principum raro occulta. 17. 2.
puniri publice intereſt. 5. 20.
quæ ſevere ſint punienda. ibid. 14.
cur puniantur. 5. 17. & aliquando in locis in quibus fuerunt commiſſa. ibid. 29. & 31.
nemo punitur ex delicto alterius. 7. § 1. 19. & an ex delicto officialis, vide in V. *Officialis*.
an ex delicto nominati teneatur is qui eum nominavit. 5. § 1. 16.
proportio geometrica ſervanda in puniendis delictis. 5. 45.
delinquens obtenta venia deferendi arma gravius punitur. 17. 27.
extra territorium delinquens quando puniatur. 2. 28.
Deſcendentes jure naturæ ſuccedunt. 12. 8.
Dilatio debitum diminuit. 6. 10.
conceſſa debitori per judicem non valet, niſi præſtita idonea fidejuſſione. ibid. 36. & ſeqq.
dilationes ſunt prohibitæ. l. 2. 33.
Diœceſes, vide V. *Imperium*.
Diſpoſitio generalis an comprehendat Cardinales. l. 1. 41. & ſeqq.
Diſtinctio perſonarum nulla habenda in adminiſtranda juſtitia. 13. 79.
Divites compellendi vendere frumentum, & mutuare pecuniam tempore caritatis. 4. § 1. 22. & 24.
Domus privatorum an demoliendæ pro publicis ædificiis. 4. § 1. 62.
non poſſunt incoli per Præſides. 1. 10.
deſtinatæ hoſpitiis militaribus qua ratione dividerentur. 4. § 2. 17.
Donationes fieri non poſſunt Præſidibus. 1. 9.
Dotis cauſa aſſignari an poſſit res litigioſa. 13. 77.

E.

Eccleſiæ gaudent jure aſyli. 7. 2. 5.
an teneantur ad munitiones viarum. 4. § 1. 49.
eorum œconomi qui. 7. § 1. 17. & qui defenſores, vide V. *Defenſor*.
Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ rerum alienatio vetita, & inde cæterarum Eccleſiarum. Præf. 26.
Eccleſiaſtica immunitas. vide V. *Immunitas Eccleſiaſtica*.
Edicta Prætorum quæ. proleg. 9, & ſeqq.
alia tranſlatitia, alia nova. ibid. 10.
Edictum perpetuum, & ejus exemplo ordinatus Codex Iuſtinianeus. ib. 8.
Ædificia publica per annos quindecim tenetur illæſa conſervare architectus, & quando. 4. § 1. 60.
Inconſulto Principe nequeunt conſtrui. ibid. 61.
Eorum conſtructio locanda ſub haſta. ibid. 58.
ædificare in provincia Præſides prohibentur. 1. 8.
Electiones magiſtratuum faciendæ neglectis interceſſionibus. 5. § 1. 19.
Ενδομαλικά quæ. 4. 18.
Ενεχυρολαβεῖν quod propriè. 13. 23.

quando

quando dicantur cauſarum patroni. ibid.
Enſis geſtatio inter ſupremæ dignitatis inſignia. 17. 14.
iis ſolis conceſſa, qui habent licentiam necandi. ibid.
Epiſcopi vindices, & cuſtodes legum. 16. 6.
debent indicare Principi mala, quæ fiunt à Præſidibus in provinciis. 16. 1, & 6.
& an hi mandata obſervent. ibid. 4.
& ſi in ſportulis modum excedant. 3. 39.
dirimunt controverſias inter Præſidem, & provinciales; & inter provinciales ipſos, ſi Præſes ſit ſuſpectus. 3. 39.
coram Epiſcopo exhibentur à Præſide Mandata Principis. 16. 3.
Epiſtola Principis ad inſtar legis eſt obſervanda. l. 1. 61.
Æqualitas à Præſidibus ſervanda. 2. 29. & ſeqq. & cap. 3. 4.
non ſervata ſeditionum origo. 2. 34.
Æquitas ſervatur in jure legationum. l. 1. 71.
non ſcripta excluditur à judiciis. 2. 19, & ſeqq.
quando habeat vim legis. 2. 23.
ejus prima pars æqualitas. 2. 35.
æquum quid. 2. 23.
Εργαστελλανὸν quid. 15. 11.
Eſculenta & poculenta, uſque ad quam ſummam poſſint recipi. 1. 50, & 54, & ſeqq. & 68, & 92.
Exactio tributorum, qua ratione fieret, vide V. *Tributum.*
exigens quid contra formam præſcriptam punitur una cum Præſide id permittente. 4. 19.
exactores varii apud Romanos. 4. 17.
exactoribus tributorum plura vetita. ibid. 18.
exactorum multitudo ſublata. 4. 5.
Exequutio an poſſit fieri ſuper bonis per debitorem in Eccleſiam illatis. 7. § 1. 11.
Exercituum tranſitus debent eſſe inculpabiles. 4. § 2. 18.
Extractiones frumenti vetitæ ſunt. 4. § 1. 5, & ſeqq.
an prohiberi poſſint à Baronibus in propriis feudis. ibid. 10, & ſeqq.
pretium pro permittenda extractione debet eſſe moderatum. ibid. 17.
abuſus, qui in his contingunt. ibid. 6.
concedendæ ſunt tempore abundantiæ. ibid. 13, & 14.
quando & quæ permiſſæ in agro Romano. ibid. 14.

F.

Fabricenſes qui. 17. 16.
Feriati dies qui olim, & nunc. l. 2. 33.
in his an permiſſa reorum punitio. ibid.
Fideicommiſſi renunciationem importat clauſula ad habendum poſita in diviſione. l. 1. 19.
Fidejuſſio non poteſt remitti per judicem in ſecuritate concedenda. 6. 39.
Fides eſt ſervanda latroni & hoſti publico. 6. 29.
fidei publicæ apud Romanos cura. 6. 4. & 29.
Fiſci in præjudicium bona nequeunt transferri in civem minus idoneum. 8. § 1. 11.
deſcriptio facta per Corippum. 1. 111.
numquam mala cauſa, niſi ſub bono Principe. 1. 106.
Fiſcales cauſæ quo tempore terminandæ. 3. 9.
in Fiſcalibus debitis an poſſint concedi ſecuritates. 6. 18. & ſeqq.
confiſcatio, vide V. *Publicatio bonorum.*

Flu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Flumina publica quæ dicuntur. 4. § 1. 55.
Fodrum, albergaria, regium quid, remiſſive. 9. 20.
Fontium reparatio ad quos ſpectat. 4. § 1. 55.
ductus per quos à ſordibus mundandi. ibid. 57.
Fori privilegia ablata nocentibus. 5. 11, & ſeqq.
mutatio, ſi ſequatur ex alienatione, eſt irrita. 13. 62, & 63.
Forenſis an comprehendatur ſub ſtatuto prohibente delationem armorum. 17. 21, & ſeqq.
non punitur pro delatione armorum, niſi monitus fuerit à cuſtodibus portarum. ibid. 24.
Frumenti extractiones ſunt vetitæ. 4. § 1. 5. & ſeqq.
an frumento corrupto admiſcendum ſit recens. ibid. 21.

G.

GRatiani collectio non fuit per Pontifices confirmata. 1. 58.
ejus errores. ibid. 59.

H.

HÆres ſolvit vectigal præteritum prædii legati. 8. § 1. 13.
Hæreſis eſt publicum crimen. 11. 4.
quod morte non extinguitur. ib. 5.
æquiparatur crimini læſæ majeſtatis. 12. 10.
ejus cognitio ſpectat ad judicem Eccleſiaſticum. 11. 6.
Hiſtrionum licentiam compeſcuit Auguſtus. l. 1. 13.
Homicidium inter graviſſima delicta enumeratur. 7. 8.
Hoſpitii militaris modus. 10. 23.
hoſpitia militibus qua ratione aſſignanda. 4. § 2. 17.

I.

IMmunitate Eccleſiaſtica an gaudeant decoctores fraudulenti. 7. § 1. 6.
quædam crimina privat Iuſtinianus 7. 3, & ſeqq. cujus ſententia damnatur. ibid. 11.
privat quoque eadem fiſci debitores. 7. § 1. 2. quod pariter reprobatur. ibid. 3, & 7.
canones quinam de ea pertractent. 7. 11.
conſtitutio Gregorii XIV. de Eccleſiarum immunitate. ibid. 12.
Imperator electus jurat excludere monopolia. 4. § 1. 31.
Imperii diviſio in Orientale & Occidentale, & utrumque in varias diœceſes & provincias diviſum. Proleg. 15.
provinciæ quibus magiſtratibus obedirent. Præfat. 22.
Iniqui ſunt exterminandi, non tamen iniqua via. 6. 31.
Injuſtus non eſt qui agit ex affectu. 5. 36.
Inquilinus an teneatur munire viam ante domum ſuam. 4. § 1. 44.
Inſignia arguunt dominium. 14. 4, & 6, & jus patronatus. ibid. 5.
Interpretatio ea eſt ſumenda, per quam actus ſuſtinetur. 6. 32.
Invitus nec juſte nec injuſte operatur. 5. 35.
Iſaurii qui. 17. 30.
Iudex debet ſemper juxta leges judicare. 3. 40.
non poteſt exercere officium advocatorum. 5. § 2. 16. debet tamen eorum partes ſupplere. 13. 8.
punitur ſi à legum præſcripto recedit. 5. 21.
poteſt ex cauſis recedere à pœna legis. ibid. 22, & ſeqq. & quænam ſint hæ cauſæ. ibid. 28, & ſeqq.
corruptus qua pœna puniatur. 3. 35.
judices electi ex advocatis. 13, 5.
extra ordinem quando dentur. l. 2. 26.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

non poſſunt repetere expenſas à pauperibus. 3. 25.
delegati exhibent inſtrumentum delegationis. l. 1. 2.
judicari à pluribus melius eſt. l. 2. 27.
judicum noſtri temporis bona cur raro tranſeant ad tertium hæredem ſanguinis. 3. 24.
Iudicium omne eſt divinatio. l. 2. 6.
Iudicia ſi recte procedant, ſunt delubra æquitatis, alias foveæ fallaces. 13. 40.
in his tenuiores non opprimi Reipublicæ intereſt. 13. 41.
Iuramentum præſtabant Romani, dum aſſumerent Magiſtratus, & dum ab iis abirent. procem. 4.
Athenienſium. ibid. 5. Senatus Romani. ibid. 19.
jurare tenentur omnes in exordio Magiſtratus. ibid. 6, & ſub qua formula. ibid. 9.
juramentum quod præſtatur in Statu Eccleſiaſtico à Magiſtratibus. ibid. 10.
Advocatorum. 13. 20, & 21.
litigantium. 3. 34.
non iteratur prorogato officio. procem. 14.
ante illud præſtitum qui exercet Magiſtratum, punitur. ibid. 11.
jurans obſervare ſtatuta an poſſit ab iis recedere ex cauſa publicæ utilitatis. ibid. 15, & an teneatur ad ſtatuta poſtea edicta. ibid. 16.
Iurgia à foro excluduntur. 13. 16.
Ius Pontificium ſervandum in his, quæ ſpectant ad reverentiam ſacris locis debitam. 6. 34.
Iuſtinianus fidei Catholicæ propugnator. 11. 7. labitur deinde. ib. 8.
quæ vitia ab antiquis illi objecta. 7. § 1. 1.
ejus avaritia. ibid. 18, & 20.
Iuſtinus neſcius ſcribendi, quâ ratione ſubſcriberet. l. 2. 49.
Iuſtitiam vendere eſt injuſtiſſimum. 1. 84.
munera ob eam recipere vetitum. ibid. 70, & ſeqq.
Iuvenes à Caliſtrato qui dicti. 2. 14.

L.

Laterculum majus & minus. Præf. 31.
hoc ſervabatur à primicerio notariorum. ibid. 32.
eidem inſcriptorum characterum interpretatio. ibid. 33.
Latronum inſectatores à Iuſtiniano ſublati. 10. 5.
Legati Principum debent exhibere litteras legationis. l. 1. 45, & 55, & ſeqq.
horum jus inviolabile. ibid. 61.
Cæſaris qui. ibid. 49.
Proconſulum qui, & eorum munus. ibid. 47.
Pontificum per antonomaſiam dicuntur Nuncii, ibid. 53.
à ſubditis miſſi ad Principem non ſunt vere legati, neque mittuntur eo inſcio. ibid. 48, & 50.
exhibitis litteris credentiæ fidem merentur. ibid. 58, & urgendi ſunt ad eas exhibendas. ibid. 59. & ſeqq.
Cardinali legato litteras non exhibenti an credatur. ib. 36, & ſeqq.
ab hoc editæ Conſtitutiones contra ſtatutum à Pontifice confirmatum non ſuſtinentur. ibid. 34.
non habet jus confiſcationis Cardinalis legatus. 12. 27.
Legati apud Homerum eadem verba referunt. ibid. 67.
an de legatis agatur in corpore juris. ibid. 46.
Legationes reguntur jure gentium. l. 1. 46.
Legatarii qui in exigendis tributis. 10. 22.

Lega-

Legatum rei litigioſæ an ſuſtineatur. 13.70.
Lex naturam imitatur. l. 2. 1.
ubi deficit, æquitas attenditur. 2. 23.
Legis Iuliæ repetundarum capita. 1. 47.
Legis ultima perfectio eſt publicatio. 16. 19.
Leges nullæ ab initio Romæ. Proleg. 1. quando conditæ, & à quibus. ibid. 2. & ſeqq.
bonæ Deo dicatæ. 16. 17.
Reipublicæ parentes. 2. 37.
inviolabiliter obſervandæ. l. 2. 1, & 2.
quando mutandæ, & qua auctoritate. ibid. 3.
ubi ſunt diverſæ, quomodo decidenda ſit controverſia. 2. 24.
civiles an obſervandæ in foro Eccleſiaſtico. 1. 61.
legum vim habent canones. 1. 60.
interpretatio ſumenda ex mente legiſlatoris. ibid. 80.
vindices conſtituuntur Epiſcopi. 16. 6.
Liber æſtimi contra quos probet. 8. 20.
libris publicorum officialium fides præſtatur, licet non ſint publicæ perſonæ. 8. 13. & ſeqq.
Lites celeriter expediendæ. l. 2. 31.
cum æqualitate audiendæ. 3. 4.
earum diuturnitas, & in his impenſarum magnitudo damnatur. 3. 1. 5. & 13.
earum redemptores puniuntur. 13. 23, & ſeqq.
concinnatores qui. 13. 40.
eis definiendis certum tempus aſſignatum. 3. 9.
in litibus miſerabilium perſonarum qua ratione procedatur. 3. 3.
fraudes in litibus adhiberi ſolitæ. 13. 41, & ſeqq.
litium occaſione, ne cives à patria diſcedant. 3. 39.
litigioſa res quæ. 13. 69.
litigioſi vitium in quibus non cadat. 13. 66. & ſeqq.
litigioſæ rei alienatio prohibita. 13. 66.
litigantium vitia. 13. 41.
Litteræ credentiæ cur dantur legatis. l. 1. 56.
obligant mittentem, ubi receptæ fuerint. ibid. 61. & 69. etiamſi legatus quid paciſcatur contra mandata arcana. ibid. 70.
apoſtolicæ irritæ ſunt, niſi ab abbreviatoribus deputatis fuerint ſubſcriptæ. 4. 30.
litterarum publicarum uſus. 14. 5.
Loci intuitu pœnæ aliquando augentur. 5. 41.

M.

MAgiſter officiorum quis. 4. § 2. 11.
Magiſteriani qui. 4. 6.
Magiſtratus dicuntur Principes. 1. 40.
munera nequeunt recipere. ibid. 42. & ſeqq.
à ſordibus debent abſtinere. ibid. 6.
An poſſint contrahere in provincia. ibid. 8. & ſeqq. & an Romæ, quæ eſt communis patria. ibid. 38.
An poſſint mercaturam exercere extra provinciam. ibid. 37, & ſeqq.
Tenentur obſervare leges, licet duras. 2. 18. 25. & 27.
Debent exhibere Mandata. l. 1. 10.
Ab Auguſto, & a Senatu provinciis præpoſiti. Proleg. 13.
civiles plerumque viris militaribus, & legum ignaris demandantur. 5. § 2. 1.
A ſolo Principe electi. Proleg. 14.
In eorum electione præferendi nobiliores, & magis periti. 10. 19.
Municipales an eligerentur à Principe. ibid. 16. & 18.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Quam juriſdictionem haberent. ibi. 15, & 18.
Magiſtratus unus eſt deceſſoris & ſucceſſoris. l. 1. 51.
Apud Romanos idem civilis & militaris. 4. § 2. 4.
Ipſi Princeps aſſurgit. 1. 39.
Ejus vera laus, officialium integritas. ibid. 98.
ejus avaritia ſeditionum origo. 2. 12.
Magiſtratui qua ratione permiſſa violentia. 4. § 2. 9.
ejus juramentum: vide in V. juramentum.
Magiſtratum non conferens viris dignis, an teneatur ad reſtitutionem. 5. § 1. 19.
pro Magiſtratibus obtinendis largitiones ſublatæ. 1. 15.
jura Magiſtratus uſurpans punitur. Procem. 13.
Majeſtatis læſæ pœna ad poſteros transmittitur. 12. 3.
fœminæ puniuntur. ibid. 4.
Reorum bona publicantur. ibid. 9.
Mandata, quæ in hoc libro continentur, obſervanda diligenter. 17. 1.
eorum epitome. ibid. 34.
Mandatorum Principis Auguſtus primus auctor. Proleg. 16.
ea vero poſt Auguſtum etiam à cæteris Principibus tradita Magiſtratibus. ibid. 17.
Quænam à Principe dentur legatis. l. 1. 54.
exhibere qui teneantur. l. 2. 15. & ſeqq.
Probari debent per ſcripturam. l. 1. 41.
Præſcribunt formam regendi provincias. Procem. 1.
in civitatibus provinciæ eduntur, & Magiſtratibus dantur una cum Codicillis. Proleg. 26.
ex libris Mandatorum plura in leges tranſlata, Præf. 3. & ſeqq.
Mandata conſervabantur à Præſidibus in auditorio, & edictis inſerebantur. Proleg. 18. inter inſignia magiſtratus collocabantur. ibid. 20. quam maxime obſervabantur. ibid. 19.
Dicta, conſulta præſidialia. Procem. 17.
Eorum uſus à Iuſtiniano revocatur. Proleg. 22.
Titulus Codicis de Mandatis Principum. ibid. 29. ac ejuſdem argumenta. ibid. 30.
Mandatum obligat mandantem, licet medio tempore fuerit revocatum. l. 1. 64.
ejus fines exacte cuſtodiendi. ibi. 68.
Mater Præſidis, & uxor ſi munera accipiant, Præſes tenetur. 1. 97.
Mathematici ubique damnati, ſemper tamen retenti. 1. 3.
Matrimonium in provincia nec pro ſe, nec pro filiis poteſt contrahere Præſes. præf. 7. & cap. 1. 13. & 14.
Medicis Advocati ſimiles. 13. 40.
Mendicantes validi ad agriculturam vel opera publica compellendi. 14. 9. & 11. ſi recuſent puniendi. ibid. 12. conſtituebantur coloni perpetui ejus qui illos prodidiſſent. 14. 8.
Vbique rejecti. ibid. 12.
Horum mores deſcripti ab Homero. ibid. 11.
Corpora viſitanda, ut eorum ſtatus cognoſcatur. 14. 8.
Invalidi alendi. ibid. 10.
Mercatorum fraudes, quæ. 4. § 1. 25. & 29. Puniendæ ſunt. ibid. 24. & qua pœna. ibid. 26.
Pactiones mutuæ, ut merces carius vendantur, prohibitæ. ibid. 29. & 30.
Nobiles, qui dant operam mercaturæ, excluduntur à torneamentis. 4. § 1. 32.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Merces quæ inſerviunt deliciis, vectigalibus onerandæ. ibid. num. 37.
Corruptæ repertæ apud mercatores, projiciendæ. ibid. 24.
Merces quando primum accepta ab Advocatis. 13. 9.
Meticuloſe contractus irriti. 1. 21.
Miles graviter peccans, militiæ privilegia amittit. 4. § 2. 14.
Milites à quibus judicentur. 5. 7. & 10.
Quibus magiſtratibus olim ſubjecti. 4. § 2. 3. & 11.
Subjecti Magiſtratui civili. ibid. 5. & ſeqq.
qui comitantur Præſidem per provinciam, nihil poſſunt accipere à provincialibus. 10. 21.
eorum delicta quis cognoſcat, & puniat. 4. § 2. 12. & 13.
ex militum ſtipendiis reſarcienda damna parti læſæ. ibid. 15. & cap. 10. 21.
militibus hoſpitia, qua ratione, aſſignanda. 4. § 2. 17.
Militum adventus apud Græcos nunciabatur per faces. 9. 12.
Militaris inſolentia reprimitur in hoſpitiis. 10. 22.
etiam in fœderatis, & auxiliariis. ibi.
Militaris tranſitus per provincias forma præſcribitur. 10. 22. fraudes in eo adhiberi conſuetæ. ibid.
Militaris hoſpitii modus. ibid. 23.
Militaris diſciplinæ inſigne exemplum apud Romanos. 4. § 2. 19.
Militarium pœnarum leviſſima eſt pecuniaria. ibid. 16.
Militaris Magiſtratus nulla poteſtas in provinciales. ibid. 10.
Delicta militaria quæ. ibid. 13.
Miſerabiles perſonæ, quæ. 3. 2. & cap. 5. 2.
quomodo in earum cauſis procedendum. 3. 2.
Monopolia an vetita, 4. § 1. 27. & 33. & ſeqq.
Commodi publici gratia permittuntur. ibid. 33. & ſeqq.
ubi permittuntur, pretia certa mercibus ſunt conſtituenda. ibid. 36.
ea excludere jurat Imperator electus. ibid. 31.
qui de his agant. ibid. 28.
Motus proprius liberat à juſtificatione. l. 2 39.
Vitiatur ex defectu intentionis. ibid. 40.
Munera recipere vetitum magiſtratibus. 1. 43. & ſeqq. per Conſtitutiones Pontificias. ibid. 63. & ſeqq.
ob gratiam, vel juſtitiam. ibid. 70. & ſeqq.
pro officiis jurisdictionis adminiſtrationem habentibus, ſub qua pœna vetitum. 1. 69. & ſeqq.
Advocatis an ſit vetitum. 13. 11.
Prætextu tenuitatis ſtipendii non poſſunt recipi. 1. 66.
Munera largiri vetitum litigantibus. 3. 34.
Data pro Magiſtratibus conſequendis, omnium malorum in civitatibus prima origo. 1. 4.
Muneribus prohibitis, prohibentur angariæ. 9. 24.
Municipales Magiſtratus à Leone ſublati; ſed inde reſtituti. 10. 17.
Muri civitatis, Aquæductus, & alia opera publica quomodo reparentur. 4. § 1. 57.

N.

Negotiatio interdicta Magiſtratibus, & officialibus. 1. 8. & ſeqq.
ejus appellatione quid veniat. ibid. 7.
Notarii, qui olim, & nunc dicantur. l. 1. 14.
Tenentur gratis conficere inſtrumentum pauperum. 3. 26.
reliqua vide in V. Tabellio.
Notorium quid. l. 2. 22.

relevat ab onere probandi. ibid. 23.
Novella octava. conſideratur procem. 2.
Novellæ octavæ, & decimæ ſeptimæ editio, & auctoritas. proleg. 23.
Earumdem approbatio facta per Pium. V. ibid. 24.
Novellæ decimæ ſeptimæ ſynopſis. ibid. 25.
Textus græci in Novellis auctoritas. ibid. 28.

O.

OBreptio & ſubreptio non differunt. l. 2. 36.
Vitiant reſcripta. ibid. 37.
Non habent locum in gratia motu proprio oſtenta. ibid. 38. & ſeqq.
Officia plura ab Auguſto cur inſtituta. 4. § 2. 1.
Officialis quando dicatur delinquere ratione officii. 5. § 1. 9.
in loco officii nequit contrahere. 1. 16. & 17.
An teneatur ex delicto ſubſtituti. 5. § 1. 17.
Officiales & Patricii Principis in criminalibus à ſolo Principe judicantur. 5. 4.
eorum crimina ſevere punienda. 5. § 1. 3.
officialium ex delicto, an Princeps teneatur. ibid. 18.
Officialium, & familiarium ex delicto Præſes tenetur. ibi. 5. & ſeqq.
Onerum, quibus civitates ſubjiciuntur ex cauſa itineris Præſidum, prima origo. 9. 1.
ea per quas leges ſublata. ibid. 12.
in exactionibus onerum realium & mixtorum habetur ſolum ratio bonorum. 8. § 1. 7.
Opera publica quibus pecuniis conſervanda & reparanda. 4. § 1. 40.
& qua ratione. ibid. 41. & ſeqq.
eorum occaſione plurima fiunt furta à magiſtratibus. 4. 21. & 25.
quæ prohibentur. ibid. 26.
Cura eorum peculiaribus magiſtratibus demandata, & quibus Romæ, in Græcia, & in provinciis Imperio ſubjectis. ibid. 22. & 23.
Operum publicorum cura incumbit Præſidi. 4. § 1. 36. & 38.
Optionum munus. 10. 22.
Oratoriæ artis encomia. 13. 9.
Otioſe vivens tenebatur oſtendere unde viveret. 14. 12.

P.

PAlmarium quid, & unde dictum. 13. 35. & 36.
ejus certa quantitas definita. ibid. 35.
Parangaria, & Parangari, qui, & unde dicti. 9. 15. & 18.
Pater, licet impius, eſt tamen Pater. 12. 7.
Patres civitatis qui. 4. § 1. 39.
Patriam adire non poteſt electus Præſes, ſed recta tenetur tendere ad ſuam provinciam. 9. 8.
Patricii in criminalibus à ſolo Principe judicantur. 5. 4.
Patronus cauſæ debet eam dimittere, ſtatim ac cognoſcit eſſe iniquam. 13. 20.
reliqua vide in V. Advocatus.
Paupertas quomodo probetur. 3. 2. & 22.
ejus calamitas. 12. 1.
Pauperibus debent gratis patrocinari Advocati. 3. 27.
Carceratis ex cauſa civili vel criminali præſtanda ſunt alimenta, & à quibus. 3. 28.
Pauperum privilegia in judiciis, quæ. 3. 23.
cauſæ prius expediendæ, quam divitum. ibid. 24.
inſtrumenta debent gratis confici à Notariis. 1. 3. & 26.
Pauperes ſunt alendi. 4. § 1. 22.
Peccans ex feritate nulla venia dignus eſt. 5. 33.

Pœna non egreditur proprios auctores. 5. § 1. 4.
Corporalis, pro alio numquam ſolvitur. ibid. 14.
Minima ſemper eſt infligenda. 5. 47. & 48.
Delatoribus debita, & quando. 5. § 1. 26. & ſeqq.
legis Iuliæ de vi privata, quæ. 13. 28.
ejuſdem de vi publica tenetur arma deferens. 17. 8. & 32. & ſeditionis. ibid.
legalis pœna, an in pecuniariam poſſit commutari. 5. 51.
à legibus ſtatuta an poſſit augeri vel minui. 3. 41. & quibus ex cauſis, latiſſime. 5. 22. & ſeqq.
à Principe an debeat imponi ſecundum leges. 5. 51.
Diverſæ imponuntur paribus delictis, pro diverſitate perſonarum. 5. 46.
Pœnarum varia genera. 5. 46.
Ante legem editam aliquando pœnæ eſt locus. 5. 53.
Penſionis ſolutio dividitur inter ſucceſſorem, & anteceſſorem pro rata. 8. § 1. 14.
Perjurium damnatur. procem. 7.
Poëtarum & Rhetorum verba licet Iuriſconſulto allegare. 5. 19.
Pontium reparatio quando ad Principem, & quando ad cives ſpectet. 4. § 1. 54.
Populorum inopia ex furtis Præſidum. 1. 109.
Amor in Principem unde 16. 3.
Seditiones: vide in V. Seditio.
Poſſeſſio amittitur ab eo, qui negat ſe poſſidere. 15. 8.
à poſſidente ſemper tributa ſunt ſolvenda. ibid.
Potentior in jure quis dicatur. 13. 44.
in Statu Eccleſiaſtico nemo dicitur, & cur. ibid. 46.
Suſcipiens ſub clientela vicanos puniebatur, & qua pœna. 14. 13. & 14.
Iura cedere potentiori non licet. 13. 44. & ſeqq.
Precum error, ex ſcribentis culpa, non præjudicat. 13. 17.
Præfectus annonæ. 4. § 1. 3.
Præfecti Prætorio prohibiti ſententias ferre nomine Cæſaris. l. 2. 51.
eorum munus, auctoritas, & numerus. 4. § 2. 2.
in comitatu Principis verſabantur. præf. 25.
non connumerantur inter magiſtratus provinciales. ibid.
Præfectus Vrbis. 4. 22. & proleg. 3.
Præpoſiti cubiculo Cæſaris, & Auguſtæ, cingulum deferre poterant. 17. 2.
Præſides dicti omnes provinciarum rectores. præf. 23.
qui recedunt divites ab officio, quod pauperes accepere, ex publica pecunia præſumuntur ditati. 1. 110.
quinam eligendi. 1. 52. ex quibus jam electi. l. 1. 27.
quid præſtare debeant. procem. 9.
nihil poſſunt donare pro conſequendo Magiſtratu. 1. 56. & ſeqq.
exigere debent tributa. 1. 99. non vero ea augere. ibid. 105.
ſint humani. 2. 11. patres populorum. 1. 107. & cap. 5. § fin. 1. & ſeqq.
Tenentur ad reſtitutionem damnorum, quæ inferuntur per officiales. 5. § 1. 6 & 7.
ex eorum furtis populorum inopia. 1. 109. & ſeditiones 2. 11. & ſeqq.
eorum æs alienum à Romanis aliquando ſolutum, & cur. 1. 46.
Poſtquam electi ſunt, recta debent proficiſci in provinciam. 9. 8.
Iuſtitiam debent gratis miniſtrare. 3. 14.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

debent prius adiri à provincialibus, antequam interpellετur Princeps. 3. 36. & in id pulcherrimæ leges. ibid. 39.
an teneantur ex facto Adſeſſorum. 5. § 2. 23.
nequeunt habitare ædes privatorum. 1. 10.
neque ſine conſilio Adſeſſoris ſententiam ferre; alias tenentur ad damna. 5 § 2. 4. & 5.
puniuntur, ſi privatis permittant tenere armatos domi. 17. 31.
nullam habeant perſonarum diſtinctionem in adminiſtranda juſtitia. 13. 79.
abſque provincialium onere debent luſtrare ſuam provinciam. 10. 7. & 21.
provinciæ fines nequeunt egredi. 9. 67.
an poſſint pœnas à lege ſtatutas augere, vel minuere. 5. 18. & ſeqq.
Præſidi provinciam ingredienti, occurrendum. 9. 9.
tribuuntur delicta populorum. 15. 3.
jus peculiare impoſitum. proleg. 11.
Præſidum delicta Principi indicanda. 16. 1.
quæ requirantur in Præſide. 13. 80.
Præſides populorum utilitati debent eſſe omnino intenti. 4 § 1. 64.
jurant in ingreſſu officii, & eorum juramenti formula. prooem. 9.
item jurant de conſervanda fide orthodoxa. 11. 3.
tenentur ex delictis officialium & familiarium. 5. § 1. 5. & ſeqq.
ſint procul à lucro & paſſionibus. 3. 36.
Mandata debent edere, ubi ingrediuntur provinciam. 16. 3. item ea obſervare, alias puniuntur. 17. 3.
in ea provincia, in qua deliquerunt, ſunt puniendi. 16. 2.
Pretium certum rebus venalibus quando conſtituendum. 4 § 1. 36.
Prætor Vrbanus Romæ inſtitutus, proleg. 3. & peregrinus. ibid. 4.
Prætorum numerus quis. ibid. 5.
Edicta ibid. 6. & 8. quorum loco Mandata ſucceſſere. 16. 8.
Prævaricatio damnata. 13. 15.
Primicerius notariorum ſervabat laterculum minus. præf. 32.
ejus inſignia. ibid. 33.
Princeps an poſſit appellari omiſſis mediis. 3. 37. & ſeqq.
legibus eſt ſolutus. 4. 28.
à Deo cur datus terris. 5. 51.
an teneatur ſequi leges in imponendis pœnis. 5. 51.
eſt lex animata. 4. 28.
conſulendus in minuendis pœnis. 5. 50.
an teneatur ex delicto officialis. 5 § 1. 18.
interpellari non poteſt à Provincialibus, qui prius Principem non adiverint. 3. 36.
tenetur ſubditos ab injuriis defendere. 14. 16.
publicata bona olim ſibi vindicabat. 12. 5.
Principis titulos ſuis prædiis, vel alienis apponere vetitum. 15. 9. & 12.
juſſu ſe quid feciſſe, nemini licet aſſerere. l. 2. 4. & ſeqq.
Mandata nullius erant roboris, niſi Quæſtor iis ſubſcriberet. 4. 29.
litteris non ſtatim obediat Præſes, ſi juri, vel utilitati publicæ repugnent, ſed ad Principem reſcribat. 4. 27.
poteſtas in Principem tranſlata per legem regiam, & hinc ab eo dependent magiſtratus omnes, & eorum auctoritas. l. 1. 1.
Principum externorum protectioni ſe

ſe ſubjiciens in ditione Pontificia, punitur. 14. 15.
Privatorum domus an demoliendæ pro publicis ædificiis. 4. § 1. 62.
ædes incolere non poteſt Præſes. 1. 10.
Probatio per teſtes, an prævaleat illi quæ fit per ſcripturam. l. 1. 67.
Procuratores an veniant nomine Advocatorum. 13. 38.
procuratorum collegium in Vrbe. 13. 30.
reliqua vide in V. Advocatus.
Proportio geometrica in puniendis delictis eſt ſervanda. 5. 45.
Provinciarum adminiſtrationis diſtinctio. præf. 27.
provinciales non admittendi in familiaritatem interiorem à Præſidibus. præf. 5.
provincialium Magiſtratuum ſpecies. ibid. 22. & ſeqq.
Publicæ utilitati numquam cenſetur derogatum. 4. § 1. 51. & 53.
Publicanorum avaritia. 4. 3. & 4.
ordo quando ſuſtentandus. 4. 2.
audacia, & ſævitia. 4. 3. immoderata cupiditas. ibid. 5.
Publicatio bonorum quando fieret antiquitus. 12. 2.
tunc an reſervarentur bona liberis. 12. 3. & 7.
an dotes publicentur. ibid. 4.
nunc eſt ſublata. ibid. & Bononiæ non habet locum. ibid. 17.
inter regalia enumeratur. ibid. 19.
ſoli Principi competit. 12. 20. non vero feudatariis. ibid. 21. nec Magiſtratibus. ibid. 22.
quando per Principem ejus pœna imponatur. 12. 28.
bona quænam publicationi ſint ſubjecta, & ad quem ſpectent. ibid. 29.
bonorum publicandorum deſcriptio qua ratione fieret. ibid. 5.
Pupilli habent electionem fori. 5. 1.
Putei publici ad conſervationem tenetur etiam vicinus qui eo uti non vult. 4. § 1. 56.

Q.

QUæſtor eligebatur ex numero Advocatorum. 13. 8.
inter Illuſtres recenſetur. præf. 21.
ejus munus l. 2. 34. & præf. 29.
in Vrbe Conſtantinopolitana Quæſtor à Iuſtiniano inſtitutus, & ejus munus. 14. 18.
Quæſtura ingreſſus ad honores. præf. 29.

R.

RAbulæ forenſes quæ, apud Quintilianum. 13. 16.
Raptus virginum inter graviſſima delicta recenſetur. 7. 10.
Ratio omnium reddi non poteſt. l. 2. 25.
Recauta quidnam eſſent. 10. 22.
ut obtinerentur, quid eſſet agendum. ibid. 22.
Referendariorum munus, & à Regerendariis differentia l. 2. 42. & 48.
eorum certus numerus ſtatutus à Iuſtiniano, & cur. l. 2. 47.
titulus quis. ibid. 47.
Referendarii Romanæ Curiæ. ibid. 43.
Regulæ Cancellariæ ad inſtar edicti Prætorii per mortem Pontificis exſpirant. proleg. 7.
Remiſſoria non datur ad probandum id, quod debet probari per ſcripturas. l. 1. 9.
nec ad probandum id, cujus contrarium conſtat per ſcripturam. ibid. 8.
Reſcriptis Principum cenſetur adjecta clauſula, ſi preces veritate nitantur. l. 2. 35.
Reſpublica quomodo ſub Auguſto diſtributa. proleg. 12.
ejus bene gerendæ quæ præcepta. 5. § 1. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

ejus intereſt tenuiores non opprimi in judiciis. 13. 41.
Revocatio Procuratoris non officit, niſi fuerit deducta in notitiam Iudicis, vel adverſarii. l. 1. 72.
Reus quando punitur, quid conſiderandum. 2. 27.
non ſtatim exiſtimetur, qui potuit accuſari. 3. 36.
ejus fiducia ſit in ſola innocentia. 5. 13.
Reorum defenſio omittitur ſine vituperatione, non negligitur ſine ſcelere. 13. 9.
reliqua vide in V. *pœna.*
Romani Imperii diviſio in diœceſes & provincias. 10. 1.
à quibus hæ regerentur. præf. 22.
Romæ Magiſtratum gerere quinque tantum diebus licebat ei, qui in leges non juraſſet. procœm. 4.
Rotæ Romanæ Tribunal. l. 2. 28.
ejus opinionum auctoritas. ibid. 29.

S.

SAcerdotia conferuntur conſideratis meritis. 1. 1.
Sacra dicta, quæ à Principibus prodibant, & cur. l. 1. 4.
Salviconductus vide in V. *Securitates.*
Scholares conveniuntur coram Magiſtro vel Epiſcopo. 5. 5. & 6.
Secretarii Principum cur Notarii dicti in dignitate conſtituti. l. 1. 16. & ſeqq.
Securitates (ſeu ſalviconductus) non facile indulgendæ, & quæ ſint ſervanda in eis concedendis. 6. 12. & 13.
in civilibus cauſis denegandæ. ibid. 13. & ſeqq.
non dantur in fiſcalibus debitis. ibid. 18. & ſeqq.
neque in cauſis criminalibus. ibid. 22. & ſeqq.
nec elapſo priori termino. ibid. 21.
conceſſæ à Iudice non habente facultatem ſunt ſervandæ. ibid. 25. & ſeqq.
Securitate conceſſa, an ſint audiendi creditores. ibid. 33.
Sedes Apoſtolica legatos alienos non admittit ſine litteris. l. 1. 31.
in Sedis Apoſtolicæ officialibus ſumma integritas deſideratur. procœm. 20. eorum juramentum. ibid. 10.
Seditio ſacrilegii ſpecies. 2. 6.
Seditiones prohibitæ. 17. 32.
inter crimina læſæ Majeſtatis enumerantur. ibid. 33.
quæ in civitatibus ex religionum diverſitate oriuntur, cito opprimendæ ſunt. 11. 1.
qui eas ſedabant, triumphabant. 2. 9.
Seditionum auctores ubique puniti, & qua pœna. ibidem. 1. & ſeqq.
qua ratione. ibid. 15. & 16.
origines removendæ. ibid. 8. & 15.
quæ ſint. ibid. 12. & 34.
puniendarum prætextu non eſt turbanda quies populorum. 2. 17.
origo earum, avaritia Magiſtratuum. ibid. 12.
cauſæ, incommoda, remedia, pœnæ. ibid. 13.
ad ſeditionem convocans homines, reus eſt læſæ Majeſtatis. ibid. 2.
Seditioſi Vrbe expellendi. ibid. 14.
priusquam puniantur, quid inſpiciendum. ibid. 17.
Senatori Romano navem retinere non permiſſum. 1. 42.
Sententiæ ex ſcripto recitandæ. 3. 6. & ſeqq.
Servatores quinam. 10. 2.
à Iuſtiniano ſublati. 11. 2.
Signa propria nemo poteſt rei alienæ, etiam ſibi pignori traditæ, imponere. 15. 10.
Sollicitatores in Curia Romana qui. 13. 19.
Sportulæ unde dictæ 3. 17.

à Pau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

à Pauperibus non perſolvendæ.ibid. 20. & 23.
Sportularum certa quantitas per Iuſtinianum definita, & quæ.ibid. 15.
omnino ſervanda. ibid. 19.
Sportulantes fratres qui. ibid. 18.
Stipendia certa Magiſtratibus antiquitus conſtituta. 1. 95.
congrua recipere cuique permiſſum. ibid. 91.
debentur prædeceſſori usque ad adventum ſucceſſoris. 9.9.
Stipendiis militaribus reſarcienda damna per milites illata. 10. 21.
Subreptitie obtenta gratia an ſit ipſo jure nulla l. 2. 37.
reliqua vide in V. obreptio.
Subſcriptio neceſſaria in arcanis Mandatis. l. 2. 50.
Succeſſio in bonis damnatorum, quibus deferatur. 12. 8. & ſeqq.
permittitur militi, & Decurioni, in his, quæ acquirere permitteretur. 1. 28.
Succeſſor debet monere, qua die fines provinciæ ſit ingreſſurus. l. 1. 52.
ejus, ac deceſſoris unum & idem officium. l. 1. 51.
Superexactiones prohibitæ, & qua pœna. 4. 20.
Suſcepti qui dicerentur. 14. 14.
Syndicatus neceſſitas. 17. 35.
de Syndicatu Conſtitutio Clementis VII. ibid. 37.

T.

TAbelliones cur dicti Notarii. l. 1. 18.
Conficientes inſtrumenta de re publica puniuntur. 14. 13.
Tabellio V. Notarius.
Tabellionatus non eſt dignitas, ſed officium. l. 1. 20.
excludit à Decurionatu. ibid. 15.
an deroget Nobilitati. ibid. 21. 22. & 23.
Tempus omnia immutat, proleg. 21.
indultum debitoribus olim & nunc. 6. 6.
certum definiendis litibus determinatum. 3. 9.
Tituli regii, quinam forent. 15. 3.
proprios alienis prædiis non licet apponere. ibid. 11.
hi erant lignei. ibid. 11.
Titulus ſpectabilis potior Clariſſimi titulo. l. 2. 44.
ſublimitatis quibus competeret. præfat. 21.
Tituli præponebantur dignitatibus. l. 2. 45. & 46.
Titulos & nomina potentium uſurpans punitur, & qua pœna. 15. 7.
Termini ſacri qui dicantur. 7. 4.
Tractarum jus eſt de regalibus, nec cadit ſub generali conceſſione. 4. § 1. 9.
Tranſitus militaris per provincias forma præſcribitur. 10. 22.
debet eſſe inculpabilis. 4. § 2. 18.
Tribunal Otani 1. 78.
Tribuni qui fuerint, & quot eorum ſpecies. l. 1. 11.
Tribunus voluptatum quis, & ejus officium. ibid. 12.
Tributa Romæ primo in capita, inde ex cenſu indicta. 8. 1.
perſolvenda à poſſeſſoribus, & pro ratione bonorum. 8. § 1. 1. 2. 10. & 12.
Tributorum exactio qua ratione fieret. 8. 3.
Præſidi incumbit. 1. 99.
ejus modus à Iuſtiniano præſcriptus. 8. 4.
qua ratione fiat in Statu Eccleſiaſtico, & Regno Neapolitano. ibid. 21.
Tributorum exactores præſumuntur fraudes adhibere. 8. 5.
eis contractus interdicti. 1. 18.
varii olim Romæ. 4. 17.
non ſint inſolentes. 1. 108.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Tributa quando diminuerentur, diminutis redditibus. 8. 11.
qua ratione indicta, & exacta Romæ. 1. 102.
eorum neceſſitas. ibid. 100. & 101.
in his exigendis attenditur conſuetudo. 8. 6. & 7.
via executiva datur pro iis exigendis. 1. 104.
Tributa augere non debet Præſes, ibid. 105.
Tributorum trina ſolutione probata, reliquæ præcedentes præſumuntur. 4 à 7. ad 16.
modus indictionis tributorum. 8. 2.
Tributum frumenti, vini, hordei, & laridi. 4. § 1. 4.
Triumphus delatus his qui ſeditiones pacaviſſent. 2. 9.

V.

Vectigal præteritum prædii legati ſolvitur ab hærede. 8. §. 1. 13.
Vectigalia omnia voluit abolere Nero. 4. 2.
Vectigalium exigendorum ratio ab Imperatoribus præſcripta, 4. 5. & 7.
Vectigalibus onerandæ merces, quæ inſerviunt pro deliciis. 4. § 1. 37.
Via executiva non datur contra tertium. 13. 72.
Viarum publicarum munitio & purgatio ſpectat ad quoſlibet pro rata patrimonii. 4. § 1. 45.
intra civitatem ſpectat ad unumquemque ante domum ſuam. ibid. 43. & 44.
in iis immunda jacere vetitum. ibid. 45.
Viæ muniendæ ab onere nullum genus hominum eſt immune. ibid. 46 & ſeqq. & immunitas in id conceſſa qualis eſſe debeat. ibid. 52. & ſeqq.
Vicarii qui. 10. 2.
à militaribus Magiſtratibus & à Præfectis prætorio etiam deſtinati. ibid. 3.
à Iuſtiniano ſublati. ibid. 4. & 6. limita. 9. & 10.
Victoriæ cauſa an quid poſſit paciſci Advocatus. 13. 32. & ſeqq.
Viduæ & pupilli habent electionem fori. 5. 1.
Violentia vetita in recuperanda re propria. 4. § 2. 8.
qua ratione Magiſtratui permiſſa. ibid. 9.
Virtuti ſuus honor eſt præſtandus. 5. § 1. 1.
Vitia digniorum, deteriora. 1. 82.
Vitia Iuſtiniano objecta ab antiquis, quæ. 7. § 1. 1.
Vocis vivæ oraculum ademptum Iudicibus à Iuſtiniano. l. 2. 9.
ademptum etiam à Gregorio XV, non tamen Cardinalibus. ibid. 10.
his pariter ſublatum ab Vrbano VIII. ibid. 11.
Vſucapio in re furtiva excluditur. 1. 11.
Vtilitati publicæ nunquam cenſetur derogatum. 4. § 1. 51. & 53.
Vulgus natum eſt, ut metui obſequatur. 5. 52.
Vxorem ducere in Provinciam an permiſſum Præſidi. 1. 97.

X.

Xenia quæ dicantur. 1. 55.
accipi poſſunt à Præſidibus. ibid. 50. & ſeqq. 68. & 92.
non tamen Romæ à Iudicibus criminalibus. ibid. 76.
reliqua vide in V. Munera.

FINIS.

Impri-

Imprimatur, ſi videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palat. Apoſt.

M. A. Epiſcopus Ierap. V. G.

R*Everendiſſimi Patris Raymundi Capiſucchi Sac. Pal. Apoſt. Magiſtri dicto libentiſſime audiens, miro voluptatis ſenſu legi, quæ de* Mandatis Principum *doctiſsimo hoc volumine complexus eſt Illuſtriſsimus D. Comes Carolus Emanuel Vizzanius, Sac. Conſ. Aul. Advocatus; opus ſane, in quo non modo nihil offendetur, quod illibato morum candori, aut Catholicæ fidei veritati adverſetur: quin potius ſtyli elegantiam, multiplicem eruditionem, ac penitiorem legum intelligentiam non poteris non admirari. Proinde digniſſimum arbitror, ut in publicam evehatur lucem, & literatorum Vniverſitatis bono & Chriſtianæ Reip. utilitati, cum in eo abſolutiſsimum proponatur exemplar* Officii eorum, qui in provincias cum imperio mittuntur. *Romæ* XI *Kal. Octob.* MDCLVI.

Ita cenſeo ego Ioſeph Carpanus I. V. D. & in Vrbis Gymnaſio Primarius Ordinarii Civilis Profeſſor.

Imprimatur. F. Raymundus Capiſucchus Ord. Præd. Sacr. Apoſt. Palat. Magiſter.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 K 35